Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTA CONCILIORUM

ET

EPISTOLÆ DECRETALES,

AC CONSTITUTIONES

SUMMORUM PONTIFICUM.

TOMUS UNDECIMUS.

Ab anno MDCIX. ad annum MDCCXIV.

PARISIIS,
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

MDCCXV.

Digitized by Google

INDEX
EORUM QUÆ TOMO XI. CONCILIORUM CONTINENTUR.

ANNO CHRISTI

1609. NARBONENSE Concilium. 1.

Tituli 2.

Confirmatio Concilii. 54.

Publicatio Concilii. 55.

1612. Senonenſe. 57.

Aquenſe. 58.

1624. Burdegalenſe. 59.

Tituli XXII. *Ibid.*

Edictum de Concilio. 114.

Litteræ ſcriptæ ad epiſcopos provinciæ. 115.

Congregationes, & ſeſſiones. 118. *& ſeqq.*

Acclamationes. 141.

1642. Conſtantinopolitanum, ſub Parthenio. 171.

1652. *Epiſcoporum Galliæ littera ad Innocentium X.*

1653. *INNOCENTII PAPÆ X. Conſtitutio de quinque propoſitionibus ex Janſenii libro excerptis.* 143.

1664. *ALEXANDRI PAPÆ VII. Conſtitutio, cum formula, cui ſubſcribendum adverſus hæreſim Janſenii.* 145.

Ejuſdem innovatio Conſtitutionum de immaculata Conceptione Dei Genitricis. 147.

1672. Hieroſolymitanum, *adverſus Calviniſtas.* 179.

Dionyſii Patriarchæ CP. reſponſio ſuper Calviniſtarum erroribus. 273.

1694. *INNOCENTII PAPÆ XII. Brevia duo ſuper Janſeniana hæreſi ad epiſcopos Belgii.* 155.

Damnatio libri, cui titulus, *Explication des Maximes des Saints*, &c.

1703. *CLEMENTIS PAPÆ XI. Damnatio libelli inſcripti,* Cas de conſcience. 159.

Epiſtola ad Regem Chriſtianiſſimum. 160.

Epiſtola ad Eminentiſſ. Cardinalem DE NOAILLES *Archiepiſcopum Pariſienſem.* 161.

ANNO CHRISTI

Confirmatio & innovatio Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper hæreſi Janſenii. 163.

1350. Palamitica Græca pſeudoſynodus. 283.

INDICES SEX.

INDEX I. *Nomina complectens ſummorum Pontificum, quorum epiſtolæ Decretales & Conſtitutiones in hac Collectione extant.* 349.

INDEX II. *qui eſt Conciliorum Index Alphabeticus.* 353.

INDEX III. *Nomina complectens Epiſcoporum, & aliorum, qui Conciliis interfuerunt, & ſubſcripſerunt.* 381.

INDEX IV. *Geographicus, quo nomina exhibentur ac ſitus epiſcopatuum, qui in his Conciliorum Tomis XII. appellantur: cum nominibus Epiſcoporum, qui ſingulos eos epiſcopatus rexiſſe in iiſdem voluminibus perhibentur.*

INDEX V. *Rerum & verborum memorabilium, quæ in omnibus Conciliorum tomis continentur.* 917.

INDEX VI. *In quo loca ſacræ ſcripturæ exhibentur, tum quæ ſunt excerpta ex Editione Vulgata, tum quæ ab eadem diſcrepant.* 1567.

APPENDIX AD TOMOS XII. CONCILIORUM.

1713. 1. Conſtitutio Clementis Papæ XI. quæ incipit, *Unigenitus:*

Anno Christi

qua damnantur propoſitiones 101. excerptæ ex libro Gallico, *Le Nouveau Teſtament en François*, &c. 1631.

1714. 2. *Extrait du Procez verbal de l'Aſſemblée des Cardinaux, Archeveſques, & Eveſques, tenuë à Paris, au ſujet de la Conſtitution.* 1641.

3. *Lettre écrite à N. S. P. le Pape Clement XI. par les Cardinaux, Archeveſques & Eveſques aſſemblez à Paris, pour la reception de la Conſtitution.* 1643.

4. *Lettre écrite à tous les Prelats du Royaume, par l'Aſſemblée.* 1645.

5. *Lettres Patentes du Roy, ſur la Conſtitution.* 1649.

6. *Lettre des Agens Generaux du Clergé.* 1651.

7. Breve S. D. N. Clementis XI. ad Cardinales, archiepiſcopos, & epiſcopos Pariſiis congregatos. 1653.

8. *Lettre des Agens Generaux du Clergé.* 1656.

9. Decretum Facultatis Theologiæ Pariſienſis, ſuper Conſtitutione. 1656.

10. Declaratio Facultatis Theologicæ Duacenſis, circa Conſtitutionem, *Unigenitus*. 1667.

1068. 11. Gerundenſe Concilium. 1671.


1078. 12. Gerundenſe alterum. 1673.

P. JACOBI SIRMONDI *in varia Concilia Notæ huc reſervatæ.* 1683.

INDEX *Rerum ac verborum memorabilium in iiſdem Notis.* 1771.

Concilia quædam Gallicana, quorum Acta non exſtant. 1777.

CONCILIUM



ANNO CHRISTI 1609.

CONCILIUM NARBONENSE PROVINCIALE,

ANNO CHRISTI 1609.

Habitum anno Domini MDCIX.

INDEX TITULORUM.

I. DE profeſſione fidei.
II. De rudimentis fidei.
III. De libris vetitis.
IV. De divini verbi prædicatoribus : & præbenda theologali.
V. De cuſtodia Euchariſtiæ.
VI. De Reliquiis, & veneratione ſanctorum.
VII. De imaginibus.
VIII. De blaſphemis.
IX. De feſtorum dierum cultu.
X. De obſervatione jejuniorum.
XI. De hæreticis.
XII. De indulgentiis.
XIII. De ſacramentis in genere.
XIV. De ſacramento Baptiſmi.
XV. De ſacramento Confirmationis.
XVI. De ſacramento Pœnitentiæ.
XVII. De caſibus reſervatis.
XVIII. De ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento.
XIX. De Miſſæ ſacrificio.
XX. De clericis peregrinis & vagis.
XXI. De ſacramento Ordinis.
XXII. De Matrimonio.
XXIII. De extrema Unctione.
XXIV. De ſepulturis.
XXV. De teſtamentis.
XXVI. De epiſcopis.
XXVII. De viſitatione.
XXVIII. De ſynodo diœceſana.
XXIX. De concilio provinciali.
XXX. De capitulo & canonicis.
XXXI. De beneficiis conferendis.
XXXII. De parochis ſeu curatis, & reſidentia eorumdem.
XXXIII. De abbatibus regularibus, & monialibus.

A XXXIV. De confraternitatibus.
XXXV. De purgatoriariis.
XXXVI. De capellanis capellaniarum.
XXXVII. De fabricis eccleſiarum.
XXXVIII. De hoſpitalibus.
XXXIX. De eccleſiis & altaribus.
XL. De miſſali & officio divino.
XLI. De vita & honeſtate clericorum.
XLII. De foro eccleſiaſtico.
XLIII. De officialibus foraneis.
XLIV. De monitoriis & excommunicationibus.
XLV. De ſimonia & confidentia.
B XLVI. De uſurariis, concubinariis, & adulteris.
XLVII. De decimis.
XLVIII. De pœnis.
XLIX. Concluſio concilii.
L. Subſcriptiones epiſcoporum.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS;

Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

STATUTA ET DECRETA CONCILII provincialis Narbonæ habiti, anno Domini C *milleſimo ſexcenteſimo nono, in eccleſia ſancta & metropolitana, ſub illuſtriſſimo & reverendiſſimo in Chriſto patre & domino domino Ludovico de Vervins, archiepiſcopo ſanctæ primæ ſedis Narbonæ, primate, & præſidente.*

NOS Ludovicus de Vervins, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia archiepiſcopus ſanctæ primæ ſedis Narbonæ, primas, & præſidens natus comitiorum generalium trium ordinum provinciæ Occitaniæ, de conſilio & aſſenſu reverendiſſimo-

Anno Christi 1609.

rum dominorum coëpiſcoporum noſtrorum in provinciali ſynodo Narbonenſi, hæc ſtatuimus.

Caput I.

Ad mllendos Gentium errores miſſi Apoſtoli, qui prius docere, tum baptizare debebant, * & uno quaſi inter ſe dam ſymbolo a falſis prophetis in veſtimentis ovium venientibus, cum lupi rapaces eſſent, diſcernerentur, ſimul in unum congregati, qui paulo poſt ſejuncti diverſas permeare debebant terras, uno ore totius fidei noſtræ compendium profeſſi, hoc præciſe prædicari ſtatuerunt: & merito: cum teſtante Apoſtolo, ſine fide quæ radix eſt & aliarum virtutum fundamentum, impoſſibile ſit Deo placere: ne quaſi arbores autumnales eradicatæ, errorum & hæreſeon tempeſtatibus & ventis proſtrati, ſine fructu reperirentur. Nec aptius umquam ad refellendos errores, & hæreſeon inſultus repellendos excogitavit remedium eccleſia, quam ſi cœtus omnium in Spiritu ſancto congregatorum Apoſtolorum, fidei ſactam confeſſionem, pro neceſſitate explanatam profiteretur. Hoc præſtitere concilia œcumenica, & a nobis id fieri expoſcunt, & ſuo quodammodo jure imperant: nec in hoc fas eſt un præcepto, ad quod omni jure invitamur, & volentes impellimur. Idcirco de divinis rebus & eccleſiaſticis officiis, ad Dei gloriam & eccleſiæ incolumitatem ſalutemque ſpectantibus, tractantes in hac ſynodo legitime congregata, ut quod bonum eſt firmiſſima fide fundemus, ſpe erigamus, & caritate muniti in omnibus Deo inſpirante perficiamus: a fidei profeſſione, juxta receptum eccleſiæ univerſalis ritum initium ſumendum eſſe duximus, in hanc quæ ſequitur formam.

* Forte, ut uno.

EGo N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana eccleſia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum: Et ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine: Et homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt: Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis: Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit: Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per prophetas: Et unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum: Et exſpecto reſurrectionem mortuorum: Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas & eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector.

Item ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto: nec eam umquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque eſſe vere & proprie ſeptem ſacramenta novæ legis, a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria. Scilicet: Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre. Et ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reïterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos eccleſiæ catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione, in ſacroſancta Tridentina ſynodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus & ſanguinem, una cum anima & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti; fierique converſionem panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem. Quam converſionem catholica eccleſia tranſſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum verumque ſacramentum ſumi. Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari. Similiter & ſanctos una cum Chriſto regnantes venerandos atque invocandos eſſe; eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſime aſſero imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum ſanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem aſſirmo.

Sanctam catholicam & Apoſtolicam Romanam eccleſiam, omnium eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo ac juro.

Cetera item omnia a ſacris canonibus & œcumenicis conciliis, ac præcipue a ſacroſancta Tridentina ſynodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo; eamdem & integram & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere & confiteri; atque a meis ſubditis, vel illis quorum cura ad me in meo munere ſpectat, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

Hanc eamdem fidei profeſſionem, quam nos archiepiſcopus, & epiſcopi comprovinciales & ſuffraganei noſtri, abbates, & omnes in hac noſtra ſynodo provinciali congregati, ſponte profeſſi ſumus: mandavimus, ut omnes qui ad quæcumque aut qualiacumque officia, onera, & beneficia eccleſiaſtica, regularia aut ſæcularia, cum vel ſine cura, in poſterum promovebuntur, priuſquam fructus eo-

Anno Christi 1609.

rumdem faciant ſuos, aut poſſeſſio (potius intruſio tunc dicenda eſt) illis ſuffragetur, in manibus Ordinariorum beneficii ſibi collati, ſive ſæculares ſint aut regulares, emittant : & de eadem in collationum libris mentionem facere tenebuntur. Quod ſi abſentibus fiat collatio, tenebitur proviſus, coram Ordinario loci in quo reſidet, eamdem fidei profeſſionem emittere, & de hoc fidem in forma publica facere collatori dicti beneficii infra tres menſes : & hoc toties quoties novam proviſionem, aut ordinationem obtinebunt.

Eamdem profitebuntur ſcholarum magiſtri, & qui ad ſacros ordines promovebuntur, aut doctoratus alteriuſve gradus inſignia recipient : quod idem præſtabunt curati omnes, & alii de jure vel conſuetudine in ſynodis diœceſanis & in conciliis provincialibus aſſiſtentes, priuſquam ad alia progrediantur.

CAPUT II.

De fidei rudimentis, & doctrina Chriſtiana.

Ut populus quod bonum eſt à malo diſcernere, & quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt ſcire valeat, parochi omnes, ſingulis diebus Dominicus, in ſcadafallo eccleſiæ, ac inter Miſſarum ſolemnia, populo nunciabunt, quæcumque per nos & coëpiſcopos noſtros conſtituentur : & nominatim diſtincta & intelligibili voce recitabunt orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, ſymbolum Apoſtolorum, Dei & eccleſiæ præcepta, ſeptem peccata mortalia, virtutes theologales & cardinales, & fuſius ea populum docebunt, quibus ad virtutem allici & a vitio abduci poſſit : negligentes vero parochi, a locorum Ordinariis puniantur.

Cum autem adoleſcentium ætas, niſi a teneris annis inſtituatur, prona ſit ad mundi illecebras & voluptates ſectandas : ſancte a Patribus inſtitutæ fuerunt doctrinæ Chriſtianæ ſcholæ, in quibus utriuſque ſexus juvenes fidei rudimenta edoceantur, & ad pietatem, religionem, bonoſque mores informentur.

Ideo ne parvulos panem petentes, dum non eſt qui frangat, fame perire patiamur, & ut bonum fiat in fide tirocinium : atque ab omnibus obſervetur, quod a multis annis, non ſine ſpirituali fructu, in noſtra civitate & diœceſi Narbonenſi ſuper hoc inſtitutum fuit : Præcipimus omnibus rectoribus, vicariis perpetuis, & aliis curam animarum habentibus, ut ſingulis diebus Dominicis poſt prandium, dato campanæ ſigno, patresfamilias cum pueris in eccleſia convocent : ubi eos fidei rudimenta edoceant, & ſuper eiſdem diligenter interrogent, formam catechiſmi inſequentes : ad quod invitati fideles omnes pro commodis & utilitatibus quas inde conſequentur frequentiores erunt, dum viderint effrenatam & lubricam puerorum ætatem, hac ratione, ſuavi quodam freno cohiberi & caſtiſſimis moribus inſtitui : quibus imbuti toto vitæ curriculo innumeros fructus producant : atque ideo obſecramus, ut niſi legitime præpediti fuerint, tam ſalutare officium amplectantur.

Hanc eamdem doctrinam Chriſtianam facient ſemel in quaque hebdomada ſuis diſcipulis ſcholarum magiſtri.

CAPUT III.

De libris vetitis.

Quod ſancte a conciliis ordinatum eſt inſequentes, quoſcumque libros a ſancta Sede Apoſtolica vetitos, & ex profeſſo de hæreſi & rebus obſcenis tractantes, aut legi aut domi retineri prohibemus, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & aliis pœnis a ſummis Pontificibus & œcumenicis conciliis ordinatis.

Curent ergo epiſcopi pro ſubditorum ſalute, ne libros hujuſmodi retinentes, pœnas ignoranter incurrant ; ut omnes parochi indicem librorum a ſancta Sede Apoſtolica prohibitorum, penes ſe habeant, eumdemque populo, bis ſaltem in anno perlegant.

Biblia vero ſacra, idiomate Gallico conſcripta, legere aut domi retinere nemini liceat, niſi ab epiſcopo, aut ejus vicario generali, expreſſa in ſcriptis obtenta licentia : quam non concedent niſi eiſdem viſis, lectis & approbatis : ne venenum ab hæreticis ſparſum in permultis verſionibus, leniter ſerpens, animas alioquin pias inficiat.

Pœnam magos conſulentium ſatis expreſſit ſcriptura ſacra, dum ait : *Anima quæ declinaverit ad magos & ariolos, & cum eis fornicata fuerit, ponam faciem meam contra illam.* Quia tamen liberius peccant nonnulli, dum pœnam ejuſmodi ſcelerum differri experiuntur ; & ut talem licentiam præſenti decreto reprimamus ; damnamus magos, veneficos, divinatores, ſortilegos, conjectores, augures, haruſpices, mathematicos judiciarios, cum dæmonibus fœdera & pacta tacite, vel expreſſe habentes, morbos imprecationibus, verbis, ligaturis, aut actionibus ſuperſtitioſe ſanare intendentes : eoſque, uti ſacra decreta excommunicarunt ipſo facto, ſic & nos excommunicamus. Quos dum parochi tales agnoverint, & poſt trinam monitionem teſtibus adhibitis, ſi ab eiſdem ceſſare noluerint, excommunicatos nominatim publice denuncient, & ab eccleſiis arceant, & ejiciant.

Levit. 20.

CAPUT IV.

De divini verbi prædicatoribus, ac de prebenda theologali.

Miſit Deus Apoſtolos in univerſum mundum ut prædicarent evangelium : quibus animas ligandi atque ſolvendi facultate conceſſa, populus obedientiam & attentionem illis ex Dei mandato præbere tenebatur. His vero cum ſucceſſerint epiſcopi in dignitate, ita etiam eos ſequuntur in munere. Ideo per ſeipſos, niſi legitime impediti, verbum Dei, tam in civitate quam per totam diœceſim populo nuncient. Et quia non omnia ſoli in omnibus poſſunt, probitate, doctrina & religionis catholicæ fervore præſtantes, & idoneos concionatores habere procurent : qui Dominicis & feſtivis diebus prædicent, facultate prius in ſcriptis ab eiſdem epiſcopis, aut vicariis generalibus obtenta : per quam exprimetur in quo loco valeat, & quanto ſit tempore duratura : ſine qua a parochis non admittantur, ſive ſint ſæculares, ſive regulares. Quam non concedant epiſcopi niſi poſt profeſſionem fidei, in eorum manibus ſemel ab eiſdem emiſſam : dictam vero licentiam gratis dare teneantur. Si quis autem ſine ipſa licentia, quæ ultra annum valere non debet, in præjudicium epiſcoporum tale munus uſurpaverit, excommunicetur : Parochus vero qui illum admiſerit, ſevere arbitrio Ordinarii puniatur.

Nulli regularium alicubi, etiam in eccleſiis ſuorum ordinum, concionari liceat, niſi prius a ſuis ſuperioribus, de vita, moribus, & ſcientia exami-

ANNO CHRISTI 1609.

nati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, A cum qua ſe perſonaliter coram epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In eccleſiis vero quæ ſuorum ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum ſuperiorum, epiſcopi quoque facultatem in ſcriptis habere teneantur, ſine qua in eiſdem nullo modo concionari poſſint.

Concionatores ea tantum prædicent, quæ ad divini verbi explanationem, virtutis laudem, vitiorum contemptum pertinent: improbatas hiſtorias, fabulas, & alia ad riſum invitantia, minime proponant. Quod ſi hæreticorum dogmata aliquando tractanda fuerint, tantum de illis dicant quantum viderint populo expedire, hæreticorum rationes proponendo veluti per contemptum, quas ſtatim refellent, ſolutionibus dilucidis & explicitis: ſevere in hæreticos invehendo, ut populus dignoſcere poſſit quantum a via veritatis & recto fidei tramite deciverint.

Si vero, quod Deus avertat, prædicator errores aut ſcandala diſſeminaverit in populum, in quacumque eccleſia fuerit, epiſcopus ei concionari inhibeat. Quod ſi hæreſes prædicaverit, contra eum procedat ſecundum juris diſpoſitionem & conſtitutiones concilii Tridentini, ſectione quinta, cap. 2. de reformatione.

Dum concio habetur in eccleſia, Miſſam in eadem aut ejuſdem aliquo ſacello a quovis ſacerdote celebrari, aut ſacramenta, dummodo mortis periculum non immineat, miniſtrari prohibemus.

Quod ſimoniam ſapit & quæſtum ſordidum, ut in poſterum vitetur, ſancimus ne divini verbi prædicatores ſuper mercede ullo modo paciſcantur.

Voluere patres ſacri concilii Tridentini in omnibus metropolitanis & cathedralibus eccleſiis, præbendam primo vacantem, pro magiſtro theologiæ aſſignari: quod tamen hactenus in permultis factum non exſtitit. Et iden præſenti decreto mandamus, ut in omnibus eccleſiis, tam metropolitanis, quam cathedralibus, ubi præbenda theologalis inſtituta eſt, conſervetur; ubi vero nulla aſſignata eſt, primo vacans ad id deſtinetur: & prout talem præſenti decreto ad hoc aſſignamus, quæ numquam conferri poſſit niſi doctori vel licentiato, aut baccalaureo in theologia: qui per ſeipſum ſingulis diebus Dominicis, verbum Dei publice in eiſdem eccleſiis actualiter prædicet, & bis in hebdomada caſus conſcientiæ doceat: quem attente audire canonicos, & alios eccleſiarum cathedralium aut collegiatarum beneficiatos hortamur: parochos vero & alios ſacramenta eccleſiaſtica adminiſtrare intendentes, ad id per Ordinarior omni via juris compelli volumus & jubemus.

In eccleſiis cathedralibus regularium, in quibus nullæ ſunt præbendæ, ſed tantum portiones monachales, ex nunc unam ex dictis portionibus monachalibus, pro dicta præbenda theologali conſtituimus & aſſignamus: cui ſi non ſit ſufficiens, aliquod beneficium uniant epiſcopi: dummodo eccleſia ſic uniti beneficii, debitis non fraudetur obſequiis. Quod ſi circa prædicta epiſcopi negligentius ſe geſſerint, capitula eccleſiarum cathedralium, eos pro tali præbendarum, vel portionum aſſignatione, omni juris via & ratione perſequantur.

ANNO CHRISTI 5509.

CAPUT V.

De cuſtodia Euchariſtiæ.

Euchariſtiæ ſacramentum, ſalutis noſtræ pignus, in cujus præſentia contremiſcunt Angeli, videntes ibi contineri mundi & cæli redemptionem, uti omnium ſacramentorum excellentiſſimum eſt, ita majori devotione ac reverentia tractandum, & quaſi viaticum omnibus neceſſarium, ſemperque paratum aſſervandum. Ideo in loco decenti ſit tabernaculum exterius, quo fieri poterit apparatu ornatum, cum ſigno patenti demonſtrante ibi contineri eum cui adoratio debetur: intus vero panno B ſerico ornetur. Apponantur lapis portatilis conſecratus, & corporalia, ſuper quibus ſit vaſculum argenteum vel aureum, in quo linteaminibus ſacris complicatum reſervetur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum: cujus renovatio, ad minus fiat decimo quinto quoque die. Curent autem parochi aut alii ſacerdotes talem curam habentes ut clavi obſeretur, ne quid nefandum, quod abſit, per impios circa illud agatur: ante quod perpetuo teneant noctu diuque lampadem jugiter ardentem.

Intra dictum tabernaculum, nihil aſſervetur præter tremendum illud ſacramentum: amoveantur & ex eo reliquiæ: immo etiam vaſa oleorum ſanctorum: & ut venientes ad adorandum, norint C ubi reſideat ſanctiſſimum ſacramentum, tabernaculum in medio majoris altaris, aut alio eminentiori & decentiori eccleſiæ loco reponatur.

Atque ut ſacro pabulo refecti, ex hac vita diſcedant Chriſti fideles, cum primum infirmum intra parochiam ſciverit parochus, illum inviſat horteturque ad ſacrum pœnitentiæ & altaris ſacramentum ſuſcipiendum, eidemque de peccatis ſuis pœnitenti & confeſſo, illud rogatus citiſſime deferat, dato campanæ ſigno, ut populus accedat illud idem comitaturus. Sit vero parochus indutus ſuperpelliceo & ſtola, veloque ſerico ab humeris pendente, quo vaſculum dicti ſacramenti obtegatur: & ita compoſitus, necnon baldachino, D ſi fieri poſſit, ſuper eodem portato, pro tanti ſacramenti reverentia, præcedente lumine, a clerico tintinabulum pulſante, duas in dicto vaſe, una ſaltem intra tabernaculum relicta, ad ægrotum accedendo conſecratas hoſtias deferat: quarum alteram tradat infirmo, alteram redeundo ad eccleſiam, populus reverenter adoret. Pſalmos, eundo & redeundo, mediocri voce proferat: & ut in domo ægroti ſit menſa decenter ornata cum luminaribus, ad vaſculum tanti ſacramenti ſuper eamdem reponendum, diligenter procuret.

Monemus etiam parochos, ut poſtquam ad eccleſiam redierint, populum excitent ad tantum ſacramentum comitandum: Indulgentias quadraginta dierum, quas ſuper hoc concedimus, publicent, E & ad orandum pro infirmo hortentur.

CAPUT VI.

De Reliquiis & veneratione ſanctorum.

Eccleſia catholica Spiritu ſancto edocta, & antiqua patrum traditione, ſemper dixit ſanctos cum Chriſto regnantes invocandos; & illorum reliquias, quæ vera membra Chriſti fuerunt, & templum Spiritus ſancti, venerandas. Quod ut a fidelibus majori devotione fiat, ſtatuimus, ut in locis hone-

ſtis ac decentibus vaſculis, ſive capſis, qua debeot religione aſſerventur.

Numquam tamen & nullibi proponantur venerandæ, niſi quæ ab epiſcopo probatæ fuerint veræ reliquiæ: qui de novo inventas non niſi conſulto & expreſſe approbante ſummo Pontifice venerandas exhibeat.

Si tamen tales in honore habitas repererit, de quibus non ſatis conſtet; ne falſæ credulitati, aut ſuperſtitioni locus ſit, adhibitis io conſilium theologis & piis viris, ea faciat & ordinet, quæ pietati & veritati conſentanea judicaverit.

Populo dumtaxat feſtis ſolemnioribus proponantur; atque nonniſi a ſacerdote, aut io ſacris ordinibus conſtituto, & ſuperpelliceo induto, ardenti face præeunte deferantur.

In loco decenti & mundo, pannoque ſetico ornato, ardente in eodem, ſi fieri poſſit, perpetuo lampade, aſſeruentur: necnon clavibus obſerentur capſæ aut armaria in quibus reconduntur: quæ penes viros graves de clero, ab epiſcopo deputandos remaneant, quas non exhibeant quibuſcumque perſonis: nec ipſi capſas aperiant, niſi de expreſſo ſolius epiſcopi mandato. Qui ſecus egerint, ſevere arbitrio Ordinarii puniantur.

Et ut quæ ſemel probatæ fuerint, ſemper tales habeantur, curent epiſcopi earumdem inventarium in ſingulis eccleſiis fieri, cujus tranſſcriptum penes ſe babeant; originale vero in eccleſiis, in quibus tales reliquiæ fuerint, perpetuo maneat.

Dictæ vero reliquiæ ad ægrotos, non niſi in extrema neceſſitate, & tunc de expreſſo mandato epiſcopi deferantur; caveantque ſacerdotes, & alii omnes cujuſcumque ordinis & ſexus, illis uti ad ſuperſtitioſas obſervationes, uſuſque profanos, prout hactenus, turpis lucri gratia, actum fuiſſe compertum eſt: alias, præter excommunicationis ſententiam quam incurrunt ipſo facto, arbitrio Ordinarii etiam coërceantur.

Caput VII.

De Imaginibus.

Imagines, quæ rudium & imperitorum libri ſunt in eccleſiis, prout ſemper probavit eccleſia, aſſerventur. Quibus honorem & reverentiam impertiendam docent Patres ſancti: quas tamen io eccleſia obſcenis figuris depictas, figmenta poëtarum repreſentantes, aut alias indecentes, non admittent epiſcopi, ne in eis videat populus illorum imaginem, quorum lectio Chriſti fidelibus eſt interdicta.

De novo non ponantur aut depingantur pro eccleſiis & piis locis imagines, ſine epiſcopi aut vicarii generalis conſenſu, qui videant diligenter, ne quid apocryphum aut ſuperſtitioſum depingendum approbent.

Mutilas & truncatas imagines, aut quæ ad pietatis vel Dei cultum non conducunt, ab eccleſiis extrahere procurent epiſcopi.

Caput VIII.

De blaſphemiis.

Qua pœna plecti debeant qui ore ſacrilego ſacrum Dei nomen, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ac Deiparæ Virginis Mariæ, aut aliorum ſanctorum blaſphemaverint, ex ipſius Dei verbis liquido conſtat: cum præcipit, blaſphemantem extra caſtra ejectum lapidari debere. Ideoque cum liberius pec- A cent permulti, eo quod mitius cum eis actum fuerit: eorum effrenatam loquendi licentiam reprimere cupientes, ſtatuimus, quod ſi quis ore impuro blaſphemarit: ſi clericus ſit, excommunicetur, & arbitrio Ordinarii puniatur; ſin vero laïcus, & monitus pro prima, ſecunda & tertia vice, adhibitis duobus ſaltem teſtibus, non deſtiterit, a catholicorum cœtu expulſus, publice excommunicatus per parochum declaretur.

Caput IX.

De feſtorum dierum cultu.

Sanctorum ſolemnitates celebrandas patres cenſuerunt, ut vel eorum in animis noſtris excitarent B imitationem, vel ut eorumdem meritis conſociati, beatarum mentium precibus juvaremur. Nam, ut ait divus Auguſtinus, ſolemnitates martyrum, exhortationes martyriorum ſunt: ut eos imitari non pigeat, quos celebrare delectat.

Quocirca doceant primo parochi, ceterique Dei præcones, quo ſtudio diebus feſtis Dei cultui dedicatis, divinis officiis, concionibus audiendis, doctrinæ Chriſtianæ, aliiſque id genus piis operibus vacandum ſit: in quibus quiſque integram Miſſam ſub peccati mortalis pœna, niſi juſta præpeditus cauſa, audire debet.

Ne Dominicis aut aliis feſtivis diebus, ab eccleſia præſcriptis, ſervile aliquod opus fiat prohibemus: C nihil emi vendive poſſit, niſi quod illorum dierum victui neceſſarium ſit: nulli fiant incantus, ſive ſubhaſtationes: nec merces cujuſcumque generis exponant mercatores: nec officinas ſuas, aut tabernas aperiant.

Mercatus, emporia, & nundinæ, nuſpiam fiant diebus feſtis, ſed in antecedentem, vel ſubſequentem feſtivitatis diem transferantur.

Abſtineant omnes a quarumcumque rerum vehiculis & ægrorum cultura: tum a comeſſationibus, ebrietatibus & impudicitiis; ne feſti dies in luxu & laſcivia agantur, & Deus conqueratur de illis, ſicut olim fecit per prophetam: dum ait, incenſum abominationem eſſe, & ideo ſe neomenias & ſabbata, necnon calendas odiſſe; & projecturum D ſuper facies ſtercus ſolemnitatum talia agentium: ſed cum omni cultu, reverentia, & cordis munditia, ſanctorum ſolemnitates celebrentur: & nominatim a clericis, qui a choreis, tripudiis & ludis publicis aut aliis, dictis diebus prohibitis maxime, abſtinere debent.

Si aliqua urgeat neceſſitas, ratione cujus in diebus feſtivis ſervile aliquod opus fieri oporteat, conſulatur epiſcopus, vel ejus in ſpiritualibus vicarius: qui re diligenter inſpecta, quæ congrua fuerint decernat.

Quo tempore divina officia peraguntur, aut dum conciones habentur, otioſam & vagam turbam e tabernis, foro, & plateis, abigant parochi, rebuſque ſacris intereſſe compellant: non fiant theatra- E les ludi, ſpectacula, aut tragœdiæ, nec choreæ privatim vel publice ducantur.

Contra præinſerta ſtatuta noſtra de feſtorum obſervatione agentes, abſque aliis litteris in forma per parochos, ad Ordinarium, vel ejus officialem ad quem cognitio pertinet, per ſolam ſchedulam continentem aſſignationem reo, ad primam diem juridicam & ſignatam ab ipſis, deferantur: ut pœnis debitis ſecundum delicti gravitatem puniantur.

Cum multas ſanctorum feſtivitates in noſtra

provincia celebrate conſueviſſent homines, pro A cujuſque civitatis arbitrio: nobis viſum eſt ſeligere, quas ubique terrarum obſervat eccleſia, præter eas quæ cuique urbi ſint propriæ, quaſque parochus quilibet in ſua parochia habeat in tabula deſcriptas.

In tota noſtra provincia feſtos dies celebrari & inviolabiliter obſervari præcipimus, juxta calendarium reformationis, felicis memoriæ Clementis VIII.

In quolibet autem die Epiphaniæ, aonis ſingulis, indictio Romana, epacta, numerus aureus, littera Dominicalis, & feſta mobilia ejuſdem anni per parochum inter Miſſarum ſolemnia e ſuggeſtis denuncientur.

Et ultra feſtos dies cuique diœceſi proprios, pro B locorum conſuetudine & populi devotione decernaot & inſtituant epiſcopi, quantum ad Dei laudem conferre judicaverint. Neque propterea pias hominum voluotates, plures dies feſtos celebrantium contemnimus: ſed tales ut idem præſtent hortamur: ſcientes non inde ſterilitarem, ſed rerum omnium abundantiam venire: cum non ſit aliquid qui plantat aut rigat, ſed Deus eſt qui incrementum dat: ideo ſanctorum alia feſta, ad arbitrium & devorionem populi celebranda temittimus.

Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ſecundum eccleſiæ univerſæ ritum, numquam transferatur, etiamſi in ſabbato ſancto, vel alio die C majoris hebdomadæ evenerit, licet officium transferri neceſſe ſit.

Caput X.

De obſervatione jejuniorum.

Cum quadragesimale jejunium a traditione Apoſtolorum habeat eccleſia, illud ſancte a fidelibus obſervandum eſt. Nam jejuniis ſiccatur vitiorum ſentina, marcet petulantia, languet concupiſcentia, & fugitivæ abeunt voluptates.

Ideo præſatum Quadrageſimale jejunium, vigiliæ, & Quatuor tempora, per abſtinentiam & ciborum delectum obſerventur.

Dictis temporibus, cibi venales veriri non ex- D ponantur: ſed pro neceſſitate ægrotannum clam & ſine ſcandalo miniſtrentur habentibus expreſſam ab Ordinario in ſcriptis licentiam: quam nonniſi nota neceſſitate, & ſi fieri poſſit, medicorum atteſtatione inſpecta conferent.

Medicos vero omnes quibuſdam diebus ante Quadrageſimam epiſcopi ad ſe venire mandent, & moneant, ne propriæ ſalutis immemores, facilitate nimia, cujuſpiam male affectam teſtentur ſanitatem, ne ſibi parent gehennam alios nimia adulatione perdentes. Hortantes omnes in Domino, ut frequentes ſint audiendis concionibus, & ſacramentis eccleſiæ recipiendis, eo præcipue tempore, quo fideles ſtudioſius rebus divinis vacare debent, cum E ſit tempus acceptabile, & dies ſalutis.

Caput XI.

De hæreticis.

Quia non ſine magna animarum jactura & gravi eccleſiaſticæ unitatis detrimento, elapſis temporibus quædam in hac noſtra provincia falſæ hæreticorum doctrinæ increverant: fugienda eſt illorum familiaritas, qui errores & ſcandala in populum diſſeminant, & Deus optimus maximus votis precibuſque obnixe rogandus, ut hi tot errorum tenebris implicati catholicam veritatem cognoſcant & ſequantur. Quamdiu vero membra non ſunt eccleſiæ, rei ſacræ, aut ſecramentorum adminiſtrationi adeſſe non permittantur: ſed prorſus ab eccleſiarum liminibus arceantur, præterquam concionis tempore: ut pudore affecti & confuſi, aliquando reſipiſcant, quos anathemare ferit eccleſia, & tamquam putrida membra, ne ſana inficiant, reſecat. Suos igitur ſæpius moneant ſubditos epiſcopi, ut ſi propter ſæcularia cum illis agere cogantur, de rebus fidei, credentes certo quæ credit eccleſia, non diſputent: ne hamo falſitatis capti, dum nimis curioſe & præter captum inquirunt, mortem ſibi certiſſimam afferant.

Caput XII.

De indulgentiis.

Plus quam ſufficienter pro peccatis noſtris perſolvit Chriſtus, per opera, ad quæ non tenebatur pro noſtra redemptione: quorum merita, ut theſaurum pretioſiſſimum, in manibus divi Petri Apoſtolorum Principis, ejuſque ſucceſſorum tradidit: ut pro ſua prudentia ad libitum fidelibus communicarent, per conceſſiones, quas ſemper indulgentias nominavit eccleſia, populo utiles: eas tamen quæſtus ſordidi grana publicari vetitum eſt.

Ideo ſtatuimus, ne in eccleſiis, aut alias quoquo modo, publicentur indulgentiæ, niſi ab epiſcopis viſæ, & per eorum ſigillum aut ſignum, & ſecretarii ſubſcriptionem, appareet parochis eas a ſummo Pontifice conceſſas fuiſſe.

Parochi vero & concionatores, indulgentiarum valorem utilitatem, & efficaciam fidelibus explicent: ſimulque oſtendant, cum qua diligentia pietate & puritate mentis, applicare quiſque ſibi eas debeat.

In eccleſiis quibus indulgentiæ conceſſæ fuerint, & capellis ſeu altaribus privilegiatis: tabula publice apponatur, ſigno & ſigillo epiſcopi, ejuſque ſecretarii notata, qua appareat quid conceſſit, ad dictas indulgentias conſequendas.

Caput XIII.

De ſacramentis in genere.

Cum tanta ſit humanæ naturæ imbecillitas, ut ad divina capeſſenda animus vix poſſit aſſurgere, niſi quibuſdam adjuvetur adminiculis: cumque carnali hoc & caduco corpore velut carcere quodam incluſus, ſenſuum miniſterio plurimum utatur; divinæ ſapientiæ viſum eſt, mortalium infirmitati ſe accommodare; ſuam virtutem & gratiam per quaſdam externas res, & ſigna, quæ ſenſibus percipiuntur, nimirum per ſeptem ſacramenta eccleſiæ, conferre: a quibus omnis juſtificatio noſtra incipiat, vel cœpta augeatur, amiſſave reparetur, & non ponentibus obicem conferatur.

Paſtores omni ſtudio & diligenna invigilare debent, ut ſuarum eccleſiarum parochi, rite & qua decet ſedulitate ſacramenta fidelibus adminiſtrent: nec aliis umquam, niſi præſcriptis a Romana eccleſia ſactamenta adminiſtrandi formulis & cærimoniis: neve cum alio rituali aut Ordinario, quam ad uſum Romanum: ut iiſdem omnes cærimoniis ubique utantur: & ſuperfluæ, inutiles & fucatæ cærimoniæ, ſi quando per particulares contra inſtituta eccleſiæ inventæ fuerint, de medio tollantur, & prorſus eliminentur.

Anno Christi 1609.

Sit inſuper parochus ad quem adminiſtratio ſacramentorum ſpectat, purus, & ab omni labe letalis peccati alienus: ne dum aliorum quærit ſalutem, ſeipſum condemnet, ſibique æternæ damnationis ſit miniſter: & illi dicatur a Deo; Signa novi, ſacramentum approbo, gratiam largior: tu vero labiis & corde pollutus, quis es?

Et quemadmodum intus candidæ innocentiæ ſtola exornatus eſſe debet, ita etiam extrinſecus mundo ſuperpelliceo ſtolaque ſit ſemper indutus: ut populus intelligat non vulgarem, ſed cæleſtem rem agi, cum ſacramenta tractantur.

Adhæc, noverint rectores animarum, cum ſacramenta ſint dona Dei, liberaliter & gratis conceſſa, non ſolum ſine ſimoniæ labe, verum etiam ſine avaritiæ ſuſpicione eſſe exhibenda: ac propterea maxime caveant, ne in eorum adminiſtratione quidquam prorſus verbis, aut etiam ſignis, vel minimum quovis modo petatur, aut exigatur.

Qui ſecus fecerint, & pœnis a jure communi ſtatutis, & aliis arbitrio epiſcopi plectantur.

Volumus autem & ordinamus, quod parochus, aut ejus vicarius, ad aliam eccleſiam ſi tranſire contingat, non diſcedat, niſi ſucceſſori relictis & aſſignatis libris in quibus eorum qui baptizati, confirmati, excommunicati, matrimonio juncti, & ſepulti, nomina deſcripta fuerint.

Superbis cum reſiſtat Deus & humilibus det gratiam, cujus vaſa ſunt ſactamenta; ad hæc ſuſcipienda fronte elata accedentes, non debent admitti: ſed qui exteriori corporis geſtu internam denotent animi demiſſionem. Propterea nulla ſacramenta conferantur arma geſtantibus, ſed ea deponant ſuſcipientes, & eorum patrini, quando neceſſarii ſunt.

CAPUT XIV.

De Baptiſmi ſacramento.

Inter omnia novæ legis ſacramenta, primum maximeque neceſſarium & utile eſt baptiſmus: in quo ſordes peccatorum tam originalis, quam actualium deponuntur; & per quem fidei ſignaculum recipimus, militiæque Chriſtianæ adſcribimur: nec illi qui eo privatus eſt in re aut in voto, ad regnum cælorum patet aditus.

Idcirco in Domino præcipimus, ut quam citiſſime fieri poterit, parentes liberos ſuos baptizandos curent: neque diu ſuſceptrices & patrinos exſpectent: [a] in tali exſpectatione animas pretioſo Chriſti ſanguine redemptas, maximo, graviſſimoque æternæ mortis periculo, e quo emergere numquam poſſint, exponant: propterea jubemus ut ultra tres dies ab infantum nativitate, vel ad ſummum ultra octo hoc ſacramentum nullo pacto differatur.

[a] *Forte, ne tali.*

At ſi aliquod recens oatis infantibus immineat vitæ periculum, curent parentes omni adhibita diligentia domi vel a preſbytero, vel a laïco abſente ſacerdote, vel non exſiſtente ibi laïco viro, a femina eos baptizari, cum intentione faciendi quæ juſſit Chriſtus, & intendit eccleſia, cum aqua elementari ſimplici: & verbis Domini noſtri Jeſu Chriſti diſtincte prolatis: nempe, *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.* Quæ ſi Latine neſciant, vulgari idiomate per baptizantem proferri poterunt.

Nomen infantis qui domi ob neceſſitatem baptizatus eſt, in librum baptizatorum, a parocho, notato patrini nomine, & ejus qui domi ad baptiſmum, A & qui in eccleſia ad catechiſmum & exorciſmum adhibitus eſt, de more referatur.

Curatis autem, ſacerdotibuſve, extra neceſſitatis caſum, ſub pœna excommunicationis ad domum cujuſquam, etiam magnatis, ad baptiſmum miniſtrandum accedere prohibemus: neceſſitas autem illa intelligatur quæ mortem infanti minetur.

Neque præterea aliquis ſit, qui cærimonias & ritus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ multum pietatis & utilitatis habent, negligat; ſed poſt eorum convaleſcentiam, & quam citiſſime fieri poterit, infantes in domo baptizati, ad eccleſiam & parochum portentur, dictarum cærimoniarum cauſa: ſub pœna contemptus præcepti eccleſiæ. Hujuſmodi etiam cærimoniæ, B iis qui ab hæreticis baptizati ad eccleſiam revertentur erunt obſervandæ, dum tamen in baptiſmo formam materiamque debitam adhibuerint.

Quos jam baptizarint hæretici, eos rebaptizare prohibemus: ſub pœnis io ſacris canonibus contentis, niſi forte ioſtitutam a Chriſto baptiſmi formam materiamque eos minime obſervaſſe conſtaret.

Admoneant interim parochi, ſuſceptores & patrinos, de cognatione ſpirituali, quæ contrahitur inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, ac inter tenentes ſive ſuſcipientes & baptizatum: deque illorum in contrahendis matrimoniis impedimento: & quod ad parvulum edo- C cendum in fide catholica, hoc negligentibus, aut vita functis parentibus, ſint obligati.

Similiter declaret, quod poſtquam domi fuerit baptizatus puer, & ad eccleſiam pro dictis cærimoniis faciendis defertur; qui eumdem levant, non fiunt compatres, neque cognationem aliquam, quæ tantum eſt in ipſo actu baptiſmi, contrahunt.

Obſtetrices duobus poſt hujus decreti promulgationem menſibus, pœna arbitrio epiſcopi propoſita, non præſtent officium, niſi per parochum in ſcriptis probatæ ſint, & idoneæ judicatæ ad ſacramentum baptiſmi, cum neceſſe fuerit, admioiſtrandum, ſuper quibus invigilare debent animarum rectores.

Quæ autem probata eſt, moneatur, ut curet D quoad fieri poteſt, cum baptizat, duas ſaltem mulieres, ac matrem præſertim, ſi poteſt, teſtes adeſſe; quæ in baptizando verba ab ea diſtincte prolata audiant.

Parochus vero, cum perquiret an infans baptizatus ſit, diligenter obſtetricem, & teſtes etiam de verbis prolatis interroget; ut ſibi conſtet, an baptiſmi forma recte adhibita ſit, an vero ſecus; quam ob rem oporteat infantem a ſe baptizari.

In baptiſmo ſacerdos aut parochus baptizans, præſentem adeſſe non patiatur, neque Judæum, neque hæreticum, neque denique alium quemquam a fide Chriſtiana averſum: minuſque admittat aliquos compatres, de fide ſuſpectos vel nondum con- E firmatos.

Licet expoſitus aut projectus infans, ſchedulam habeat collo appenſam, quæ illum baptizatum eſſe teſtetur: ſi tamen re diligenter perquiſita, quemadmodum catechiſmo Romano expreſſum eſt, adhuc dubium ſit eum baptizatum eſſe, hac conditionis formula baptizetur. *Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo:* [a] Et, *ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Amen.

[a] *Forte, ſed ſi.*

Sacerdos aut parochus baptizans caveat, ne ad infantem baptizandum alio chriſmate utatur,

quam eo, quod illo ipſo anno conſectatum eſt : ut veteri canone cavetur, ſub pœna ſuſpenſionis incurrendæ.

Et quia in baptiſmi ſuſceptione, ſatanæ mundique pompis eenunciatur, abſurdum eſt magnifico adeo luxu, inanibuſque ſumptibus diem quo baptiſmus confertur tranſigi ſolemnem : itaque multorum conventum, concomitationem, riſus jocoſque effuſiores, deambulationes & oſcula in eccleſia omnino prohibemus.

Et quia avaritia ſuadente, permulti in electione ſuſceptorum ſive compatrum, non quidem probiores ſed ditiores paſſim eligunt : ſub pœna excommunicationis ſtatuimus, & mandamus, tam contra recipientes, quam dantes, ne puero vel parentibus, pto nova ejuſmodi cognatione aliquid ullo modo donetue : exceptis iis quibus ob ſummam egeſtatem, eleemoſynam impertiri videbitur neceſſarium.

B

Conſuetudinem veto deteſtabilem, quæ nonnullis in locis pernicioſe invaluit, per quam pueti de novo baptizati, ſuper altati, pecunia vel aliquo munere a compattribus redimendi exponuntur, damnamus, penituſque improbamus.

Quoniam compaternitas vinculum inducit ſpirituale, & ad plura quæ minus ſotre conſidetantur adſtringit : ſacrorum canonum, & maxime concilii Teidentini veſtigiis inhætendo, ſtatuimus : ut unus tantum, ſive vit, ſive muliee, vel ad ſummum unus & una, baptizandum de ſacro lavacro ſuſcipiant, & non plures. Patochus veto antequam ad baptiſmum confetendum accedat, diligenter inquirat, qui compatres ſunt electi, quos tantum admittat, & non alios.

C

Si duo vel plures infantes, uno & eodem tempoee baptizandi afferuntut, eorum unicuique, catechiſmum, exotciſmum, & reliquas ſtatutas cærimonias, baptiſmumque parochus ſigillatim miniſtret atque adhibeat.

Fideles qui præſentes adſunt, pie, teligioſe, omnique animi attentione adeſſe ſæpe moneat : memoria tacita ſtudioſe ſecum recogitantes, quæ Deo, cum baptiſmum ipſum ſuſceperunt, ſančte ſpondetint.

D

Cutent parochi, ut infanribus ptoptio nomine in baprſmo appellandis, nomina Patrum veteris Teſtamenti taro imponantur : numquam autem quæ tutpia aut tidicula ſunt, ſicut nec ea quæ impiorum & impurorum hominum memoriam referant : ſed illorum qui ob veræ pietatis ac ſanctæ religionis, virtutiſque Chriſtianæ laudem, ſanctorum numero adſcripti ſint: ut in ipſo vitæ ingreſſu cum ethnicis, Judæis, & hæreticis, ne nomen quidem commune fideles habere ſe velle proteſtentut ; nec ipſi infantes etiam, cum ætate proceſſerint, nominum ſimilitudine ad eorum, a quibus illa accepta ſint, imitationem excitentur.

Baptiſterium clauſum perpetuo ſit, mundum purumque continuo fulgeat nitoee : tum eeliqua omnia in manuali deſctipta ad ejus nitidum cultum accommodentur.

E

Dictum autem Baptiſmi ſacramentum, nudis infantibus tantummodo, dum abluuntur, conferant parochi, niſi aliquod grave inde viderint futurum incommodum : caveantque ne ex nimia infuſione aquæ, baptizato damnum aliquod infeeatur.

Quod ſi alterius parochiæ (quod non fiat niſi de licentia epiſcopi) infanrem parochus aliquis baptizavetit, tunc teneatur ad proprium parochum deferre, ut ipſe nomen & cognomen baptizati,

A

parentum, & ſuſcipientium, in libro baptizatorum deſcribat.

CAPUT XV.

De Confirmatione.

Sanctorum Patrum inſtitutionibus conſtat, nos in baptiſmo regenerari ad vitam ; & poſt baptiſmum in hoc ſacramento, quo per impoſitionem manuum epiſcopi Spititus ſanctus diffunditur in corda fidelium, robut atque fortitudinem dari.

Ut enim athletas, antequam ad ſingulate aliquod certamen deſcenderent, ungi ſolitos teſtarum eſt : ſic verus Chriſti miles ſacro chriſmate ungitut, ut omnia tela nequiſſimi hoſtis facile retundat, & in militia ſpitituali, contea carnis, mundi, & diaboli tentationes conſignetur. Ideo hoc ſacramentum fidelitee & ſollicite adminiſtrene epiſcopi, ne pet eorum negligentiam fiant vires populi ſibi commiſſi ad reſiſtendum imbecilliotes.

Sint itaque ſolliciti patres, pueros ſuos epiſcopo confitmandos offerte. Non admittantur autem ad hoc ſacramentum, niſi ſint perfectæ ætatis : vel ad minus qui ſeptimum annum attigetint ; qui orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, ſymbolum Apoſtolorum, & decem ptæcepta decalogi noeint. Adultos etiam peccata confiteri, ſymbolum profiteri, & jejunos accedere hortentut, ſi hora matutina hoc ſacramentum conferatur.

Atque ob eam quidem cauſam, epiſcopus illa fidei rudimenta ſibi ab illis recitari jubebit : quam diligentiam idem epiſcopus etiam, ut opus eſſe videeit, aliquando præſtet, per ſe vel alium ſacerdotem, quem ad eam rem cognoſcendam conſtituerit.

Procurent etiam epiſcopi per parochos populum doceri vim, effectum, & dignitatem hujus ſactamenri : non ſolum ante diem confirmationis, quem prius populo annunciari opottet, ſed etiam ſæpe intra annum.

Caveant epiſcopi in bujus ſactamenti adminiſtratione, ab omni ſtrepitu, vociferatione & confabulatione : ſint quoque compoſiti, qui ejuſmodi ſacramentum eecipiunt, manibus ante pectus junctis: ſuo omnes ordine teligioſe ac devote cum ſancto ſilentio otent.

Omnes qui ad hoc ſacramentum accedent, chirographum præ manibus geſtabunt, in quo deſcriptum ſit nomen illius qui confirmandus eſt, & præterea pattini : quod eccleſiaſticus ab epiſcopo deputandus de manu confirmandi accipiat, ejuſque nomen intelligibili voce legtt, & illud idem aſſervet : ut deinde omnia confirmatorum nomina per parochum in libro baptizatorum ſepatatim ttanſcribenda, eidem tradat.

Non ſit pattinus aut matrina in confitmatione, qui infantem levarit, nec pater aut mater : ut in tebus fidei confirmati novum recipiant tutorem.

Sacrilegam multotum conſuetudinem nimia lucri cupiditate in ſactamenti confirmationis itetata ſuſceptione abolere cupientes, inhibemus pattinis & matrinis ſub pœna excommunicationis, aliquam pecuniam, aut aliud quidpiam confirmatis dare : ſed tantum curent eos docere quæ deceant Chtiſtianum, ſacro chriſmate in confirmatione linitum.

CAPUT XVI.

De ſacramento Pœnitentiæ.

Qui ſtolam innocentiæ ſibi in baptiſmo ttaditam amiſerint, aut ſe peccatis letalibus maculatint,

Anno Christi 1609.

rint, his non minus neceſſarium eſt ſacramentum A pœnitentiæ, quam ſacrum lavacrum infectis originali peccato, cum illud dicatur ſecunda poſt naufragium tabula. Ut autem non fructuoſe ſuſcipitur, niſi in ſuſcipiente ſit oris confeſſio, cordis contritio, & operis ſatisfactio; ita in conferente juriſdictio, & inter lepram & lepram diſcretio eſſe debet.

Quapropter ad fidelium confeſſiones audiendas nullus ſive ſæcularis, ſive regularis ſit, aut quacumque dignitate vel auctoritate fulgens admittatur, niſi qui per epiſcopum, prævio ſuper litteratura examine, diligentique de vita & moribus inquiſitione præcedentibus, factoque de prudentia experimento, fuerit approbatus: & in ſcriptis obtinuerit facultatem, quæ gratis detur: & ſine qua nemini omnino liceat audire confeſſiones, ſub pœna excom- B municationis ipſo facto incurrendæ: cum alias non ſit abſolvere, ſed confitentem decipere: excepto mortis periculo, in quo quilibet ſacerdos, vere pœnitentem poteſt ab omnibus peccatis abſolvere.

Quilibet epiſcopus, prout viderit pro bono ſubditorum eſſe neceſſarium, brevem inſtitutionem faciat pro confeſſariis monendis, cujus exemplar ſinguli habere teneantur.

Examinati moneantur, ut non alia utantur abſolutionis formula, quam quæ inferius eſt inſerta: videlicet poſt preces, *Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Indulgentiam, abſolutionem & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi* C *omnipotens & miſericors Dominus*: Poſtea ſubdat: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex, te abſolvat: & ego auctoritate ipſius te abſolvo ab omni vinculo excommunicationis in quantum poſſum & indiges: deinde ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen. Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris ſit tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, amen.* Sed ex his omnibus maxime advertant, ne verba quæ eſſentialia ſunt omittantur, nimirum: *Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, &* D *Filii, & Spiritus ſancti, amen.* Quæ proferat confeſſarius diſtincte, ſigno crucis ſignando confitentem.

Utile eſt ſæpius perditam gratiam hoc ſalutari pœnitentiæ remedio recipere. Hortamur itaque fideles omnes, ut ſi fieri poſſit, quater in anno peccata ſua confiteantur: quod facere poterunt cuilibet ſacerdoti approbato. In Paſchate tamen teſtificationem chartula, aut nota aliqua, confitentibus dare tenebuntur confeſſarii delegati, quam illi ad parochum deferant, qui eorum nomina in libro deſcripta diligenter cuſtodiet.

Judex conſtitutus cum ſit ſacerdos, ut ſolvat aut liget, pœnitentes non audiat niſi pro tribunali ſedendo, pœnitente genua flectente, palam & intra E eccleſiam, hora diurna, nulliſque ſubjectis pulvinaribus, ut ſe reum agnoſcat atque profiteatur, excepta ægrotantium neceſſitate.

Ob tanti ſacramenti reverentiam, in qualibet eccleſia tot conſtituantur confeſſionalia in loco patenti, quot probandi erunt ſacerdotes neceſſarii ad audiendas confeſſiones: & ita diſponantur, ut confeſſarius a pœnitente recte dividatur per aſſeres, in quibus ſit craticula, ex qua pœnitentis delicta confeſſarius, & confeſſarii monita pœnitens clare & diſtincte percipiat.

A Sordidum quæſtum nutu aut voce a pœnitentibus ne petant confeſſarii: ſed tantum recipiant eleemoſynas, quas libere ſibi ab ipſis dari videbunt: nec confeſſiones audiant niſi decenti habitu, ſive ſæculares aut regulares ſint.

Et quoniam propter peccata ſæpe a Deo mittuntur infirmitates, a quibus nonniſi peculiari quadam ipſius ope ſanari poſſumus: ſalutarem Innocentii tertii conſtitutionem inſequentes, præcipimus medicis, ut ægrotum cum primum inviſerint, ad peccata ſua idoneo confeſſario confitenda hortentur & moneant: nec eum, niſi confeſſum, tertio inviſant, ſub pœna excommunicationis.

Ne pro terreno, in homine deturpetur quod ad imaginem Dei effectum eſt, cum anima longe cor- B pori præſtet: pro quacumque infirmitate corporis ſananda, ſub interminatione divini judicii inhibemus medicis remedia ordinare, per quæ ad peccatum mortale invitari poſſit ægrotus.

CAPUT XVII.

De caſibus reſervatis.

Abſolutio peccatorum cum actus ſit juriſdictionis, non poteſt ſacerdos a peccatis abſolvere, niſi in quantum ſibi juriſdictio eſt attributa: unde ſimpliciter approbatus non poteſt ab omnibus caſibus abſolvere, ſed ad epiſcopum aut ſummum Pontificem remittet pœnitentem, in quo caſus Sedi Apoſtolicæ C aut epiſcopo reſervatos inveniet. Epiſcopus tamen a caſibus ſibi reſervatis abſolvendi facultatem Quadrageſimali tempore gratis concedat ſacerdotibus, quos alias idoneos ad audiendas confeſſiones judicaverit: demptis iis quos graviores & propter nimiam indulgentiam abſolvendi frequentiores reperierit, ne facilis ad ea perpetranda reddatur populus. Ea tamen utetur prudentia, ut non ſevere & rigide remiſſum perturbet; ſed hortatione & leni diſcurſu gravitatem peccati explicando, affabilitatem prælati demonſtrabit: & efficiet externo geſtu, ut non abire juſſum ſine abſolutione cognoſcant circumſtantes: immo & ipſe ſacerdos adibit epiſcopum, facultatem a tali caſu abſolvendi petiturus.

Caſus ſibi reſervatos publicare facient epiſcopi D in ſuis ſynodis diœceſanis, ut norit quilibet quid ſibi conceſſum, quid denegatum: ne cum damno pœnitentium in alienam meſſem falcem mittat.

Cum ſibi reſervandi caſus facultatem habeant epiſcopi, ea tamen parce utentur, ne propter nimiam ſeveritatem ſuffuſi rubore ſubditi peccata teneant: ſed eos tantum ſibi reſervabunt, quos ad bonum animæ ſubditorum conducere judicabunt.

CAPUT XVIII.

De ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento.

Sacramentum fidelium viaticum, & propter rem in eo ſumptam ſacramentorum omnium excellentiſſimum, omnibus re ipſa aut voto ad ſalutem ne- E ceſſarium, ex præcepto eccleſiæ ſemel ſaltem in anno ſuſcipiendum, digne diſpoſitis ut non eſt negandum, ita impuris non concedendum: ſed his qui, ut ait Apoſtolus, ſe prius probaverint, & ſic ad illud manducandum acceſſerint. Vita enim eſt bonis, & mors malis: nam qui indigne arcam fœderis tangunt, retro mortui cadunt.

Idcirco tempore Paſchatis ſemel a proprio parocho recipiet auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum quilibet fidelis, ſub pœna excommunicationis; qui cum parochus noſſe debeat vultum pecoris, tum

rejiciet, pro ut illi injungimus, a ſuſceptione tanti & tam tremendi ſacramenti, excommunicatos, uſurarios manifeſtos, adulteros, concubinarios, blaſphematores notorios, meretrices, & alios infames peccatores, ut par eſt, non pœnitentes.

Quilibet parochus deferet ad ſynodum, & in ſcriptis tradet nomina & cognomina eorum qui non communicarunt illo anno, quos monendos tertio curabit epiſcopus: alias non obedientes a communicatione fidelium ut excommunicatos arcendos jubebit. Feſtum autem Paſchatis a die Dominica in ramis Palmarum, uſque ad Dominicam in albis incluſive volumus intelligendum.

Dum miniſtrabunt Euchariſtiæ ſacramentum, illud deferent ſacerdotes in pyxide, aut intra calicem. Sit vero communicantium mappa munda & nitida: ut ſi (quod abſit) aliquando e manu deciderет ſacra hoſtia, eam non humi, ſed in dicta mappa reſervatam recipiant ſacerdotes.

Priuſquam vero communicantibus tradant ſacram hoſtiam, vertentes ſe ab altari ad communicantes in manu dextera, ſupra pyxidis aut calicis os appoſita, unam hoſtiam tenentes qua decet reverentia, voce aliquantulum elata dicent: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* tum capite aliquantulum inclinato, lente, ut idem una cum illis proferre poſſint communicantes, ſubjungent ter lingua Latina, aut vernacula: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea:* & proſequendo communionem, dicent: *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, amen.* Signando deinde ſigno crucis recipientem.

Non utatur parochus calice ad dandam purificationem: ſed habeat cyathum mundum, in quo ſit vinum aut aqua, quem deferat miniſter, cum manili; & communicatis purificationem dabit: ita tamen ut cum ſacerdoti Euchariſtiam deferenti obviaverit, ei profunde genu flectat.

Sub pœna excommunicationis prohibemus ſacerdotibus ſacram Euchariſtiam miniſtrantibus, quoquo modo a ſuſcipientibus ſacramentum aliquid quæritare.

Non admittant parochi infantes ad ſuſceptionem tanti ſacramenti, quod cibus eſt grandium: ſed eos tantum quorum ſit probata vita & modeſtia, qui quod ore ſumpſerint mente ruminare poſſint.

CAPUT XIX.

De Miſſæ ſacrificio.

Pignus redemptionis noſtræ, & quotidianum humanæ reconciliationis incrementum, ac ſacrificium, quanta debeat reverentia celebrari, & qua cordis puritate ad illud accedere teneatur ſacerdos, ſatis expreſſe notant, qui angelis ſuperiores aſſeruot ſacerdotes; dum ſæpius agunt celebrando, quod ſemel in utero Virginis actum eſt: quod eo attentius conſiderabit ſacerdos Miſſam celebraturus, ſi adverterit ſe Pontificem prius pro ſe, deinde vero pro peccatis populi ſacrum facturum.

Irrepſere tamen permulta, quæ minus ad devotionem populum excitant, aut ad riſum provocant, immo a frequentatione tanti ſacrificii avocant: dum turpi quæſtu, non ſatis parati, indecenter ad altare accedunt, & in eo minus modeſte ſe gerunt.

Nos itaque primum illum candorem videre cupientes in ſacerdotibus, ſtatuimus, ut celebraturi purgata primum conſcientia ſe in ſacrarium recipiant, ubi repertis his & in miſſali perlectis, quæ in Miſſa ſunt recitaturi, orationes ob Ordinario Romano præſcriptas, pro ſua devotione fundent & pronuntiabunt: tum parabunt calicem cum purificatorio, patellam cum hoſtia munda, & ſacris linteaminibus; & velo, ſi haberi poſſit, cooperient. Intra dictum ſacrarium & non alibi induent ſe veſtibus ſacris; & deinde pileo quadrato in capite geſtando, calicem paratum deferendo, & præcedente miniſtro, ad altare accedent: coram quo profunde inclinati, detecto capite & facta reverentia, & ſuper eodem ſacris linteaminibus explicatis, & parato miſſali in cornu epiſtolæ, introïtum & reliqua in Miſſa recitabunt & facient: nihil addendo vel diminuendo, nec ullas adhibendo cærimonias, præter eas quæ in miſſali Romano expreſſe notantur: ut unitas in fide & moribus & actionibus, inter fideles, ſicut ſemper fuit, ubique terrarum reperiatur.

Pacta & conditiones ſordidas, quæ ſimoniam ſapiunt, pro Miſſarum celebratione vitabunt: ne ipſis miniſtrantibus, laici certo & ſuperſtitioſo candelarum numero utantur, aut alia agant quæ ſuperſtitionem denotant: ipſi vero Miſſam de officio recitent, niſi aliud neceſſitas exigit: nec vero per eos, ſub pœna excommunicationis, addantur pſalmi, aut alia quæcumque in Miſſa, præter tertiam orationem, quam quiſque celebrans ad libitum recitare poteſt.

Non celebretur Miſſa pro defunctis niſi corpore præſente: nec fiant publicæ mortuorum abſolutiones, diebus Dominicis & feſtivis ſolemnibus poſt Miſſæ celebrationem: aliis vero diebus non fiant dictæ abſolutiones niſi depoſita cauſa. Nec celebrentur Miſſæ in domibus privatis, etiam magnatum & potentum, niſi eſſet ſacellum ad hoc ſpecialiter conſtructum & per epiſcopum aut de ejus mandato benedictum: niſi etiam altare portatile conſecratum.

Miniſtrantes celebrantibus induantur toga talari, nec ad id admittantur feminæ, quibus nec eſt licitum parare altare, cum ſilere debeant in eccleſia, & propter ſacerdotes faciem velare: illis ideo prohibemus ne ad altare propius accedant, dum divina peraguntur.

Infinitum tanti ſacrificii meritum omnibus quidem prodeſt, ſed his maxime qui præſentes ſunt, & modeſte ſe gerunt: ideo curent ſacerdotes, circumſtantes omnes, uti invitantur, elevare corda, ſpiritum demittere, quod exteriori corporis diſpoſitione denotent: & idcirco ſtantes, irreverenter ſedentes, aut capite operto eſſe in eccleſia a conſecratione ſacri Corporis Chriſti, uſque ad communionem non permittant.

Dum celebrantur, ut vulgo dicitur, novæ Miſſæ, non ſint choreæ: & eas ducere, tam ſacerdoti primam Miſſam celebranti, quam aliis omnibus diſtricte prohibemus: tunc vitetur ſumptuoſa convivia; & alia omnia quæ luxum ſapiunt, abigantur: ſed in ſacerdotibus ſit omnis modeſtia, quæ audientes Miſſam ad devotionem commoveat: ſecus agentes arbitrio Ordinarii puniantur.

Quod ex devotione pro Miſſarum celebratione per fideles ſacerdoti in eleemoſynam erogatur, ipſe recipiat: a pluribus idem non petiturus, ſub pœna excommunicationis.

Piæ defunctorum voluntates mandati exſecutioni cum non poſſint, propter modicitatem rerum legatarum, & ſacerdotes non habeant ex his, unde vitæ neceſſaria recipiant: ideo juxta ſacri concilii Tridentini ſtatuta, ſeſſione vigeſima quinta, de reformatione, decernimus, ut re diligenter inſpecta, in ſynodo diœceſana, uniant diverſa legata, aut be-

neficia in quibuſvis ſint eccleſiis : aut officia mi- A
nuant, prout viderint expedire.

Sacetdotibus quacumque dignitate fulgentibus,
niſi fuetint epiſcopi aut abbates, uſum mitræ ha-
bentes, in fine Miſſæ hac ſola benedicendi forma
uti mandamus : *Benedicat vos omnipotens Deus,
Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, amen.* Et hoc
non admodum ſonora, ſed nihilominus intelligi-
bili voce fiat.

Caput XX.

De clericis, peregrinis & vagis.

Non permittant rectores eccleſiarum quemquam
ſacerdotem, in ſuis eccleſiis celebrare, niſi viſa li-
centia eidem in ſcriptis conceſſa per epiſcopum, B
aut vicarium generalem diœceſanum. Facultatem
autem hujuſmodi non concedant epiſcopi niſi viſis
litteris ordinum clerici, & atteſtatione proprii epiſ-
copi, ſuper vita & moribus eo anno conceſſis :
quam atteſtationem clerici peregrini ab epiſcopis
in quorum diœceſibus morati fuerint, diſceſſuri
obtinebunt.

Regulares vero a ſuis Ordinariis in forma ob-
tentam obedientiam exhibeant, ſi facultatem cele-
brandi ſibi concedi intendant.

Criminoſos aut apoſtatas credimus clericos ſæ-
culares aut regulares, non habentes ſimiles atteſta-
tiones aut obedientiam : ideo qui ſine ipſis depre-
henſi fuerint capiantur, & in carceres detruſi pu- C
niantur, aut ad ſuos ſuperiores Ordinarios remit-
tantur.

Si religioſus cujuſcumque ordinis extra ſui mo-
naſterii ſepta repertus fuerit ſine regulari habitu,
per locorum Ordinarios incarceretur, & juxta ſan-
ctiones canonicas puniatur.

Caput XXI.

De ſacramento Ordinis.

Per ſeipſos ordines conferant epiſcopi ſubditis
ſuis, examinatis, & ſufficientibus repertis, quorum
illis ſit probata vita, per diligentem inquiſitionem,
& atteſtationem a parocho, magiſtro ſcholæ, & ſe-
nioribus loci, in quo reſidet Ordinandus. Quod ſi D
infirmitate aut alio legitimo detentus impedimento
epiſcopus proprius ad alium remiſerit eum qui eſt
ordinandus, hoc faciet litteris dimiſſoriis : quas
non concedet pro quocumque ordine, niſi ita prius
examinato & approbato, ac ſi ipſe eumdem ordi-
nem, pro quo dimittitur, eidem conferre deberet.

Fidei rudimenta ignorantes, ſacro chriſmate
non deliniti, legere & ſcribere neſcientes, ſpurii aut
illegitimi, ad primam clericalem tonſuram abſque
epiſcopi diſpenſatione non admittantur.

Omnia quæ a ſacris canonibus & nominatim a
ſacro concilio Tridentino, ſeſſione vigeſima tertia,
de reformatione conſtituta ſunt, in conferendis or-
dinibus, ab epiſcopo, & ordines recipientibus in- E
violabiliter obſerventur.

Litteræ dimiſſoriæ illis tantum conferantur, quos
prævio examine, & diligenti facta inquiſitione, de
ipſorum vita & moribus, idoneos & probatæ vitæ
repererint : quique vel titulo beneficii, vel patri-
monii, valorem triginta aureorum annuis redditibus
actualiter poſſideant : ne tamdem in dedecus mini-
ſterii dum ſacerdotes fuerint, ſe vilibus immiſcere
vel mendicare cogantur.

Et ne talis ſupponatur titulos, illum non reci-
pient, niſi inſtrumento publico atteſtatum per offi-
ciarios & conſules loci, in quo erunt bona patrimo-
nii ; qui dicant & teſtentur bona expreſſa in dicto
titulo vere poſſideri a conſtituente, & ipſum ære
alieno non gravatum, talia bona dare poſſe quæ ad
valorem annuum redditus præfati aſcendunt : cujus
tituli & atteſtationum copiam penes ſe debite ſi-
gnatam reſervabit epiſcopi ſecretarius.

In litteris dimiſſorialibus non inſeratur clauſula
illa : *Conſcientiam noſtram exonerantes : veſtram
onerantes :* cum nullus remitti debeat, quin ejus
ordinis, ad quem ſumendum remittitur ab Ordi-
nario, capax & idoneus fuerit judicatus.

Sed quoniam talis abuſus jam ab aliquibus annis
in noſtra inolevit provincia, dum permulti furtim
beneficia aut capellas ſub colorato aut fraudulento
aliquo titulo mendicant, variis artibus & fallaciis
contingentes ſe beneficium eccleſiaſticum, aut etiam
facultates alias ſufficientes poſſidere ; cum a nobis
aut coepiſcopis in examine, tamquam inhabiles &
indigni ejecti fuerint, ob ſupinam illorum in rebus
divinis ignorantiam : Statuimus, quod in poſte-
rum nulli epiſcopi ordines vel litteras conferant
dimiſſorias, niſi his quos ſciverint de ſua diœceſi
oriundos : aut in ea per tres annos beneficium pa-
cifice poſſederint, annui redditus valoris ſupra
dicti triginta aureorum : alias non obſtante poſſeſ-
ſione beneficii minoris valoris, ab ordinum ſuſ-
ceptione repellant.

In litteris dimiſſoriis, non detur facultas niſi ad
ſolum ordinem ſacrum ſuſcipiendum intra annum :
quo elapſo, dictæ litteræ nullius ſint effectus.

Propter abuſus, quos experimento cognovimus
in extraneis, qui ſub falſis & fictis dimiſſoriis, ad
ordines ſuſcipiendos, & ut examen a ſacris ſanctio-
nibus ordinatum evitare poſſint, in Galliam ve-
niunt : ſtatuimus, ut nullæ externorum admittantur
dimiſſoriæ, ſed cum illis a ſuſceptione ordinum
rejiciantur : niſi ſint regulares, qui ſaltem per an-
num intra regnum reſederint, & ibidem ab Ordi-
nariis præſentis regni dimiſſorias obtinuerint.

Caput XXII.

De Matrimonio.

Matrimonium a Deo inſtitutum unionem Chri-
ſti & eccleſiæ perfecte ſignificans, unde magnum
ſacramentum eſt appellatum, licet puritatem deno-
tet, tamen propter laſciviam & immoderatos ap-
petitus fœdatur a permultis ; dum quod Deus con-
junxit, non ſine ſacrilegio ſeparare tentant : & quod
libere agendum eſt, vi aut metu fieri procurant.
Quod advertens ſacroſancta Tridentina ſynodus,
& cum tot tantiſque malis curandis ſanandiſque
optima & opportuna remedia inſtituerit, quæ per-
utilia judicavimus : idcirco ejuſdem concilii de-
creta, quæ in tota noſtra provincia obſervanda
ſtatuimus, de verbo ad verbum hic ad hos fines
inſeri juſſimus.

Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matri-
monia libero contrahentium conſenſu facta, rata,
& vera eſſe matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita
non fecit : & proinde jure damnandi ſint illi, ut eos
ſancta ſynodus anathemate damnat, qui ea vera &
rata eſſe negant ; quique falſo affirmant, matrimo-
nia a filiis familias ſine conſenſu parentum contra-
cta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere
poſſe : nihilominus ſancta Dei eccleſia, ex juſtiſſi-
mis cauſis, illa ſemper deteſtata eſt, atque prohi-
buit. Verum cum ſancta ſynodus animadvertat,
prohibitiones illas propter hominum inobedientiam

ANNO CHRISTI 1609.

jam non prodeſſe, gravia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis conjugiis ortum habent, præſertim vero eorum qui in ſtatu damnationis permanent: dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab eccleſia, quæ de occultis non judicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur: idcirco ſacri Lateranenſis concilii ſub Innocentio III. celebrati, veſtigiis inhærendo, præcipit, ut in poſterum antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus feſtivis in eccleſia inter Miſſarum ſolemnia, publice denuntietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie eccleſiæ procedatur: ubi parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: *Ego vos in Matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*; vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuſcujuſque provinciæ ritum. Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes; tunc vel una tantum denunciatio fiat, vel ſaltem parocho & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius conſummationem denunciationes in eccleſia fiant, ut ſi quæ ſubſint impedimenta facilius detegantur: niſi Ordinarius ipſe expedire judicaverit ut prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ & judicio ſancta ſynodus relinquit. Qui aliter quam præſente parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt; eos ſancta ſynodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & ejuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Inſuper parochum vel alium ſacerdotem qui cum minore teſtium numero, & teſtes qui ſine parocho vel ſacerdote hujuſmodi contractui interfuerint, necnon ipſos contrahentes, graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Præterea eadem ſancta ſynodus hortatur ut conjuges, ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent: ſtatuitque benedictionem a proprio parocho vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii ſacerdoti concedi poſſe: quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda eſt, vel privilegio non obſtante. Quod ſi quis parochus vel ſacerdos, ſive regularis ſive ſæcularis ſit, etiam ſi id ſibi ex privilegio vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius parochiæ ſponſos ſine illorum parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere auſus fuerit: ipſo jure tamdiu ſuſpenſus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus parochi qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu a quo benedictio ſuſcipienda erat, abſolvatur. Habeat parochus librum in quo conjugum, & teſtium nomina, diemque & locum contracti matrimonii deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremo ſancta ſynodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonii conſummationem, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad Euchariſtiæ ſacramentum pie accedant. Si quæ provinciæ aliis ultra prædictas laudabilibus conſuetudinibus & cærimoniis hac in re utantur, eas omnino retineri ſancta ſynodus ve-

A hementer optat. Ne vero hæc tam ſalubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit ut cum primum poterunt, curent hoc decretum populo publicari ac explicari in ſingulis ſuarum diœceſeon parochialibus eccleſiis: idque primo anno quam ſæpiſſime fiat, deinde vero quoties expedire viderint. Decernit inſuper, ut hujuſmodi decretum in unaquaque parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, a die primæ publicationis in eadem parochia factæ numerandos.

Vagos & qui habent incertas ſedes, quique ſæpiſſime relicta prima uxore adhuc vivente, cum alia contrahunt, & ſic in adulterio permanent, non admittant parochi ad contrahendum matrimonium: ideo banna in utraque contrahentium parochia publicentur: & ſi adeo diſtans ſit parochia alterius contrahentium, ut a parocho benedicente atteſtatio publicationis bannorum in altera parochia perfecte non dignoſcatur, eam ab Ordinario loci atteſtatam per litteras in forma cum ſigno & ſigillo epiſcopi requiret: ſine qua partes vinculo matrimonii copulare prohibetur.

B

Matrimonium non domi, ſed in loco ſacro celebretur, ab aurora uſque ad meridiem, in Miſſa tantum: nec ad contrahendum parochi admittant fideles ab Adventu Domini, uſque ad Epiphaniam; & a feria quarta cinerum uſque ad Dominicam in albis, ſine epiſcopi licentia: ſecundæ vero nuptiæ nuſquam benedicantur.

C Non contrahent Catholici cum hæreticis: nec enim fas eſt ad ſacramentum matrimonii quod gratiam confert, excommunicatum, talis gratiæ incapacem, recipere.

Gradus omnes cognationis, tam carnalis, quam ſpiritualis, affinitatis, juſtitiæ & publicæ honeſtatis, qui a ſacro concilio Tridentino impedire matrimonium declarantur, nos eoſdem etiam gradus legitima eſſe matrimonii impedimenta declaramus, & in illis contracta dirimenda eſſe; & ſic contrahentes puniendos decernimus juxta dicti ſacri concilii decreta.

Prohibeant epiſcopi ludos, qui impudenter in contemptum ſecundarum nuptiarum a permultis fieri ſolent, carivarios vulgo appellatos: contu-
D maces & inobedientes pœna excommunicationis coërceant.

Qui ſemel contraxerint, ad contrahendum de novo non admittantur, niſi certo conſtiterit de morte alterius cum quo nupſerant.

Excommunicationis ipſo facto incurrendæ ſententiam ferimus, in eos qui ſortilegia, & veneficia, aut incantationes, in matrimonia contrahentes, aut benedictionem nuptialem ſuſcipientes exercent.

Matrimoniales denunciationes ſolus epiſcopus, vel ejus in ſpiritualibus vicarius generalis, ex cauſa bene nota remittat: officiales vero ſuper illis diſpenſare non attentabunt, cum illud illis prohibitum ſit, prout præſenti decreto prohibemus.

De cauſis vero matrimonialibus nullo modo,
E etiam de conſenſu partium, cognoſcant officiales foranei, quas tantum in foro metropolitano aut epiſcopali tractari volumus.

Qui in gradibus prohibitis contraxerint, eos parochi diligenter inquirant & epiſcopo denuncient: qui impedimento cognito ipſos ſeparet, & ſimul prohibeat ſub excommunicationis ſententia, & aliis pœnis contra tales jure ſtatutis in ipſos agat.

Dum contrahitur in eccleſia matrimonium, vitentur riſus, ſtrepitus & alia indecentia; ſicut & durante adminiſtratione ceterorum ſacramento-

rum. Quod ſi quidam contumaces a talibus abſtinere tunc neglexerint, excommunicationis mucrone feriantur, & ab eccleſia arceantur.

CAPUT XXIII.

De extrema Unctione.

Extremam Unctionem infirmantibus ſolamen eſſe ad ſalutem corporis recuperandam, & medium aptiſſimum ab hac vita cum majori gratia diſcedendum, ex D. Jacobi verbis ſatis conſtat: quoniam, ut ait, orante ſacerdote & ægrotum oleo ungente in nomine Domini ſalvatur infirmus, & ſi in peccatis ſit, remittuntur ei: ideo parochi, cum ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ægroto miniſtraverint, hortabuntur eumdem, ut ſe ad ſacram Unctionem recipiendum præparet. Subditos vero omnes frequenter moneant, ne ſint in ſuſcipiendo tam utili ſacramento negligentes: & curent crebris monitionibus imperitum vulgus ab illa inani & impia opinione abducere, qua plerique ſiniſtre de virtute hujus ſacramenti ſentiunt: perinde ac ſi mortem ægris acceleret: cum tamen certum ſit, hujus virtute ſacramenti non animæ tantum, ſed & corporis ſanitatem a Deo optimo maximo ſæpiſſime concedi.

Eos ſæpius viſitent parochi, quibus hoc ſacramentum contulerint, non enim muneri proprio ſatis eſt factum, niſi eos in periculo mortis inviſant, & hortentur ad conſtantiam in fide, patientiam in morbo, ut finem ſuum feliciter explere poſſint in religione catholica, cum de æterno bono aut malo in tali ſtatu agatur.

Illud vero ſacramentum non illis ſolum conferant parochi, de quorum ſalute corporis nulla omnino eſt ſpes; ſed illis etiam in quibus vitæ diſcrimen eſſe judicabunt: & ut interſint, dum tale ſacramentum confertur, hortentur fideles; & indulgentias quadraginta dierum, quas intereſſentibus, ter Pater & Ave pro ægroto recitantibus conferimus, intelligibili voce publicent.

CAPUT XXIV.

De ſepulturis & cura pro mortuis habenda.

Secunda quaque feria, ſi fieri poterit, Miſſam pro defunctis celebrari curabunt parochi, & diebus Dominicis populum ad preces fundendas pro defunctorum liberatione hortabuntur.

Dum publica ſacrorum ſolemnia peraguntur, aut noctu, mortui nuſquam efferantur; ſi vero pomeridiano tempore funus agitur, Miſſarum ſolita celebratio in craſtinum aut alium diem non impeditum transferatur.

Intra eccleſiam & maxime prope altare non ita facile admittantur ſepeliendi: ſed illis tantum quos aut dignitas eccleſiaſtica, aut nobilis proſapia, aut virtutis laudabilis ſplendor commendarint. Quod ſi ſepulcra intra eccleſiam conſtruxerint, ſuper ſoli planitiem non attollantur, quibus nullæ inſcriptiones niſi conſulto & approbante epiſcopo, archidiacono, aut rectore eccleſiæ apponantur.

Funera ab heredibus defunctorum ducantur, ſi per ipſos teſtamentorum tabulis aut alias non fuerint ordinata, juxta perſonæ & facultatum qualitatem: & ad hoc per locorum Ordinarios compellantur; cum talis pietas erga defunctos a ſuperſtitibus debeatur.

Sordidas exactiones & pro exſequiis defunctorum illicitas pactiones a ſacerdotibus fieri non per-

A mittant epiſcopi: & quas factas noverint, irritas declarent, & in hoc deprehenſos ſacerdotes qua decet ſeveritate puniant.

Non ſepelientur defunctorum corpora niſi poſt horas viginti quatuor, niſi fuerint pueruli: nec in funere mortuum habita oratione laudabit aliquis, niſi hoc ſciente & approbante epiſcopo. Concionem vero hobere poterit qui alias ad hoc fuerit approbatus: de mortis certitudine, & ejuſdem horæ incertudine, judicii Dei ſeveritate, aut aliis quæ audientes ad ſe parandum ad mortem commovere poſſint.

Excommunicati decedentes, priventur eccleſiaſtica ſepultura. Quod ſi vi in loco ſacro ſepulti fuerint, dum libere agetur, oſſa & cineres, ſi diſcerni
B ab aliis poſſint, extrahantur & inde ejiciantur.

Cœmeteria omnia religioſe & honeſte teneantur, debiteque claudantur muris, aut foſſa: ita ut beſtiis in ea non pateat aditus: ad quod communitates locorum per Ordinarios compellantur: implorato brachii ſæcularis auxilio, ſi opus ſit.

Super quæſtionibus quæ oriuntur ratione ſepulturæ defuncti: ſi teſtamento, aut verbo præſentibus ſaltem duobus teſtibus eam non elegerit, aut habeat ſuæ familiæ propriam, ſummarie per Ordinarium loci provideatur: cujus ſententia non obſtante quacumque appellatione exſecutioni demandetur. Quod ſi facile adiri non poſſit Ordinarius, aut cauſa breviter tractari, tunc corpus defuncti intra
C cœmeterium eccleſiæ parochialis, in qua deceſſit, ſepeliatur. Alio cadavera portantes, favorem aut conſilium dantes, ad hoc excommunicentur, donec arbitrio Ordinarii fuerit ſatisfactum, etiam ſi ſint religioſi aut Mendicantes. Externi vero aut peregrini parochiam appellamus eam, intra quam ægrotus deceſſit, a cujus parocho infirmus eccleſiaſtica recipere debet ſacramenta.

Decedentes in parochia ſi alibi ſepeliendi, id non fiat niſi vocato parocho: & tunc matri eccleſiæ præſententur, quæ ex funeralibus juribus recipiat juxta conſuetudinem; de qua diligenter inquirant epiſcopi diœceſim viſitantes: cruce præeunte, dum itur ab eccleſia in domum defuncti ad
D ſepulturam deferendi, vigiliæ mortuorum ſine cantu, voce tamen aliquantulum elevata, per clericos, ſive ſæculares, ſive regulares ſint, recitentur: ut populus eccleſiaſtica munia eos obire tunc intelligat.

CAPUT XXV.

De teſtamentis.

Prælati viſitando diœceſim inquirant de piis defunctorum legatis, ſuper quibus ſimpliciter & de plano ordinent, ut exſecutioni demandentur: quod ſi ambiguum aliquid ſit, aut præter naturam vel pie fundatæ in teſtamento, aut clauſula legati appoſitum, id auctoritate ſua interpretentur, expli-
E cent & moderentur epiſcopi.

Si quid perpetuum aut temporaneum teſtamento pie legatum ſit, notarius poſt octo dies a morte teſtatoris, ejuſdem teſtamenti clauſulas legata continentes, parocho defuncti remittere debet, ſub pœna excommunicationis: rector vero poſt octo dies illarum copiam ad officialem vel promotorem mittere teneatur, ut per eum nomine Ordinarii, qui exſecutor eſt piarum voluntatum, ea exſecutioni demandari procuret: niſi fuerint exſecutores per defunctum expreſſe nominati.

Omnibus piis legatis infra ſex menſes poſt mor-

Anno Christi 1609.

tem teſtatoris ſatisfiat, niſi aliud in teſtamento fuerit deſignatum.

Exſecutores teſtamentarii reddere debent rationem adminiſtrationis diœceſano, quem ut procuratorem animarum piarum vocare debent in diſtributionibus legatorum: alioquin tales diſtributiones nullæ ſint: & ad eaſdem heredes iterum cogantur.

Tabulæ teſtamentorum, pia legata, ſive perpetua, ſive ad tempus præſcripta continentium, denunciata per notarios parocho, & per parochum promotori, ſive procuratori animarum piarum, deſcribant: & tranſſumpta in archivis epiſcopi reponantur: expenſis illius, in cujus favorem talia legata fuerint facta.

Caput XXVI.

De epiſcopis.

Conſtituit Deus Apoſtolos, quibus ſuccedunt epiſcopi: qui quaſi in altiſſima eccleſiæ conſtituti arce, invigilare debent ſuper gregem, & in cuſtodia ſanctuarii excubare.

Videant igitur ne aut incuria, aut inertia dormitantes, aliquid damni patiantur ſubditi: curentque & ſolliciti ſint, de credito ſibi populo errantes in viam reducere, perditos requirere & recuperare conentur. Id vero fiet ſi actiones proprias ad petram, quæ Chriſtus eſt, allidentes, quod in ipſis ex humana infirmitate ſordidum fuerit mundaverint, ſicque multo liberius feſtucas, quas viderint in aliorum oculis amovebunt, non pertimeſcentes, ne ſibi dicatur: Frater, amove prius trabem quæ in oculo tuo eſt.

Primum igitur in ſanctis meditationibus & orationibus frequenter: certam ſibi quotidie horam ſumat epiſcopus, quam in ſtudio & exercitatione divinarum contemplationum inſumat: in quibus Deo non pro ſe tantum ſed pro fidelibus ſibi commiſſis, preces fundat humiliter; ut quod in ipſis confractum, divina bonitate alligetur: quod languidem eſt ſanetur, perditum reparetur, & quod bonum eſt conſervetur. Singulis diebus ad veſperum, horam deſignet, qua ſuam familiam in ſacellum domeſticum, aut oratorium convocet, ubi ipſo præſente ſi non impeditus ſit, recitari faciat litanias & pias orationes: tum quiſque breve examen conſcientiæ efficiat; profeſtis diebus, Miſſæ ſaltem ſacrificio interſit epiſcopus, ſi ipſe celebrare non poſſit: Dominicis vero & feſtivis, Miſſam dicat, cum ipſe ſit aſſumptus ex hominibus, ut pro peccatis populi ſacrificium offerat.

Quotieſcumque munia ſpecialia exercebit, paratus accedet, poſt Miſſam celebratam in fine expreſſe orabit, ut ſibi præſto ſit Dei gratia in tali munere obeundo. Ut vero populus miniſterii ab epiſcopo peragendi, illiuſque inſtitutionis ab eccleſia cauſas odorari poſſit, priuſquam ea munia aggrediatur epiſcopus, eaſdem brevi ad populum habita concione explicabit.

Canonicas horas diſtincte & attente, ſi non cum choro, apud ſe recitent epiſcopi, ſtatis horis: quas præveniendo potius, quam tardando, perſolvere debent.

Singulis diebus feſtis & Dominicis in choro divinis officiis, ſaltem Miſſæ & veſperis, interſint.

Officiarios & maxime officiales ac promotores, viros probata vita & doctrina conſpicuos inſtituant: ut ſi aliquantum in ſcientia deficiant, illud vitæ probitate & integritate compenſent.

Se faciles adeuntibus præbeant, præſertim vero conquerentibus de injuriis receptis, denunciantibus ex caritate defectus ſubditorum quorumcumque, & pauperum miſerias vel infirmorum dolores declarantibus, quibus paterna dilectione provideant: ut egentibus largas eleemoſynas concedant, inimicos concilient, infirmos viſitent, quibus ſanctam benedictionem concedendo & dolorem levabunt, & forſan ex Dei bonitate ſanitatem reſtituent.

Convivia non faciant frequentia, a laïcorum nimia familiaritate abſtineant, ne ſic dignitatem imminuant: ſed tempus pro exercitatione aſſumendum ſacrorum librorum lectioni, & piis hominum colloquiis impendant, petentibus maxime conſilium dent, & afflictos benigne conſolentur.

In domibus ſuis feminas non admittant: domeſticos de fide bene ſentientes, modeſtos & pios habeant: quos ſemel in menſe confiteri & ſacram Euchariſtiam ſumere procurent, & lectionem ſacrorum librorum in menſa per clericum faciendam.

Si coëpiſcoporum aliquis, temporum vel bellorum injuria, fame, peſtilentia, aut aliarum difficultatum calamitatibus oppreſſos ſciverit, orationibus & privatis & publicis, largaque eleemoſynarum largitione conabitur quam citiſſime ſublevare.

Frugali menſa & mediocri ſupellectili contenti ſint epiſcopi: atque in reliquo vitæ genere mediocritatem ſectentur, caveantque ne quid in tota familia ſua ab hoc ſancto inſtituto alienum appareat, quodque ſimplicitatem, pietatem, divini cultus ardorem & vanitatis mundique contemptum non præ ſe ferat. Sicut enim ſordidis & maculatis veſtibus indui non eſt licitum: ita pretioſis & profanis aut varie contextis uti non decet. Non in publicum prodeant ſine talari tunica, & roqueto. Juxta temporum & locorum rationes, veſtiantur modeſte, ita ut gravitatem ſapiant: ſive in publico, ſive privatim, ſive in itinere, ſive in civitate, ſemper in eo habitu & forma incedant, quo appareant & judicentur epiſcopi.

Tonſuram ſemper conſpicuam gerant in capite grandiorem multo quam ceteri inferiores ſacerdotes, tamquam a terrenis curis magis abſtracti: populo ſemper ſanctam benedictionem impertiantur, dum per civitatem aut diœceſim incedunt.

Picturas omnes profanas res repræſentantes, domi non retineant: obſcenas omnino rejiciant: eaſque tantum habeant, quæ ad pietatem provocant intuentes.

Quos habebunt domi clericos, nonniſi clericali & decenti habitu uti permittant; illoſque non retineant, niſi ſint bonæ exiſtimationis. Opera miſericordiæ frequenter exerceant, ut ſancta converſatione quaſi epiſcoporum teſtes ſint & imitatores: quorum unum ſuper familiam conſtituant, qui laïcorum domeſticorum actiones percunctetur, & videat num aliquid præter decentiam Chriſtianæ converſationis perpetrent, & delinquentes corrigat. Non enim fas eſt in tali familia ſcandaloſos aut ullius criminis ſuſpectos eſſe: ideo errantes ſevere reprimant per ſe epiſcopi, pertinaces e familia excludant, ægrotantes omni ſollicitudine & pietate curent, nec ſumptibus parcant.

Gravem aliquem ſæcularem aut regularem confeſſarium eligant, qui ſit ſacra ſcientia, prudentia & vitæ ſanctitate inſignis: cujus ſtudio & precationis ſpiritu, in gravioribus difficultatibus uti poſſint.

ANNO CHRISTI 1609.

A Capitulis metropolitanis & cathedralium eccleſiarum præcipimus, ut ſtatim poſt mortem prælati, metropolitanum & coëpiſcopos noſtros commonefaciant: qui omnes ſolemni cærimonia Miſſam pro defuncto celebrari curabunt: tum indictis publicis ſupplicationibus Deum deprecabuntur, ut orbato gregi velit juxta cor ſuum paſtorem mature concedere.

CAPUT XXVII.

De viſitatione.

Niſi gregem inviſerit, quid in eo infirmum ſit ignorabit, & medicamina ægris applicare non poterit. Ideo ut agnoſcere poſſit epiſcopus gregem B ſuum, hæreſes tollat, pravos mores corrigat, rebelles & obſtinatos verborum aſperitate deterreat: at conſoletur puſillanimes, proboſque confirmet. Exacte eccleſiarum viſitatio, ab omnibus maxime neceſſaria ſemper eſt judicata.

Eccleſias igitur epiſcopi, juxta concilii Tridentini decreta viſitent, ac quæ pie & ſancte de viſitatione ſancita ſunt, diligentiſſime obſervent.

Si non ſingulis annis, tertio ſaltem quoque anno univerſam diœceſim viſitent, moderato tamen comitatu, ne ſubditos nimiis ſumptibus opprimant: eoſque ſecum aſſumant, quos probatæ fidei & doctrinæ noverint, & quorum integra fama iis ad quos proficiſcuntur exemplo eſſe poſſit.

C Cathedrales in primis viſitent eccleſias, tum collegiatas, deinde parochias, ſeminaria, ſodalitates, hoſpitalia, ac cetera pia loca: abuſus, ſi qui irrepſerint, ab eis tollant: modos ſtatuant, quibus in poſterum vitari poſſint: cum magiſtratus, tum viros graves acceriant, quibuſcum agant, ut ab eis libere ac ſine dolo vitam & mores clericorum audiant. Id vero diligenter attendant & videant, num publice aut privatim de vita clericorum ſit inquirendum.

Pro loci & perſonarum varietate licet aliter atque aliter aliquando agendum ſit, quod a prudentia & judicio epiſcoporum pendebit: ut plurimum tamen quæ ſequuntur erunt exſequenda.

Studeant prius verbi Dei prædicatione, & paterna cohortatione, ad religionem, vitæ innocentiam, D pacem & concordiam omnes hortari: tum moneant ſe Confirmationis ſacramentum, ſi id commode fieri poteſt, collaturos: hortenturque populum ad tantum ſacramentum digne ſuſcipiendum. Quod quidem conferetur adultis, prævio examine capacibus repertis, & ſacramento Pœnitentiæ purgatis: tum datis indulgentiis, ſolemnis in eccleſiis cathedralibus & collegiatis defunctorum abſolutio peragetur.

Hortentur in primis epiſcopi canonicos & habituatos dictarum eccleſiarum, peculiares quaſdam orationes Deo fundere; ut divina ope auxilioque adjuti, poſſint ex tam ſancta & ſalutari actione fructum ad majorem Dei honorem & gloriam, ad animarum ſuarum ſalutem, vitæ morumque E reformationem neceſſariam percipere.

Ad cujus operis perfectionem, quo facilius & ordinatius procedatur, dictam ſuam viſitationem in quatuor præcipua capita per articulos diviſa diſtribuent, ut ſuper eiſdem reſponſuri mature ſeſe præparent.

Primum caput ſpectabit ad locum, qui eſt templum materiale & eccleſia.

Secundum, ad perſonas divino ſervitio in dicto loco aut eccleſia fieri ſolito deſtinatas.

Tertium, ad inſtrumenta & ornamenta mobilia, aliaque id genus ad obſequium divinum requiſita & neceſſaria.

Quartum, ad proventus & redditus, tum in communi, tum in particulari, dictorum eccleſiaſticorum nutritioni & alimentis affectatos.

Tamquam delegati Sedis Apoſtolicæ munus viſitationis ſuæ exercentes epiſcopi, beneficia quæ non ſufficiunt ad unius ſacerdotis alimenta, duo vel plura ſimul uniant, ſi opus ſit: ut ſacerdotes, quibus per ordinarios collatores conferentur, unde poſſint vivere ſufficienter habeant, & officia eccleſiaſtica exerceant ab epiſcopis præſcribenda, quoad fieri poterit, juxta fundatorum intentionem.

CAPUT XXVIII.

De ſynodo diœceſana.

Pœna propoſita illis eſt, qui abſque legitima cauſa ad ſynodum diœceſanam venire neglexerint, tempore a jure ſtatuto, & ab epiſcopo indicto. Ad ſynodum igitur diœceſanam convenire compellant, omnes & ſingulos, qui jure vel conſuetudine ad hoc tenentur, comparentes in habitu ordini ſuo proprio & decenti interſint: alias non recipiantur in ſynodo, poſt annum in qualibet diœceſi habenda.

Præſentis ſtatuta concili publicentur, quæ præſentes omnes juramento medio promittent obſervare.

Deferat quiſque archipreſbyter in ſcriptis nomina omnium in ſuo archipreſbyteratu beneficia obtinentium, qui non reſidentes fuerint; aut curam animarum habentes, ſe ad ſacrum preſbyteratus ordinem promoveri non fecerint.

Beneficia obtinentes, & in ſynodo comparentes, beneficiorum ſuorum titulos demonſtrabunt: alias pro abſentibus & contumacibus cenſeantur.

Quicumque ſynodo intereſſe debent, ſi præſentes propter legitimum impedimentum non fuerint, & hoc caſu niſi per procuratorem debite comparuerint, pœna arbitrio Ordinarii plectantur: & in valvis parochialium eccleſiarum ipſorum citentur, ad purgandam contumaciam intra menſem: qui niſi comparuerint, per alium menſem iterum vocati, ſuſpendantur: creſcente vero contumacia, & tertio citati, beneficiis priventur.

Hortamur coëpiſcopos noſtros, ut abſentes a ſynodo, ſi infra menſem poſt eamdem comparuerint, mitius agant cum illis, mulcta pecuniaria in pios uſus convertenda: quibus proponant conſtituta in ſynodo, & inviolabiliter ſe obſervaturos promittant.

Qui legitime impediti per procuratorem comparuerint, non recipiantur, niſi in mandatis expreſſum ſit, quod quæcumque in dicta ſynodo conſtituentur, & ordinabuntur, conſtituens obſervabit, & ipſa ſibi ſatis ſufficienter intimata declarabit, dum in eadem fuerint conſtituta.

Gravi mulctetur pœna, qui pro alio, ſine ſpeciali mandato, comparuerit.

Ad ſynodum autem diœceſanam venire cogantur, omnes qui de jure vel conſuetudine intereſſe debent.

CAPUT XXIX.

De concilio provinciali.

Quæ dormitantibus epiſcopis per inimicum hominem ſuperſeminata fuerit zizania facilius eradicatur, priuſquam cum aliis herbis altius craverit;

ANNO CHRISTI 1609.

ANNO CHRISTI 1609.

univerſa vero eccleſia cum difficillime congregari poſſit, congregata tamen ſparſos in unaquaque eccleſia defectus pro ſuo jure tollere, morbiſque mentis mature mederi & occurrere nititur. Proinde ad tollendos abuſus, mores componendos, & concordiam pacemque conſervandam, voluit & inſtituit provinciales per metropolitanum convocari ſynodus : in quibus quid clero aut populo mancum ſit, regulari poſſe judicavit. Hoc tamen in hac noſtra provincia, tam utile medium intermiſſum eſt & neglectum. At ut [a] tamquam ſalutare & neceſſarium inſtitutum diligentius poſt hac obſervetur :

Statuimus ut tertio quoque anno provincialis ſynodus convocetur : quam ex nunc ad diem duodecimam Maii, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi duodecimi indicimus : cui intereſſe tenebuntur omnes domini epiſcopi ſuffraganei, vel eorum vicarii generales : abbates cujuſcumque ordinis, omnes primæ poſt epiſcopum dignitates eccleſiarum metropolitanarum & cathedralium, & earum capitula, ſicut & collegiatarum, per deputatos : priores clauſtrales, juriſdictionem in ſuos monachos & monaſteria ſine ullo abbate, aut dependentia, habentes : & hoc ſub pœna excommunicationis. Capitula vero monaſteriorum regularium, per eorum deputatos regulares, ad id etiam invitentur : ſalvis ſemper ipſorum immunitatibus, de quibus tunc fidem faciant. Quod ſi legitima ſubſit abſentiæ cauſa, epiſcopi, quod pro utilitate & bono ſuarum eccleſiarum, in eadem ſynodo tractandum viderint, in ſcriptis ad nos, per menſem ante tranſmittant : & eodem die nuncium & procuratorem virum probum, actu ſacerdotem, capacem & idoneum ad impedimentum ſignificandum, & omnia ac ſingula ſtatuenda, nomine ſuo approbandum mittant : qui nomine illius, a quo miſſus fuerit, in omnibus deliberet, & ſtatutis ſubſcribat. Ideo talem a conſtituente per mandatum expreſſe recipiet facultatem.

Norint autem eccleſiarum cathedralium procuratores, abbates, & alii quicumque deputati, conſultivam, non autem deliberativam, in eadem ſynodo ſe vocem habere.

Procurationes coëpiſcoporum noſtrorum per concilium examinabuntur : utrum cauſa legitima ſit, vel probatione indigeat. Si per contemptum potius, quam juſta præpediti cauſa, venire neglexerint, per ordinationem ejuſdem concilii, privatione tertiæ partis fructuum menſæ ſuæ epiſcopalis pro illo anno mulctentur : quam fabricæ eccleſiæ cui præeſt, & pauperibus, æquis portionibus, per deputandum a concilio, diſtribuendam volumus.

In ea vero ſynodo, procedentibus ſupplicationibus, publice per epiſcopos in ſuis diœceſibus ordinandis, & aliis peractis, quæ in Pontificali & cærimoniali Romano caute præſcripta ſunt : tractabitur primo, utrum quæ in præcedenti ſynodo ſtatuta fuerunt, exſecutioni fuerint mandata : quod ſi quædam obſervata non fuerint, cauſa cognita, deficientes, per concilium, prout juris & rationis fuerit, punientur. Videbunt & inquirent congregati, utrum epiſcopi ac alii, pro ſuo munere, ſicut tenentur, in ſuis eccleſiis reſidentes fuerint, & viſitationem perfecerint.

Pridie vero ante inchoationem concilii, epiſcopi cum omni familia, & omnes alii qui ſynodo aderunt, preces ad Deum fundent, ut nominatim dignetur in re tam gravi, & quæ eccleſiam tangit, ſuo Spiritu ſancto dirigere.

[a] Forte, tam ſalutare.

A Promotores & officiarios conſtituent, non novos homines, ignotos & imperitos; ſed eos quorum probata ſit vita, & doctrina talis, ut munus ejuſmodi digne valeant exercere.

Si quæ ſint inter coëpiſcopos ipſos, aut inter epiſcopum & eccleſias ſuas, immo & inter diverſas eccleſias controverſiæ, in concilio tractentur ; & ſi fieri poteſt, ſine ſtrepitu judicii concilientur & terminentur : ad quos fines, per ſex menſes ante inchoationem concilii, moneatur metropolitanus, per epiſcopos, capitula, aut alias, ex caritate ſola, de dictis diſcordiis aut litibus : ut per eumdem metropolitanum moneantur litigantes, ut veniant parati & cum juribus accedant.

Fiat indictio futuri concilii in ultima ſeſſione
B concilii provincialis : quo abſoluto, & factis acclamationibus, decretis ejus, manu propria, tam epiſcopi, quam procuratores ſubſcribant, licet in omnibus nomine proprio non conſenſerint : judicia enim ſanioris & majoris partis prævalent, & quod concluſum fuerit a pluribus, cenſetur approbatum. Qua non obſtante ſubſcriptione, ſi in aliquibus quis ſe gravatum ſenſerit, viam juris per appellationem ad ſummum Pontificem, provincialis concilii judicem, ei patere declaramus.

CAPUT XXX.

De capitulo & canonicis.

C Capitula quæcumque eccleſiarum ſæcularium aut regularium, non obſtantibus privilegiis quibuſcumque, per Ordinarios viſitabuntur, juxta decreta ſacri concilii Tridentini : quibus per canonicos ſtatuta, ſi quæ ſint, probanda, vel improbanda exhibeantur : quod ſi nulla ſint, fieri citiſſime procurabunt. Certo & ſtato die pro negotiis eccleſiæ tractandis, oratione præmiſſa congregabuntur canonici hora matutina, ante vel poſt Miſſam, ne eccleſia divinis fraudetur obſequiis.

Omnium bonorum eccleſiæ, inſtrumentorum, & piarum fundationum inventarium fiet, quod epiſcopo, quoties requiſiverit, exhibere tenebuntur : ut appareat, utrum dolo aut incuria, piis defunctorum intentionibus non ſatisfiat, & an ali-
D quid fuerit alienatum.

Dignitates, officia, perſonatus, canonicatus, aut præbendæ, non conferantur, niſi illis qui ætatem a ſacro concilio præſcriptam attigerint. Alia vero curam animarum habentia, his qui infra annum preſbyteri eſſe poſſint, tantummodo conferantur. Alias collationes factas de hujuſmodi beneficiis nullas & irritas declaramus.

Non habeant vocem in capitulo, nec locum in ſubſelliis ſuperioribus canonici, qui non ſunt in ſacris ordinibus conſtituti.

Diſtributiones illi tantum percipiant, qui præſentes divinis interſunt officiis : exceptis iis, quos infirmitas, ſeu quævis alia neceſſitas, eccleſiæ utilitas, aut alia canonica juſta cauſa excuſat. Quod
E ut ſciri poſſit, punctuatura in omnibus eccleſiis cathedralibus, aut collegiatis, diligenter ſervetur : in qua præſentium nomina, & cauſa abſentium, ſi juſta ſit, deſcribantur.

Cum beneficia ad divinum cultum, atque eccleſiaſtica munia obeunda, ſint conſtituta : ne qua in parte minuatur divinus cultus, ſed ut ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur : Statuimus, in eccleſiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur ;

ANNO CHRISTI 1609.

gantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum ac obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, perſonatuum, portionum, & officiorum, ſeparari debere, atque in quotidianas diſtributiones converti: quæ inter dignitates obtinentes & divinis intereſſentes proportionaliter, juxta diviſionem ab epiſcopo, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegato, in ipſa prima fructuum deductione faciendam, dividatur: ſalvis tamen conſuetudinibus earum eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſervientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: non obſtantibus exemptionibus aliiſque conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuſcumque: creſcenteque non ſervientium contumacia, liceat contra eos procedere juxta juris ac ſacrorum canonum diſpoſitionem. Non reſidentes archidiaconi, ceterique, dignitates, perſonatus & officia in eccleſiis metropolitanis, cathedralibus, aut collegiatis obtinentes, quibus juriſdictio aut officium proprium eſt attributum, ad muneris ſui functionem perſonaliter per fructuum ipſarum dignitatum, perſonatuum vel officiorum ſubtractionem, ab Ordinariis compellantur.

In choro colloquia non permittantur: non dormiat aliquis: non nugetur: litteras aut libros non legat: officium privatim non recitet: per chorum non vagetur, aut indecore ſedeat: ſed omnes divina officia & preces, devote, attente, & graviter in choro ſimul cantent: nec maneant otioſi, ſed ſint modeſte compoſiti officium recitando: ut ad devotionem populus, & exaudiendas orationes Deus excitari poſſit.

Spurii filiique presbyterorum non deſerviant, aut beneficium[a] quodque obtineant in eccleſiis, in quibus patres eorum præbendam aut beneficium aliquod habeant aut habuerint.

[a] *Forte, quodcumque.*

Dum recitantur divina, in choro interſint clerici, qui cappas, almutias, ſuperpellicea & alia veſtimenta geſtantes, pro loci conſuetudine deferant, quæ lacera aut immunda non ſint: alias a capellano diſtributionibus priventur.

Canonici, qui canonicales, & alii qui beneficiis annexas domos habent, in illis reſideant: aut ſi non habent, intra clauſtra eccleſiarum cogantur habitare: ne convictu & contubernio laïcorum rei ſacræ miniſterium vituperetur, & inde ſcandala oriantur.

Quæcumque de vita & honeſtate clericorum in hac ſynodo per nos ſtatuta fuerint, quam diligentiſſime ab omnibus canonicis, aliiſque eccleſiarum metropolitanæ, cathedralium, & collegiatarum beneficia obtinentibus, ſive dignitates aut officia ſint, obſervari præcipimus: cum tales deceat a canonicis ſanctionibus ne tranſverſum quidem unguem recedere, qui propterea canonici ſunt appellati.

Nullo modo liceat epiſcopis, capellanis, aut beneficiaris quibuſcumque, bona eccleſiæ alienare, ſive mobilia ſint, ſive immobilia: alias præter excommunicationis ſententiam, quam ipſo facto incurrent: ab Ordinariis ad arbitrium mulctentur. Quod ſi pretium ex tali venditione proveniens in proprios uſus converterint, tamquam ſacrilegi ab Ordinariis puniantur.

Sedulo igitur inquirant epiſcopi, utrum quid tale hactenus actum fuerit, ut in integrum reſtituantur eccleſiæ, mala perditorum fide ſic exſpoliatæ.

In eccleſiis collegiatis, doctori theologo una ex A præbendis canonicalibus conferatur ad ſacram Scripturam explanandam perito, qui caſus conſcientiæ publice doceat, & in choro dum recitantur horæ canonicæ intereſſe teneatur, quando per occupationes lectionum ſibi licuerit, ſuper hoc ejus conſcientiam onerantes: & quidem juxta concilii Tridentini ſuper hoc editum decretum.

Manſionarii & beneficiati eccleſiarum metropolitarum cathedralium & collegiatarum, in choro præſentes ſint dum divina celebrantur, & horæ canonicæ recitantur: munia quiſque pro officio ſuo obeat: & abſentibus illis qui ad aliquid agendum ſunt deſtinati, quos niſi legitime abſint, capituli arbitrio puniri volumus, præſentes quod ſibi per præcentorem, aut a capellano mandatum fuerit B præſtabunt ſine ſtrepitu. Ideo talia beneficia non niſi in cantu & litteratura peritis conferri volumus, qui per ſeipſos munus ſuum intra annum exercere valeant: alias collationes factas præſenti decreto irritamus, & nullas declaramus.

Omnes cujuſcumque fuerint dignitatis eccleſiaſticos, etiam exemptos, ſupplicationibus publicis, a ſuperioribus convocatis, intereſſe jubemus: quibus tam incedendo, quam ſedendo in choro & aliis locis, ordinem aſſignent epiſcopi: juxta cærimoniale felicis memoriæ Clementis VIII. quod in omnibus recipimus, & in tota noſtra provincia recipi volumus, & juxta ritus per ipſum conſtitutos procedi præcipimus. Præcedentia clericorum in ec- C cleſiis aut actionibus quibuſcumque, ſi controvertatur, coram epiſcopo, aut ejus officiali, & non alibi tractetur: contra actorem, ſi reum coram alio in jus vocaverit, ſi monitus non deſtiterit, excommunicationis ſententiam ferat epiſcopus.

Caput XXXI.

De beneficiis conferendis.

Poteſtatem habentes conferendi beneficia quæcumque hortamur in Domino, ut non favore, precibus, potentia, aut cognatione moti, illa conferant: ſed Deum præ oculis habentes, videant quos capaces & idoneos ad id judicaverint: attendentes ſi in hoc deliquerint, Deo rationem pro illis ſe D redditturos. Quibus vero beneficia conferent, ſi ea reſidentiam requirant, ab eiſdem juramentum de reſidendo recipient.

Jurent recipientes collationes beneficiorum, quod bona eorum conſervabunt, non alienabunt, alienata diligenter perquirent, & reſtitui omni via juris procurabunt: quod ſi non fecerint, expenſis eorum fieri per deputandum ab epiſcopo ipſo facto conſentient.

Proviſionem beneficii recipientes, ejuſdem poſſeſſionem adepti, mobilium ad beneficium pertinentium fieri inventarium procurabunt, ſcientes ſe teneri, prout præſenti decreto ſtatuimus & ordinamus, quod beneficiati cujuſcumque beneficii, E decedentes, reſignantes, aut permutantes, eadem mobilia quæ ad beneficium pertinent ſucceſſoribus relinquant: ad quod omnia & quæcumque bona defuncti, aut cedentis beneficium, obligata maneant: tum ut fraus omnis vitetur, defuncti beneficiati bona, requirente promotore epiſcopi, ſequeſtrentur, ni velint heredes datis cautionibus de bono ſucceſſori debito reſpondere.

Et quia permulta ſcandala in Dei eccleſiam irrepunt propter clericos, qui nihil habentes præter beneficium, illud tamen ſeducti, aut alias ad id inducti, reſignant; & ad egeſtatem, necnon mendici-

ANNO CHRISTI 1609.

A tes reſignationes factas, aut in poſterum faciendas, a clericis nihil aliud ſufficienter ad victum præter beneficium poſſidentibus, nullas & nullius effectus irritaſque declaramus.

CAPUT XXXII.

De parochis, ſeu curatis, & reſidentia eorumdem.

Per ſacramenta voluit Deus, tamquam per media, nobis gratiam conferre. Propter quam recipiendam, cum ex illa finalis dependeat poſſeſſio gloriæ, ut populum nobis commiſſum ad finem propter quem conditus eſt perducere poſſimus, præſentem ſynodum ſub Spiritu ſancto congregatam habuimus. Et quia ſacramentorum hujuſmodi miniſtri ſunt parochi: B ideo licet ſparſim diverſis in locis per occaſionem de iis plura dixerimus, ſub hoc tamen capite nonnulla de munere parochorum addidiſſe erit perutile. In quibus præter vitæ probitatem, ſcientiam, ut docere ſibi ſubditos; & poteſtatem, ut ſolvere, & ligare poſſint, requiſitam agnoſcimus: quam niſi rite a prælatis ſuſceperint, non abſolvunt a peccatis populum, ſed temere hujuſmodi poteſtatem uſurpantes decipiunt.

Non igitur curam animarum ſibi aſſumant, nec habere præſumant ſacerdotes, niſi titulum parochialis eccleſiæ, vel alias munus curæ animarum, aut ab Ordinario obtinuerint, aut alias canonice obtentum eidem exhibuerint: ut norit epiſcopus, a quo animarum ſibi commiſſarum rationem ſit pe- C titurus. Qui vero eccleſiam regere, aut ſacramenta adminiſtrare aliter attentaverit, cum non per oſtium, ſed aliunde in ovile venerit, tamquam furem & latronem præſenti decreto a divinis ſuſpendimus, fructibus beneficii privamus, & Ordinariorum arbitrio puniri volumus.

Invigilent parochi ſuper gregem, & parati ſemper ſint, ne per illorum negligentiam, aut parvuli ſine Baptiſmo, aut adulti ſine ſacramentis Pœnitentiæ, communionis, & extremæ Unctionis moriantur.

Infirmos ſæpius viſitent & conſolentur, ac de ſalute animæ moneant.

Inquirant ſi qui ſint in parochia de fide male ſentientes, nominatim excommunicati, & uſura- D rii, concubinarii, adulteri, & blaſphemi notorii, quos moneant privatim, teſtibus vocatis, & niſi reſipuerint, eorum nomina ad promotorem in ſynodo diœceſana deferant: qui de mandato epiſcopi providebit ſuper ſalute animarum ipſorum, ut juris erit.

Olea ſancta intra cremerias nitidas, mundas, & non fractas diſtincte cuſtodiant: quæ ſingulis annis poſtquam recenter facta fuerint, ab archipreſbytero ſtatim recipiant.

Librum habeant parochi, in quo deſcribant nomina & cognomina baptizatorum, patris & matris, necnon ſuſcipientium, cum die, menſe, & anno: E ſimiliter & ſeparatim in eodem libro, conjugatorum, & duorum aut trium teſtium in matrimonio præſentium. In alia parte ejuſdem libri, deſcribant nomina & cognomina decedentium in parochia, locum & diem ſepulturæ, nomen notarii qui teſtamentum receperit, diem datæ ejuſdem nominatim exprimant, ſi quid per dictum teſtamentum aut aliam ultimam diſpoſitionem pie legarint. Si vero ſacramentum Confirmationis in parochia contulerit epiſcopus, in eodem libro per ipſum parochum, loco ſeparato nomina & cognomina confirmatorum reponantur.

A Habeant præterea librum, in quo deſcribant inventarium rerum omnium mobilium aut immobilium, ad ſuas eccleſias pertinentium. Notent in ipſis domos, agros, vineas, & alias poſſeſſiones cum eorum confinibus: & inſtrumenta fundationum & recognitiones colligent: atque tranſſumptum ejuſdem libri & documentorum penes epiſcopum remittant, in archivis epiſcopalibus reponendum.

ANNO CHRISTI 1609.

Tabellam habeant in ſacriſtia, in qua deſcripta ſint officia, quæ fieri debent in ſuis eccleſiis, fundationes annotabunt, menſem & diem, in quo Miſſæ, aut alia officia propter illas ſunt celebranda.

Diebus Dominicis pronum faciant, juxta ritum a nobis præſcribendum: non tamen concionabun- B tur, niſi expreſſe examinati ad hoc per epiſcopum in ſcriptis fuerint approbati: contra agentes arbitrio Ordinarii puniantur.

Quæ in viſitationibus ordinata fuerint inviolabiliter obſervabunt, & a parochianis obſervari procurabunt: quod ſi eos ad hoc negligentes viderint, in ſcriptis ſemel in anno epiſcopo denunciabunt.

Per ſeipſos ſacramenta miniſtrent, & munera atque officia ſuarum eccleſiarum præſtent: neque ab ipſis etiam ſecundariis, niſi juſta cauſa detenti, fieri aut miniſtrari permittant.

Penes ſe habeant Biblia ſacra, librum caſuum conſcientiæ, conſtitutiones hujus ſynodi provin- C cialis, & diœceſanæ, quas ab omnibus ſibi ſubditis obſervari curabunt.

Servitio parochialis eccleſiæ intereſſe & pſallere debent omnes ſacerdotes, in eadem aliquod beneficium aut officium obtinentes, cum ſuperpelliceo & habitu decenti: quod ſi quis contumax, monitus a parocho, muneri ſuo ſatisfacere neglexerit per epiſcopum cum pœna impoſita ad hoc compellatur.

Indignum eſt ſacerdotem, lictorum & præconum in eccleſia vices gerere. Ideo prohibemus ſacerdotibus quibuſcumque, in eccleſiis quidquam publicare, præter banna matrimoniorum, monitoria, & alia quæ de mandato Ordinarii aut officialium eccleſiaſticorum recipient, ſub pœna carceris.

D Quos ſciverint hæreticos, aut excommunicatos, in eccleſiis non recipiant: niſi ſibi conſtiterit illos reſipuiſſe, & in gremium eccleſiæ receptos fuiſſe.

De novo ad ſuas parochias venientium, mores, vitam, & actiones diligenter animadvertent, num ſacramenta eccleſiaſtica ſuſcipiant: notabunt an mulieres ſecum habuerint: inquirent an & ubi matrimonium contraxerint: atteſtationes videbunt, ſine quibus, & ſi eas in forma non exhibuerint, implorato brachii ſæcularis auxilio, eos ab invicem ſeparari procurabunt.

Dum cognoverint pauperes infirmos & ſenio E confectos rebus neceſſariis indigere, eos viſitabunt, eleemoſynas juxta facultates ſuas erogabunt, & a parochianis ſublevari curabunt.

Omnes curam animarum habentes reſidere debent in ſuis parochiis: ſub pœnis a ſacris conſtitutionibus, & Tridentina ſynodo latis.

Si quis tamen juſtam cauſam habet diſcedendi a parochia, videlicet vitæ diſcrimen, aut aliam legitimam: id non fiat, niſi prius ab Ordinario obtinuerit litteras, de non reſidendo: quæ non conferentur ultra duos menſes, niſi cauſa videatur graviſſima: appoſitis conditionibus, prout ad bonum eccleſiæ conferre judicaverit.

Digitized by Google

Litteræ vero, de non reſidendo, non conferentur, niſi ſub modis ſuperius expreſſis : oſtendantur procuratori fiſcali, aut ejus ſubſtituto in ſynodo : & non confirmentur ad ſequentem annum, niſi creſcente ac urgente cauſa juſta & legitima.

Non cenſeantur reſidere, qui tres menſes in anno, etiam per diverſa intervalla, abſentes fuerint, & qui intra fines parochiæ non habitaverint. Nec enim gregem paſcera creditur, qui ſemel in die & quaſi curſim illum intuetur.

Quod ſi aliquando ex cauſa ab epiſcopo probanda, & ad hoc in ſcriptis per eumdem conceſſa, diſcedendi a parochia facultatem obtinuerint parochi, quæ tamen non dabitur niſi per duos menſes : ſtatim de vicario temporali providebitur, qui poſtquam examinatus, idoneus fuerit repertus, recipiet litteras regiminis in ſcriptis. Si vero abſque hujuſmodi litteris parochialem eccleſiam regere præſumpſerit, incarceretur, & pœnis arbitrio Ordinarii puniatur.

De oblatis in eccleſia, quæ omnia ad parochum pertinent, vel minimam portionem, quacumque conſuetudine non obſtante, ſub pœna excommunicationis, accipere laïci non præſumant.

Quivis parochus, ſub pœna privationis fructuum beneficii, in domo propria eccleſiæ ſuæ parochialis, reſidere habeat, & eam debite reparare ; ad quod ab Ordinariis per fructuum ſubtractionem compellatur.

Beneficiarii fructus beneficii laïcis aut aliis quibuſcumque arrentando, non apponant clauſulam, quod rentarii eccleſiæ ſervitium facere per ſeipſos aut per alios teneantur : ſed penſionem ab epiſcopo pro inſervientibus eccleſiæ deſignandam reſervabunt : & preſbyteros pro ſervitio faciendo per epiſcopum approbandos præſentabunt : inhibentes quibuſcumque ſacerdotibus in eccleſiis munus aliquod eccleſiaſticum obire, niſi mandato prioris, aut alterius ad quod beneficium in titulum pertinebit.

Quocumque modo de aliquo proviſus beneficio, ſi in eodem poſſeſſorem invenerit, munus aliquod in eccleſia non exerceat, quovis prætextu, donec per judicem competentem, ſuper credentia, aut per epiſcopum, ſeu per ejus in ſpiritualibus vicarium, fuerit ſuper hoc ordinatum. Contra hoc noſtrum decretum agentes, tamquam intruſos & divini officii perturbatores, jure ſibi quæſito privatos declaramus, & pœnis debitis per officiales puniri mandamus.

CAPUT XXXIII.

De Abbatibus regularibus, & Monialibus.

Abbates, quibus in religioſos juriſdictio eſt attributa, eos ut voto emiſſo ſatisfaciant, ſæpius hortabuntur, cum commiotatione pœnarum : rebelles & inobedientes, ſervato regularum & conſtitutionum ſuarum ordine, intra ſepta monaſterii punient ; ut quod in occulto geſtum fuerit, in abſcondito reparetur. At vero ſi actione publica populum offenderint, & abbatum negligentia impuniti maneant, per Ordinarios, juxta ſacros canones eorum incuria ſuppleantur : & contra delinquentes ſecundum facti exigentiam procedatur.

Extra ſepta monaſterii degere religioſum non ſinant epiſcopi : niſi eidem ad hoc conceſſam in ſcriptis facultatem ab ejus ſuperiore videntes : cujus ſi cauſam legitimam non probaverint, intra monaſterium redire compellant.

Intra clauſtra virorum debite diſpoſita, non ingrediantur mulieres, ſub pœna excommunicationis. Ubi vero clauſtra diruta, aut ita diſpoſita ſunt, ut intra illa mulieres admittere cogantur : volumus ea infra tres annos, per abbates in bonum ſtatum regularium diſponi. Ex nunc vero prout ex tunc, mulieres domos religioſorum quocumque pretextu ingredi prohibemus : alias excommunicationem incurrant religioſi & abbates hoc ſcientes & permittentes. Quod ſi circa prædicta diligentes non fuerint, per Ordinarios juxta ſacros canones compellantur, & contra delinquentes procedatur.

Choreas ducera religioſis, quibus luctus propriua eſt, ut indecorum, ita ſevere ab Ordinariis puniendum. Non accedant igitur ad profana ſæcularium feſta. Quod ſi regulares non ſubditi epiſcopo in prædictis extra clauſtra monaſteriorum deliquerint : a ſuo ſuperiore, inſtante epiſcopo, intra tempus ab epiſcopo præfigendum ſevere puniantur : ſin minus, ſuperior officio privetur, & delinquentes ab epiſcopo puniri poſſint, juxta decretum ſacri concilii Tridentini.

Monaſteria quævis ita componant abbates aut ſuperiores illorum, ut ſub una clavi & ſera claudi poſſint, quam noctu ſervent : nec liceat cuiquam religioſorum quoquo modo egredi per portas ſibi proprias : alias per diœceſanum expenſis monaſterii claudantur.

Quæcumque ſuper clauſura Monialium a ſacroſancta Tridentina ſynodo & ſummis Pontificibus conſtituta & ordinata fuere recipientes, prout præſenti decreto recipimus, & eadem etiam in fine præſentium conſtitutionum inſerta omnibus coëpiſcopis noſtris, infra duos menſes publicari mandamus.

Hortamur autem in Domino coëpiſcopos noſtros, ut quæ a ſacroſancta Tridentina ſynodo illis ſub interminationa maledictionis æternæ, aut a ſummis Pontificibus, de clauſura ſeptiſque ſanctimonialium injuncta ſunt, diligenter curent exequenda : ut in quibus locis violata fuerint, inſtaurentur : ubi adhuc integra ſunt conſerventur : inobedientes atque rebelles, ipſi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, per cenſuras eccleſiaſticas, aliiſque pœnas, poſtpoſita quacumque appellatione, perſequantur ; magiſtratus ſæcularis ope, ſi opus fuerit, ad hoc advocata.

Nemini cujuſcumque ſexus, gradus, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis, liceat ingredi intra ſepta monaſterii monialium : ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, tam contra ingredientes, quam ejuſmodi ingreſſum permittentes : excepto confeſſariis, pro conſolandis ægrotis & ſacramentis adminiſtrandis, medicis, chirurgis, pharmacopolis, aliiſqua operariia neceſſariis : quibus ſine expreſſa ſuperiorum in ſcriptis obtenta licentia, ingredi etiam non liceat.

Temporum injuria factum eſt, ut ſanctimonialium monaſtaria extra mœnia urbis vel oppidi conſtituta, diruta & deſtructa ita ſint, vel illorum reditus & facultates ita diminutæ, ut non poſſit in illia talis numerus ſanctimonialium enutriri, qui ad clauſuram obſervandam eſſet neceſſarius, vel clauſura in dictis domibus facile non poteſt introduci. Ideo curent epiſcopi, & omni via juris compellant ſanctimoniales, ut ex his ad nova val antiqua monaſteria intra urbes vel oppida populoſa & frequentiora reducantur, invocato brachii ſæcularis auxilio, ſi opus fuerit : impedientes vero, vel non obedientes, per cenſuras eccleſiaſticas parere compellant : & alia monaſteria monialium extra urbes aut oppida, ut dictum eſt, conſtituta, in quibus clauſura introducta ſervatur, quia malorum hominum prædæ & multis ſcandalis, ſine ulla ſæpe cuſtodia, ſunt expoſita, ea etiam intra urbes aut oppida, ſi illis ita viſum fuerit, reducere procurent.

CAPUT XXXIV.

De confraternitatibus.

Confraternitates & ſocietates, in quibus per particulares quaſdam actiones, aliaque exercitia ſpiritualia, faciliorem ſibi ſalutis viam parare conantur fideles, non diu in bono pergere poſſunt, niſi certis ſtatutis & conſtitutionibus muniantur. Ideo viſitent eas epiſcopi : ubi non ſint, conſtitutiones de novo ordinent : factas, quas ſibi exhiberi jubebunt, approbent, ſi id debere fieri judicaverint. Inquirant modum vivendi, ſuperſtitioſa tollant : rectores & adminiſtratores annuatim eligendos conſtituant: qui infra menſem poſt novam electionem, ſuæ adminiſtrationis rationem reddent coram epiſcopo, aut per eum ad hoc deputato, B aliiſque ſecundum confraternitatis conſuetudinem electis in quo conſiſtant reditus, inveſtigent ; & librum inventarii fieri jubebunt, cujus tranſcriptum penes ſe in archivis retinebunt.

In electionibus vitentur rixæ & partialitates : illique tantum eligantur, qui in ipſa confraternitate laudabiliter fuerint verſati : qui ſtatim & antequam officium exerceant, ſe epiſcopo aut ab eo deputando præſentabunt, approbationem & benedictionem recepturi : in cujus manibus juramentum præſtabunt, ſe fideliter munus obituros, rationem adminiſtrationis reddituros ; ut quod ſupererit de reditibus, in pios uſus (conſulto tamen epiſcopo aut rectore eccleſiæ) convertatur.

Præcedentiæ inter confraternitates dirimantur, C ut antiquiores confirmatæ & approbatæ, recentioribus præferantur.

Comeſſationes & convivia quæ ſumptibus confraternitatum alicubi fieri ſolent, in poſterum, ſub pœna excommunicationis, ne fiant : nec ſumptus & expenſæ ad hoc factæ, in computis poſt hac admittantur.

In ipſis confraternitatibus & capellis, non aſſervetur ſanctiſſimum Chriſti Corpus, niſi hoc expreſſe approbante epiſcopo. Quo caſu ſit tabernaculum decenter ornatum, obſeratum clave, ante quod perpetuo lampas ardeat : illius clavem preſbyter, & non ſæcularis teneat. In capellis vero earum confraternitatum ubi aliquod recitatur officium, illud fiat hora competenti : ita ut dum parochiale recitatur, in illis omnino ceſſetur.

D Caveant in poſterum clerici quicumque, ſub pœna excommunicationis, rectores confraternitatum cum proceſſione vel cantu vocare aut ducere in eccleſiam : ſed ipſi rectores eccleſiam adeant, & proceſſionem, ſi facienda ſit, comitentur.

CAPUT XXXV.

De Purgatoriariis.

Propter diverſas piarum fundationum rationes pro inſtitutione officii purgatorii, uti apud nos vulgo appellatur, diverſa ratio adminiſtrationis illius in diverſis locis repetitur ; licet omnium munus hoc ſit peculiare pro defunctis Miſſas celebrare, & E divinis officiis, in quibus inſtitutæ ſunt intereſſe.

Volumus igitur & ordinamus, ut in locis in quibus per legata fundationum appareat bona tali officio deſtinata, preſbyteris oriundis ex loco ubi talis facta fuit fundatio, eſſe attributa ; inter preſbyteros ex eodem loco oriundos reditus dividantur, ſi officia exercuerint, & divinis interfuerint, poſtquam regentibus & parocho ſignificaverint ſe talium diſtributionum partem prætendere, ut deinde per eoſdem regentes & parochum ad munera ſuo ordine obeunda compellantur.

A Ubi vero tales fundationes non reperiuntur aut vetuſta conſuetudine probantur, earum reditus dividantur inter ſacerdotes officia fieri ſolita exercentes : ad quod non admittantur, niſi aut ſervientes eccleſiæ, aut ex loco oriundi. Quod ſi talia officia a ſacerdotibus per epiſcopum deputatis, ſive ad præſentationem alicujus, ſive pleno jure, ſint fieri ſolita : reditus talis officii non faciant ſuos, nec talia exerceant officia, niſi qui litteras in forma expeditas ab epiſcopo obtinuerint.

Quicumque vero talium officiorum reditus percipiunt, inventarium bonorum omnium mobilium & immobilium, ad dictum officium vel beneficium pertinentium, facere deinceps omnino teneantur : cujus tranſſumptum infra tres menſes in archivis B epiſcopi remittendum curent.

Inquirant diligenter ſi quid alienatum fuerit quacumque ex cauſa : quod intra dictum terminum trium menſium curiæ archiepiſcopi vel epiſcopi denunciabunt, ut per ipſos, juncto ſibi dicto promotore, reſtitutio in integrum omni via juris procuretur : & ſi ad hoc negligentes fuerint, per promotorem ſolum, quem ad hos fines expreſſe deputamus, expenſis tamen redituum talis officii, agatur.

Quicumque talia officia exercebunt quocumque modo, in eccleſia parochiali decantandis officiis intererunt, facientque diaconatus officium, dum Miſſæ majores diebus Dominicis & feſtivis celebrantur.

CAPUT XXXVI.

De capellanis capellaniarum.

C Præter jura decimalia, & alia, ſacramenta miniſtrantibus, a piis & Catholicis viris, ut preces ad Deum fundantur, Miſſæ celebrentur, aliaque a ſacerdotibus particularibus exerceantur, ſunt conceſſa, quæ capellanias vocamus. Ideo juxta morem & ritum, & maxime juxta fundatorum mentem atque voluntatem, conferri, poſſideri, & in illis officia exerceri præcipimus : injungentes tales capellanias in præſenti aut in futurum poſſidentibus, ut titulos dictarum capellaniarum, quocumque modo, a quibuſlibet obtentos, epiſcopis infra duos menſes exhibeant, alioquin nulli ſint : & eaſdem D jure devoluto conferre epiſcopo licere, præſenti capite planum facimus.

Illi Miſſas celebrent, officia recitent, & alia præſtent prout in illarum capellaniarum fundationibus erit ſtatutum.

Illarum bona mobilia vel immobilia deſcribant in catalogo, per notarium ſubſcripto : quem ad epiſcopum deferent infra tres menſes : & alienata, ſi quæ ſint, notabunt, eaque juncto ſibi promotore reſtitui procurabunt.

CAPUT XXXVII.

De fabricis eccleſiarum.

Quamvis bona quæ fabricæ eccleſiarum poſſi- E dent, quid ſpirituale ſint, nec in profanos uſus converti poſſint : laïcis tamen illorum adminiſtratio conceſſa eſt, ut bona opera circa talia exercendo, apud Deum mereri poſſint. Abuſus autem quos irrepſiſſe novimus, & propter quæ ſæpe in populum exercetur divina vindicta, de medio tollere cupimus.

Inventarium rerum omnium mobilium & immobilium eccleſiæ fiet, & videbunt electi an omnia in bono ſtatu ſint, rationem de omnibus reddituri.

Non attentabunt bona ad prædictas fabricas per-

Anno Chriſti 1609.

rinentia, niſi publicis præcedentribus proclamationibus, & de conſenſu parochi : quo præſente, & aliis deputari conſuetis, reddent computa adminiſtrationis. In quibus non admittantur expenſæ factæ, ſi ſummam ſex francorum excesſerint; niſi tales expenſæ de aſſenſu expreſſo parochi fuerint factæ.

Ad epiſcopum deferent parochi, ſi quæ bona de fabricis fuerint alienata : ſi particulares abuſus, in adminiſtratione ipſarum irrepſerint : qui prout viderit expedire pro bono eccleſiæ ordinabit, & reſtitutionem venditorum, per ſuum promotorem expenſis fabricæ procurari jubebit.

In templo qui pecunias colligunt, quos baſſinarios vocant, hoc faciant ante conſecrationem, ne a tanti myſterii contemplatione perturbetur populus. Quod vero collegerint, in libro ad hoc deſtinato deſcribant : de illis ſicut de aliis reditibus rationem reddant : nec ad munus operarii admittantur, niſi qui fidem Catholicam, Apoſtolicam & Romanam actualiter profitentur; & qui bene fideliter ſe adminiſtraturos bona eccleſiæ, in manibus rectoris aut ejus vicarii juraverint.

CAPUT XXXVIII.

De Hoſpitalibus.

Patres pauperum, & illorum tutores epiſcopi, hoſpitalia ſæpius viſitabunt : inquirent in quo conſiſtant reditus : qui eorum ſint rectores eccleſiarum, in quorum parochia ſita ſint, præſentibus aliis qui adhoc intereſſe conſueverunt, annis ſingulis videbunt : nec tamen alicui ultra triennium adminiſtratio concedatur.

Hoſpitalitatem ab illis qui ad hoc tenentur exerceri curabunt epiſcopi, rebelles per fructuum ſubtractionem compellant : & in hoſpitalibus, ſacerdotem pro ſacramentis adminiſtrandis, & ſalute animæ infirmorum procuranda inſtituent, aut inſtitutum conſervabunt. Quod ſi ad hoc non ſufficiant reditus, parochum expreſſe monebunt, ut ægrotantium in hoſpitali curam habeat, mercedem pro tali bono a Deo recepturum. Ab hoſpitalibus quæ infirmorum domus eſt, robuſtos & bene valentes ejiciant: immo & ipſos mendicare non patiantur, magiſtratuum ad hoc ope, ſi opus fuerit, implorata.

CAPUT XXXIX.

De Eccleſiis & Altaribus.

Ut populo demonſtraret Deus majeſtatem ſuam, ſciſcitanti de templo conſtruendo ait : *Quam ædificabis mihi domum ? cælum & terram ego impleo.* Neque propterea qui ubique adorari vult,[a] non ubique ſibi ſacrificia offerri intendit; ſed in altaribus, quæ pro majori reverentia eccleſiis continentur : in quibus, quanta debeat eſſe munditi es, docuit Deus, qui Davidem virum ſanguinum ad ſibi templum ædificandum indignum duxit, ſed Salomonem regem pacificum ad hoc elegit : cui promiſit ſe orantium in templo preces exauditurum : in quo quidem cor ſuum & oculos eſſe omni ævo declaravit. Atque ideo ut quod ſemel Deo dicatum eſt, in profanos uſus non convertatur; & ut in eccleſiis Deo dicatis cum majori reverentia cultus latriæ Deo reddatur : quod non fieret, ſi paſſim & ad libitum cujuſque conſtruerentur eccleſiæ, quæ a ſucceſſoribus non conſervarentur :

[a] Redundare videtur particula, non.

Statuimus, ut eccleſiæ, capellæ & altaria, de novo non conſtruantur publice vel privatim in domibus regularium, ſæcularium, aut laïcorum, ſine expreſſa Ordinarii licentia in ſcriptis conceſſa : quam non concedent, niſi aſſignatis per fundatorem ſufficientibus reditibus, quoad eccleſias & capellas publice exſtructas, pro eiſdem perpetuo conſervandis, & ſi deſtructæ fuerint, reſtaurandis : immo niſi viderint ad Dei honorem & ſubditorum bonum conducere.

Anno Chriſti 1609.

Pietatem ſuam nobis expreſſe commendarunt patres, per tam laudabilia in conſtructione eccleſiarum relicta monimenta, quæ temporum injuria deſtruxit & evertit. Ea tamen reſtaurari deſiderantes, mandamus, ut epiſcopi tales eccleſias viſitando, inquirant, an ſint reditus aut in fundis, aut in juribus decimalibus : atque ita tales reditus & fructus percipientium expenſis reparari jubebunt : & beneficiatos ac rectores, niſi ſint pro fabrica reditus, per fructuum ſequeſtrationem, implorato brachii ſæcularis auxilio, ad id ſevere compellant : communitatibus & populo contribuentibus ad illa, ad quæ de jure & conſuetudine tenentur. Quod ſi nulli ſint reditus, aut decimales fructus, populum ad eaſdem eccleſias dirutas conſtruendas hortabuntur : & ſi id tandem eo modo fieri non poterit, cruces loco earum erigent, ut in quo loco Deo ſacrificarunt ſacerdotes, ibidem perpetuo, tali ſigno inſpecto, adoretur Chriſtus : atque inde altaria, ſi quæ ſint, tolli curent.

Ab eccleſia, quæ domus Dei eſt, & quam decet ſanctitudo talis, ut ex ea Chriſtus flagello ejecerit vendentes & ementes, & arceantur deambulantes, catapultas aut haſtas, niſi pro tutela principis, deferentes, rebelles, aut ſæpiùs id agentes, excommunicatione ab Ordinario feriantur.

Intra eccleſias non fiant conventicula aut cœtus populi, pro negotiis univerſitatis, aut aliis ſæcularibus, & ad hoc convenientes rejiciat parochus. Quod ſi contumaces fuerint, ad Ordinarium deferat : qui eos excommunicationis ſententia, eidem parocho in hoc expreſſe obedire compellat.

Magiſtratus ſæculares aut nobiles, in choro & presbyterio ſacerdotibus in ſeſſione impedimento non ſint. Nobiles etiam mulieres presbyterium non ingredi hortamur, ſed orationes ſuas Deo gratiores ſciant, ſi non ut Phariſæi nobilitatem prædicent; ſed ſi publicanum imitantes humiliter & a longe diſtantes fundant.

In eccleſiis fieri choreas, comeſſationes, emptiones, aut venditiones prohibemus; ſed clerici hoc permittentes pœna carceris, laïci hoc agentes excommunicationis ſententia puniantur. Comeſſationes, quas de fructu vocant, in domibus ſuis, aut alibi ne faciant parochi, nec ad hoc invitent parochianos, quin potius arceant : nec permittant cani in eccleſia, *Memento Domine David s'en truſe :* nec alia ſcurrilia & ridenda : ſub eadem pœna excommunicationis.

Non fiant in eccleſiis aliqua indecentia, nec repræſententur quæ oculos proborum Catholicorum offendunt, & populum ad riſum provocant : uti repræſentatio Prophetarum aut Paſtorum in nocte Natalis Domini : cantus prædictionum Sibyllarum: columbæ volatus in die Pentecoſtes, projectio ignis & aquæ in eadem die. Satis enim eſt firmatum quod credendum; nec talibus repræſentationibus indigent etiam imperiti. Vernacula lingua in eccleſia non cantentur carmina : quod ſi in die Natalis Domini permittenda ſint, ea ab epiſcopo legantur, & probata ſubſcribantur.

Mulieres juxta præceptum beati Pauli in eccleſia ſileant, nec cantent intra eam cantiones quaſcumque, die Jovis ſancto : & ad hos fines poſtquam oraverint ſacerdotes, & hymnos ſacros cantaverint,

hora nona fores eccleſiæ claudantur, & hora quarta matutina aperiantur : nec in ea remaneant niſi ſoli operarii, & ex ſacerdotibus aliquis.

Intra eccleſiam non ducantur animalia quæcumque, etiam ſi illa offerre intendant laïci : ſed ſi pia voluntate ea Deo dicaverint, extra eccleſiam parochus ea recipiat.

Flores aut ramulos in feſtis ſolemnioribus ad populum ſacerdotes ne deferant : ſed illis ante inchoatum officium, ſi ita videbitur, altaria clericus ornabit.

Quamdiu divina celebrantur, ne ab attentione myſteriorum perturbetur populus, pauperes eleemoſynas non quæritent : ſed in foribus eccleſiæ quæ ſibi largientur, a fidelibus recipiant.

Omnes, maxime parochiales, eccleſias viſitando ſciant epiſcopi an ſint conſecratæ : & eas, ſi adhuc non fuerint, quam citiſſime fieri poterit ſacris adhibitis cærimoniis conſecrabunt.

Ad ſcurrilia vel larvas, indumentis ſacris aut veſtibus ſacerdotum, aut religioſorum, qui temere auſus fuerit uti, excommunicatus nominatim denuncietur : & a judice ſæculari puniri pro rei exigentia, parochus omnem impendat ſollicitudinem.

Amoveantur & deſtruantur, quæ ſub dio & extra eccleſiam ſunt conſtructa altaria, aut altari majori adverſa, aut januis eccleſiæ nimis propinqua, aut alia quacumque ratione incommoda : quod judicio Ordinariis relinquitur.

Ornentur altaria ſcabello ligneo quod vernacule dicitur, *marchepied* ; mappæ coronis lignea, & ex panno ſerico aut alio decenti pallium, apponantur.

Pavimentum octavo ſaltem quoque die verratur, telæ arenarum amoveantur : & talem in eccleſia ſaltem requirant munditiem, quam in domo, niſi ruſtici & calones omnino ſint, habere conantur.

Quod ſi aliqua indecentia, non expreſſa, in eccleſiis agantur, per ſeipſos amoveant parochi : quod ſi facile fieri non poteſt, epiſcopo denuncient, per quem ſuper hoc adhibitis juris remediis & pœnis provideatur.

Capellas rurales viſitent Ordinarii, in quibus ſunt jura decimalia ; & officia, ſi quæ ſint inſtituta, peragi mandabunt : ſi vero non ſint, pro qualitate reditus, & ſecundum rei exigentiam, inſtituere licebit.

CAPUT XL.

De Miſſali & Officio divino.

Quem in diverſis eccleſiis irrepſiſſe errorem dixerat bonæ memoriæ Pius ſummus Pontifex, hujus nominis quintus, experimento probavimus, in hac noſtra provincia : quia ſibi quiſque formaverat epiſcopus ad libitum divinum officium : unde quæ in diverſis eccleſiis legebantur, in multis apocrypha, ſibi invicem adverſabantur. Atque ideo decens & admodum eſſet utile, ſi Apoſtoli monita ſequentes omnes uno ore Deum qui unus eſt, honorificaremus : & ſicut in fide & eccleſia idem ſentimus, omnes in divinis decantandis officiis conſentiremus.

Ideo ut in omnibus unitas ſit in eccleſia, quæ una eſt : a quibuſcumque eccleſiaſticis, tam metropolitanæ, cathedralium, collegiatarum, aliarumque eccleſiarum officium recitari in choris, & eccleſiis decantari præcipimus & mandamus, juxta ritum, ordinem, modum & formam a felicis memoriæ Pio Papa hujus nominis quinto præſcriptam, per bullam, ſuper reformatione breviarii editam : quam nos recipimus, & in tota provincia recipi volumus, & præſentis noſtri decreti publicatione A ſufficienter promulgatam declaramus : contra eamdem agentes, pœnas per ipſam latas eis indicimus & ſignificamus.

CAPUT XLI.

De vita & honeſtate clericorum.

Cum per abrupta graditur paſtor, ad præcipitia ſequitur ovis : ideo clericos lucem mundi, & ſal populi, ne fumo excæcent fideles, & ne ipſis infatuatis non ſit in quo condiatur populus, ſatis fuſe commonuit eccleſia : & contra luxum ac comeſſationes eorum ſalubriter ſancivit de choreis, aleis, ludis, & ſæcularibus negotiis fugiendis, pœnis etiam propoſitis ſancte inſtituit : quæ omnia approbantes, B & maxime quæ a ſacroſancta Tridentina ſynodo ſuper hoc ordinata fuerunt, ut inviolabiliter obſerventur ordinantes, hortamur coëpiſcopos noſtros, ut ſi quæ per nimiam clericorum licentiam in deſuetudinem abierint, ab omnibus cuſtodiri procurent. Nonnulla tamen, ceteris omnibus in ſuo robore, uti a nobis approbatis, permanſuris, hic inſeruimus juſte ordinata : ea inſuper ad regimen eccleſiæ neceſſaria ſtatuentes.

Sacerdotes omnes, quorum vita omnium oculis expoſita eſt, ut inde bene vel male vivendi fideles exempla deſumant, in ſacris ordinibus conſtituti, aut beneficia obtinentes, ſingulis diebus officium recitent, ni fructibus privari velint, uti eos priva- C tos declaramus : quos pauperibus aut fabricis applicandos ordinamus : ſegniter circa hoc, poſtquam moniti fuerint, ſe agentes, epiſcoporum animadverſionibus ſubjacebunt.

Veſtes non ſericas, aut ſerico foderatas, aut quocumque modo diſſectas, vel bombycino limbo ornatas, nec caligas tumentes geſtent : non ſordidas, ſed decentes : ne in nimio cultu vanitas, in abjecta incuria ruſticitas accuſetur. Veſtium autem omnium color ſit niger. Quod in populo veniale eſt, in ſacerdote judicatur ſacrilegum. Ideo ut monemus populum, ita clericos diſtricte choreas quacumque ex cauſa ducere, aut illis intereſſe prohibemus : vitent tripudia, ludos publicos : larvas non geſtent aut lar- D vatos ſequantur, comœdias, fabulas, aut ludicra, & quæ ab hiſtrionibus exhibentur, non agant : ad hiſtriones non accedant : ne puritas ſacerdotis rerum inanium aut etiam obſcenarum aſpectu polluatur, conviviis illicitis, crapula, & ebrietate : contra agentes pœna carceris & alia ad arbitrium Ordinarii comprimantur.

Non ludant aleis, teſſeris, chartis, aut alio ludo prohibito vel indecoro : præſertim publice, ut illorum in omnibus nota modeſtia, promptiores eos reddat ad libere in hoc peccantes arguendum. Noctu per urbem poſt horam nonam, niſi maxima urgente neceſſitate non incedant : deprehenſi incarcerentur : enſes aut alia quæcumque offenſiva arma, niſi pro neceſſitate itineris, non deferant : tabernas E non ingrediantur, niſi iter agentes : noctu incedentes ex cauſa rationabili, togas talares deferant : alias in eos Ordinarii animadvertant.

Divinum quod a ſacerdotibus exercetur, vituperatur miniſterium, dum ab illis, quibus ſubditur populus, etiam vilia & ſordida ſervitia exercentur : & quos ſibi miniſtrare Deus voluit, domeſticis laïcorum ſordibus contaminantur. Caveant igitur clerici ne pincernarum, coquorum, ſtabulariorum, ceteriſque hujuſmodi ſordidis officiis fungantur : immo nec rei domeſticæ vel familiaris adminiſtrationem ſuſcipiant laïcorum, nec cauſis litibuſque per-

Anno Christi 1609.

ſequendis eorum quibus ſerviunt dent operam, aut aliorum nomine: quod diſtrictius ſub anathemate prohibemus: & in tales per epiſcopos pœnis a canonibus ſtatutis agatur.

Non ſint propolæ, empta ex profeſſo vendentes: proventus aut prædia ſæcularia non conducant, ut ex illis quæſtum faciant: non ſint publicani, aut fœneratores: illis alioquin pœnas epiſcopi juxta ſacras ſanctiones infligant. Coram judice ſæculari cauſas non agant ut advocati aut procuratores, præterquam ſuas, pauperum, parentum, aut eccleſiarum in quibus obtinent beneficia, & hoc pro Dei amore: & de licentia epiſcopi in ſcriptis obtenta.

Obſcena verba, ut & res abhorreant. Panes enim propoſitionis niſi qui mundi a mulieribus eſſent, non manducabant: ſicut & tanti ſacrificii tremenda myſteria tractare decet ſobrios, modeſtos, & pudicos. Neque vero ubi fuerit ſacerdotum cum mulieribus habitatio, antiqui hoſtis ſtimuli deerunt. In ſacerdotibus ſit cordis munditiea, caſtitas corporis: viteturque fornicatio, aut quælibet alia incontinentia. Immo & ut talium defectuum ſuſpicio etiam tollatur:

B

Concubinas aut alias mulieres de quibus propter ætatem, inverecundiam, aut anteactæ vitæ turpitudinem, ſiniſtra ſuſpicio haberi poſſit, in domo vel extra detinere, vel cum illis ullam conſuetudinem habere non audeant clerici: alioquin pœnas ex ſacris canonibus aut ſtatutis eccleſiarum de illis legitimas ſuperiores expoſcant.

C

Quod ſi a ſuperioribus moniti, ab iis ſe non abſtinuerint: tertia parte fructuum beneficiorum ſuorum ipſo facto ſint privati, quæ fabricæ eccleſiæ, aut alii pio loco, arbitrio epiſcopi applicetur.

Si vero in eo delicto perſeverantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint: non tantum fructus omnes ſuorum beneficiorum eo ipſo amittant, ſed etiam a beneficiorum adminiſtratione, quoad Ordinario placuerit, ſuſpenſi removeantur.

Quod ſi ita ſuſpenſi nihilominus ejuſmodi mulieres non expellant, tunc beneficiis quibuſcumque perpetuo priventur, atque inhabiles & indigni ad quoſvis honores, beneficia & officia, in poſterum cenſeantur, donec per manifeſtam vitæ emendationem a ſuperioribus gratiam meruerint obtinere.

D

Sed ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias ejuſmodi mali nominis ac famæ mulieres ſibi adjungere auſi fuerint: præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio ab epiſcopis, ad quos prædictorum omnium cognitio ex ſacri concilii auctoritate tantum pertinet, feriantur.

Ad ſacrum preſbyteratus ordinem promoti, poſt tres menſes celebrent: alias inſtante promotore pro non obito munere puniendi citentur.

Annulos etiam in quibus repræſentantur imagines ſacræ, in digitis non portent clerici: exceptis iis quibus propter dignitatem a jure eſt expreſſe conceſſum; & hi annulos tantum habeant dignitati congruentes.

E

CAPUT XLII.

De foro eccleſiaſtico.

Dignitatem ſacri ordinis commendans Deus, inhibuit ſæcularibus tangere unctos ſuos, qui in ſortem Domini vocati: illorum pars Deus eſt, illis hereditatem ſuam redditurus. Nec propterea unctionem ſacram, perditorum, ſi qui tales forent, aſylum & ancoram eſſe voluit, qua muniti ſontes impuniti

A maneant: ſed eos ſactos a ſacris judicari præcipit, & eccleſiaſticam jurisdictionem a ſæculari ſejunxit.

Non ſe immiſceant igitur magiſtratus ſæculares rebus eccleſiaſticis, neque judicium perſonarum aut rerum eccleſiaſticarum arrogent: ne quod ſuum non eſt appetentes, quod ſuum etiam eſt, juſto Dei judicio perdant: interim juxta ſacrorum canonum conſtitutiones (ſi quod horramur non egerint) excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant.

Non compareant vocati clerici coram judice ſæculari ut cauſas ſuas agant, ſi perſonales ſint, aut de rebus eccleſiaſticis, quarum judici eccleſiaſtico juriſdictio eſt attributa: niſi ut ad ſuperiorem eccleſiaſticum remittantur petituri: quibus ſi denegatum hoc fuerit, ad ſuperiorem provocent, illius mandatis non obtemperantes, ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto actores, ſive clerici aut laïci fuerint, incurrunt: cauſam vero appelli promotori denuncient, quod cum clero perſequi teneantur.

Si per ſe ipſos epiſcopi pluribus detenti negotiis, cauſas omnes audire, & illis jus dicere non poſſint, propter motum ingraveſcentem corruptelam; perſonas idoneas providas & in jure canonico exercitatas in officiales eligant in urbe principales; aut foraneos, ubi vel eſſe tales ſoliti, vel ut inſtituantur viderint neceſſarium.

Officiales vero pro quibus rationem reddituri ſunt epiſcopi, ut officio fungantur hortentur ſæpius, & cum illis agant de rebus civilibus, & criminalibus, quæ in curiis ventilantur: ut qua fieri poterit meliori & expeditiori ratione provideatur.

Sportulas pro viſitatione proceſſuum aliis taxent, & ſibi tales adeo moderatas aſſignent, ut non venales litigantes accuſent ſententias: ſed in cauſis pauperum omnino gratis & pro Deo agentes, & in dicendo jure juſtitiam, & lucro contemnendo modeſtiam commendent. Sordidam veſtem plures maculæ deturpant, & ignaros ſacerdotes & pauperes pluribus vitiis deditos experimur; & impunitos ad totius cleri dedecus ſcimus, dum ſumptibus adhiberi neceſſariis parcitur, ut tales puniantur. Promotores igitur etiam per officii ſuſpenſionem, & aliis juris pœnis compellant, ut contra tales inquirant, debitas pœnas requirant, atque ut juſtum ab officialibus de illis ſupplicium exigatur, epiſcopi procurent: ut eos pœnæ formido terreat, quos virtutis amor non movet: ſumptus vero, non ſalaria, ſolvent ipſi epiſcopi, cum in talibus gratis agatur.

Non permittant in inferioribus ſedibus, aut ab officialibus foraneis, graviores cauſas, ut puta matrimoniales & criminales, tractari: ſed eas audiat ipſe epiſcopus, & ſententiam ferat: aut ſaltem per officialem ſuum, in majori ſede fieri, & hæc in urbe tractari jubeat, & talium cognitionem aliis interdicat, prout præſenti decreto interdicimus.

Controverſias & lites præcedentiæ, aut præſentationum diverſarum perſonarum in publico agentium, de plano & ſtatim verbo, auditis partibus, ordinet: & quod per ipſum ſtatutum fuerit, ſine præjudicio partium, & non obſtante quacumque appellatione, ut vitentur rixæ & ſcandala, executioni demandetur.

Duce inſcio caſtra deſerentem morte puniunt leges; cum non ſit liber, qui ſtipendiis alienis nutritur, & fidem juramento medio promiſit. Sic non licet eccleſiaſticis ſtipendia eccleſiaſtica recipientibus, relicta fori eccleſiaſtici arce, ad ſæculare confugere judicium; & quod Deo ſemel dicavit, novis nominibus in alios tranſlatum obligare. Qui ergo clericus nulla ſibi acquiſiti per ordinem privilegii

Anno Christi 1609.

Anno Christi 1609.

habita ratione, ſe ant bona ſua rigoribus curiarum temporalium obligaverit nominatim, te perfecte nota, excommunicetur, & arbitrio Ordinarii puniatur: & tali non obſtante obligatione, coram judice eccleſiaſtico obligationis cauſa tractetur.

Coram judice ſacro & eccleſiaſtico tractentur omnia, quæ ad res ſacras pertinent: & ad illos pertineant lites de portione congrua, de reparatione eccleſiarum, & quæcumque in computorum redditione pro bonis fabricæ eccleſiæ, hoſpitalium, aut etiam baſſinorum, tam purgatorii, quam aliorum controvertuntur: & quod illis tali nomine, aut pro legatis piis debebitur, dicti judicis eccleſiaſtici auctoritate exigatur: coram aliis prædictas cauſas tractantes, excommunicatos, ſi moniti non deſtiterint, denuncient.

At ut non tot ſumptus & impenſæ in litigando effundantur, niſi petitionibus factis per actorem reus conſenſerit, & ſi eidem contradixerit, ad probandum ſummarie petitionem, & exceptiones infra dilationem unicam ad arbitrium concedendam, partes admittat judex, ſi decem librarum ſummam non exceſſerit, qua elapſa proceſſus judicetur in ſtatu: niſi judex ex cauſa renovandam eſſe viderit. Quod ſi talem ſummam exceſſerit petitio, partes appunctabit contrarias, ad probandum, articulandum & verificandum quidquid voluerint infra menſem: quo elapſo excludentur, & proceſſus aſſignabitur ad conſilium ſine alia ratione cauſæ: ſalva renovatione dilationis, ſi ex cauſa judici bene nota, & pro tempore concedendam arbitretur.

Inquiſitiones rerum criminalium aut quæ ſint de jure perpetuo, vel de re notabili, per ſe ipſum faciat judex: alioquin eaſdem Graferio, aut curiæ graduato eodem ſcribente Graferio, ejus ſubſtituto, aut aliis in partibus commiſſo demandet.

Inqueſtas, quas nonniſi parte legitime vocata fieri volumus, non videat pars adverſa, niſi prius nullitatea & objecta contra teſtes dederit: quod facere teneatur infra octo dies, a recitatione ipſarum inqueſtarum, judicialiter facta: alias pro receptis & publicatis habeantur, & proceſſus ad conſilium aſſignetur, ſine alia cauſæ interpellatione: nec poſt ſupplicationem ad dictam nullitatum & objectuum traditionem ullo modo admittatur; & eiſdem finibus teſtium nomina parti, vel ejus advocato requirenti, tradat Graferius.

Simili vero dilatione fruatur para adverſa, ſi contra inqueſtare voluerit.

Non ſint feriæ niſi a vigilia Natalis Domini ad diem Epiphaniæ incluſive: diebus feſtis ab eccleſia in locis curiarum celebrari mandatis: & a feria quarta in majori hebdomada uſque ad octavam Paſchatis incluſive. In cauſis vero criminalibus nullæ obſerventur feriæ: nec ipſarum tractationem ad ſtatam curiæ diem, ſed pro arbitrio aſſignabit judex tam in cauſis appellationis, quam ordinariis: nec enim fas eſt, ut quod impudenter & cum populi ſcandalo actum eſt, tergiverſatione & ſtili ambagibus remaneat impunitum.

Non impediantur ſuffraganeorum ſubditi ad metropolitanum provocare: & in hoc non recipiantur niſi infra decem dies, ſi in diœceſi: & infra viginti, ſi extra diœceſim ſint, fuerit appellatum.

Et niſi præter inhibitiones virtute litterarum factas, citare fecerint partes appellatas ad quindecim dies pro maxima dilatione rerum ordinatarum, executionem non impediant inhibitiones, quas eo caſu irritas declaramus: niſi ſibi conſtiterit de aſſignatione parti data. Cum pateat juris & appellationis abuti remedio, qui gravaminis reparationem in brevi non procurat.

Per judices a quo in appellationibus cauſarum criminalium ſuper præparatoria ſeu interlocutoria, niſi tamen ab incompetentia vel propter eamdem appellatum foret, conſtitutio ſacri concilii Tridentini ſeſſ. XIII. cap. I. de reform. obſervetur.

Se præſentabunt vocatus & provocatus ſtatuta die, & pro introductione appellationis ab utraque partium in fine cauſæ quinque ſolidos recipiat Graferius: prima die juridica ſi non ſe præſentaverit appellans, tollantur inhibitiones cum expenſis: ſi vero appellatus abſens fuerit, iterato citetur ſufficientius, & remanentibus inhibitionibus: nec audiatur ſecundo citatus, niſi ſolutis expenſis ſecundæ citationis, taxandis per judicem, aut ab eo ad id deputandum.

Sive ab interlocutoria habente vim definitivæ, ſive a definitiva fuerit provocatum, infra menſem præciſe a die intimationis litterarum appellationis & aſſignationis datæ, proceſſum remittat appellans. Alias tollantur inhibitiones, & partes remittantur ad judicem a quo una cum expenſis, atque ideo contra Graferios primæ inſtantiæ, concedantur litteræ compulſoriæ; quibus niſi paruerint, ad expenſas partium condemnentur. Licitum tamen erit parti appellatæ, citius proceſſum remittere. In cauſis vero criminalibus aut promotor ipſe ſolus, aut Graferius, infra dictam dilationem, immo quam citiſſime fieri poterit, expenſis appellantis remittant.

Videat proceſſum advocatus provocantis, antequam remittat, ut paratus ſtet judicio in prima curia, & concludat præſente partis appellatæ advocato: qui ſi in concludendo contrarii fuerint, judex ad conſilium cauſam aſſignet, ſalvo partibus dicere & producere quidquid voluerint infra tres dies, reliquis omnibus dilationibus abrogatis, prout de præſenti abrogamus. Si vero noluerit concludere in prima die curiæ, proceſſu remiſſo, ordinabit judex quod ad primam præciſe concludat: alias habeatur pro concluſo, & ad conſilium.

Remiſſo proceſſu poterit appellatus, aut ejus advocatus in Graſo videre appellationem & appellatos, ut concludendo narret utrum intra tempus fuerit provocatum: ut ſi appellationem deſertam teſtatus fuerit Graferius, ſtatim remittantur partes, & inhibitiones tollantur. Ideo teneatur Graferius exhibere proceſſum in Graſo ad fines ſupradictos, & recipiat quinque ſolidos pro tali communicatione tunc, vel in fine cauſæ: & in extractu narret tales & alias viſiones, & diem remiſſionis proceſſus cum dictis & requiſitionibus partium.

In quibuſcumque cauſis non recipiantur provocantes ab interlocutorio, niſi tale ſit gravamen, quod in definitiva reparari non poſſit: ſed cognita cauſa remittantur cum expenſis, & hoc fieri poſſit in audientia, communicatis promotori actis: immo mulctentur arbitrio judicis, ſi frivola ſit appellatio.

Non audiantur provocantes in criminalibus, ſi contra eos per judicem a quo jam decretum fuerit, niſi præſentes compareant, aut ſe in ſtatu remittant: qui non diſcedant, niſi actis promotori

communicatis,

ANNO CHRISTI 1609.

communicatis, & eodem promotore audito fuer[illegible]inatum. Non obſtantibus appellationibus, & ſine illarum præjudicio, judici a quo [a] ſua decreta exequi facere, omni via juris contra appellantem licebit.

[a] Adde, vel ſubintellige, appellatum fuerit.

Semel cum mandato ſuſceptam cauſam non poterit dimittere advocatus: ſed eam teneatur perſequi, aut ſubire judicium.

Coram officialibus & non alibi petitiones congruæ portionis tractentur. Si vero coram aliis aliquis actor reum pro talibus petitionibus vocaverit, excommunicetur, & pœnis ad arbitrium coërceatur; ſicut & reus, ſi vocatus mandatis talis judicis non obtemperaverit, niſi ſolum finibus declinatoriis.

CAPUT XLIII.

De officialibus foraneis.

Ut ſacerdotum ſumptibus parcatur, cuique quod ſuum eſt reddatur, & maxime ne divinum minuatur in eccleſiis ſervitium, dum propter aliquorum pertinaciam aut etiam malitiam litigandum eſt, & ad officiales in urbe longe diſtantes eſt veniendum: inſtituant epiſcopi officiales foraneos, quibus certas regiones & parochias diœceſis diſtribuant, in quibus motas lites juridice agentes, ſuper illis ordinent; ſervatis curiarum primæ inſtantiæ formulis & ſtatutis: ita tamen ut ſi de rebus majoris momenti agatur, re bene examinata poſtquam ad conſilium aſſignatæ reſpective partes dederint de jure ſuo, aut excluſæ legitime fuerint, urbem ipſi officiales adeant; & cum peritis advocatis deliberantes, de eorumdem conſilio ordinabunt.

Sæpius inquirant de vita & moribus ſacerdotum in partibus ſibi demandatis reſidentes, exceſſus minores corrigant, nimis frequentes ſi viderint, epiſcopum moneant, ut debitis modis provideat: ſi exceſſus graviores repererint, ad ſuperiorem officialem in urbe, aut ad prælatum remittant. Ipſi vero aliquando parochos convocent, curæ eiſdem commiſſæ rationem petituri, & caſus difficiles, ſi qui ſint, explanaturi: ſicque tandem ſe habeant, ut quaſi oculi epiſcopi, abditiſſima etiam videntes, ne majora & publica eveniant ſcandala provideant per ſe, aut ab epiſcopo in arduis conſilium & opem requirant, & poſtulent.

Super bannorum publicationibus in matrimonio, aut aliis diſpenſatione egentibus, nuſquam diſpenſare audeant, ſub pœna falſitatis, & aliis, arbitrio epiſcopi: atteſtationes de vita & moribus, qualitate, aut etiam de ſufficientia alicujus non faciant, ſive ut in aliis diœceſibus tamquam catholici habeantur, ſive ut ſacerdotes probi recipiantur, aut ut aliqui in curia Romana gratias obtineant, aut in forma pauperum. Cum enim id ad ſolum epiſcopum pertineat, de grege ſibi commiſſo rationem redditurum: ſi dictos officiales conſuluerit, quid in rei veritate ſit, epiſcopo nunciabunt.

Facultatem concedendi litteras pro regenda aliqua parochia, aut videndi litteras ſacerdotum de novo ad diœceſim venientium, approbationem concionatorum & confeſſariorum, ſoli epiſcopi ſibi reſervabunt: aut illis, quibus hoc munus ſpecialiter demandabunt. Officialibus inhibentes prout inhibemus, ne talia agant, ſub pœna privationis officii, & aliis arbitrio Ordinarii, non obſtante quacumque in contrarium conſuetudine, quæ corruptela vocanda eſt.

In illis omnibus quæ ad juſtitiam diſtributivam pertinent, aut morum correctionem, eiſdem officialibus foraneis curati, clerici, & alii omnes illis ſubditi obtemperent, contumaces & rebelles gladio excommunicationis percutiant: & epiſcopus in illos pro modo culpæ mature animadvertat.

De cauſis matrimonialibus & criminalibus non cognoſcant, ſed tales ad officialem in urbe remittant.

CAPUT XLIV.

De monitoriis & excommunicationibus.

Excommunicationibus quæ malum malorum ſunt, nonniſi in extremis, & quando nullus aderit alius modus ad continendum in munere, vel ad reprimendum a malo populum, utantur epiſcopi: quibus ſolis jus excommunicandi pertinere declaramus in quacumque cauſa: exceptis in litibus, conteſtationibus, & jure diſtributivo dicendo: in quo caſu officialibus contumaces, & non obtemperantes mandatis, excommunicationis ſententia, licitum eſt vulnerare.

Ipſi officiales foranei monitoria videbunt, & diligenter examinabunt. Quod ſi in illis minima, & parvi momenti narrari viderint, aut a multo tempore deperdita, & jam ſopita, aut pro detegendis peccatis omnino occultis, vel pro criminibus, quæ alias nequaquam probari poſſint, rejiciant. At vero ſi pro rebus gravibus deperditis, ad pleniorem probationem, & quæ ſaltem ad ſummæ quindecim librarum valorem aſcendent, publicari jubebunt, primo, ſecundo, tertio, & peremptorie per parochum, aut ejus deputatum, & non alium: exceptis caſibus in quibus ſuſpicio eſſet contra eumdem parochum: quo caſu non niſi tali ſuſpicione nota, alium preſbyterum ad hoc deputabunt: qui atteſtatam publicationem in ſcriptis ad ſolos epiſcopos remittent: qui ſoli, aut eorum vicarii, viſis eiſdem atteſtationibus, ſi res exegerit, & cauſa attente perpenſa & examinata, ſententiam excommunicationis publicari mandabunt: aliis omnibus talem facultatem, juxta ſacroſancti concilii Tridentini ſtatuta, tollentes, prout in præſenti tollimus: non obſtante quacumque in contrarium conſuetudine. Inhibentes parochis alias excommunicationes ſuper monitoriis publicare, quam quæ ab epiſcopo aut vicario generali fuerint emanatæ.

Corpus Corinthii tradidit ſatanæ beatus Paulus, ut ſpiritus ſalvus fieret, dum culpa cognita veniam peteret, & in futurum a tali cavere promitteret. Neque vero pœna inflicta umquam mitiganda, niſi purgata contumacia, & obſtinatione depoſita, in melius mores mutentur. Semel excommunicatus & laqueis dæmonis irretitus, ſuppliciter veniam de culpa commiſſa, & abſolutionem a cenſuris petens, benignius recipiatur, & miſericorditer illum abſolvendo cum eo agatur. Vi tamen, aut mediis illicitis abſolutionem a cenſuris obtinentes, cum ſibi aſſiſtentibus, & favorem aut conſilium dantibus, pœnis jure indictis plectantur, tali abſolutione irrita remanente: quam irritam, ſicut & talia agentes, excommunicatos, declaramus.

Ejiciantur a cœtu fidelium & eccleſiis nominatim excommunicati: quos ſingulis diebus Dominicis in ſcadafallo per parochum volumus nominari, & ſi in ea per annum ſordeſcere non deſtiterint, ut hæretici puniri poſſint: quos interim, durante illorum contumacia vitabunt fideles: & ne ad munera

ANNO CHRISTI 1609.

publica admittantur per * eos hortamur : cum non in bove & aſino ſimul arare, divinis monitis ſit ſancitum.

CAPUT XLV.

De ſimonia & confidentia.

Abominationum omnium maximam vidit Ezechiel, cum ſacerdotes temporalia aſpectando, ad altare terga vertentes intuens, floſculos ad nates apponentes inſpexit. Nec enim in domo Dei pejus eſſe poteſt, quam ſi pro minimo, quod pretioſiſſimum eſt contemnatur : ut a permultis fit ſacerdotibus, qui quaſi clitellarii aſini, nomeo ſacræ dignitatis deferunt ; & ab aliis ſacerdotibus, aut etiam laïcis, immo quod pejus eſt mulierculis, redditus percipi patiuntur : qui divina, ornatum templi, ædium conſtructionem, & pauperum educationem contemnentes, per eos qui titulum nudum ferunt, tamquam vilia mancipia, portiunculam ſibi dari ſunt contenti : pacto etiam inito, quod ad libitum eorum eidem muneri & beneficio ᵃ ceſſuri. In eos, propter quos etiam in populum exercetur divina vindicta, ſæpius invehantur epiſcopi, & pro munere advertant : hortantes ut a talibus abſtinentes, etiam de præteritis dolentes, abſolutionem a cenſuris per Pium IV. & Pium V. contra tales prolatis, a Sede Apoſtolica obtineant : & ſi in forma juris tales eſſe probaverint, præter beneficiorum privationem, carcerem, & alias illis pœnas irrogabunt graviſſimas.

ᵃ Forte, ſine ceſſuri.

Quos ab eccleſia ejecit Chriſtus, dum nummulariorum cathedras evertit, eos prout eccleſia damnat, & anathemate percutit, ita epiſcopi excommunicent : & quos quacumque re temporali, aut pacto illicito res ſacras, aut beneficia obtinuiſſe ſciverint, excommunicatos nominatim, & incapaces ad quæcumque beneficia obtinenda denuocient, ſeverius pro rei qualitate & ſecundum decreta in eos animadvertentes. In ſynodis diœceſanis, auctoritate Apoſtolica, excommunicatos, paſſive aut active ſimoniacos, & confidentiarios, declarent : & moneant ad fructuum omnium perceptorum & percipiendorum reſtitutionem teneri : & eamdem excommunicationis ſententiam, bis in anno, a parochis alta & intelligibili voce in prono publicari epiſcopi mandent & jubeant.

CAPUT XLVI.

De uſurariis, concubinariis, & adulteris.

Conſuetudine peccandi obſtinati, uſurarii, concubinarii, & adulteri publici, latrare aïunt ſacerdotes, & eccleſiæ paſtores, dum in eos juxta patrum decreta excommunicationis ſententiam proferunt, nec tamen (inquiunt) mordere : quia in profundum cum venerint impii, (quod maximum malorum eſt) contemnunt : & plus apud eos poteſt temporalis etiam leviſſima pœna, quam ſpiritualium bonorum numquam forte reparanda jactura. Ideo contra tales, pœnis a jure canonico ſtatutis ſevere procedatur.

CAPUT XLVII.

De decimis.

Quod ſibi totum competebat, inter fideles diſtribuit Deus, cum fructus terræ ad laïcos pertinere, decimas & primitias ſacerdotibus debere declaravit : quas ſine ſacrilegio denegare non poſſunt laïci, cum par ᵃ non ſit ab eccleſia ſubripere, & decimas fraudare : propter quas fraudes, [illegible]to Deo ſterilitates, peſtes, & alia multa mala in populum immitti ſolent. Unde juſtum referebat, petita obtenturus Phariſæus, ni ſuperbia elatus id jactitaſſet, dum decimas omnium quæ poſſidebat ſolvere ſe aſſerebat. Ideo detentores & fraudatores jurium decimalium ipſo facto excommunicatos declaramus, a ſolo epiſcopo, integra ſatisfactione facta, abſolvendos, & juxta ſacros canones pœnis afficiendos. Quod ſi epiſcopo inferior, tales ab hujuſmodi excommunicatione abſolvere præſumpſerit, quod non poteſt, arbitrio Ordinarii puniatur.

ᵃ Redundat particula, non.

Moneant ſæpius populum confeſſarii & concionatores, decimas omnium, immo & hortalitiorum deberi jure divino : & illas Deo non denegandas, qui rebus ab illis plantatis, & excultis ſolus incrementum dare poteſt. Talis vero excommunicationis ſententia & hoc noſtrum decretum, quater in anno per parochos publicetur & explicetur.

Solvendas ex omnibus voluit decimas, qui mentam & anetum decimari laudavit. Ideo ex omnibus omnino ſolvantur decimæ & primitiæ, juxta antiquas conſuetudines : nec parœciania umquam quis auxilio & præſidio eſſe præſumat, ſi quæ a beneficiatis fuerint acta, tranſacta, promiſſa, vel conſtituta contra conſuetudinem, ut minus quam pro more parochiani ſint poſthac ſoluturi : quæ omnia acta, tranſacta, promiſſa, niſi ab epiſcopo recognita, & juris ſervata forma, vel a ſancta Sede Apoſtolica probata fuerint, ut ab illis qui ut tutores in præjudicium ſucceſſorum, agere non poſſunt, irritamus, & annullamus, prout præſenti decreto irrita & nulla declaramus.

Quod ſacerdotibus de jure divino quæſitum eſt, libere & ſine impedimento licet percipere debeant, multi nihilominus inſidioſe illis ſunt impedimento. Quæ enim vi ut prædones rapere non poſſunt, ſicut latrunculi ſurripere moliuntur ; cum jura decimalia ſibi arrentari per beneficiatos procurant, & renuentes compellunt : dum beneficiatis, aut eorum renderiis domos, areas, aut cellaria locare, ubi reponantur fructus decimales, prohibent, aut aliis mediis a perceptione fructuum perturbant. Illos itaque talia agentes hortamur, ut ab hujuſmodi abſtineant ; & domos ubi reponantur fructus, areas, & cellaria, locare permittant & procurent : alias vi aut dolo actum cum ſimile noverint epiſcopi, ſuper hæc ordinantes, ſemel & iterum jubeant, tertio renuentes excommunicationis gladio feriant : & ſi contumaces fuerint, locum eccleſiaſtico ſubditum interdicto declarent : cum ſacerdotes divina exercere non poſſint, niſi ubi habitent, locum habeant commodum.

Super jure & modo decimandi lanam & agnos, quæcumque in provinciali ſynodo Narbonæ habita, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo conſtituta fuere, eadem decernimus, & in poſterum obſervari jubemus.

CAPUT XLVIII.

De pœnis.

Pro malis moribus exſtirpandis, conduntur leges, quæ ſine pœnis vileſcunt, & mores in deterius dilabuntur. Atque ut quæ maturæ ad laudem Dei, cleri reformationem, & populi ſolatium conſtituta ſunt, inviolabiliter ſerventur : ſtatuimus ut contra noſtra agentibus, pœnæ in eiſdem contentæ, & aliæ ab œcumenicis conciliis, & ſacris conſtitutio-

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1609.

A nibus inſtitutæ inſligantur. Quod ſi in aliquibus pœna particularis non eſt expreſſa, hoc perinde actum, ut qui talia decreta violaverint, arbitrio Ordinarii pro rei qualitate, & conſideratis circumſtantiis, prout fieri ſtatuimus, puniaotur.

Facti, quod male actum eſt excuſat ignorantia, juris non item: quæ tamen ſi non pœnam omnino demit, ſaltem minuit, cum talis prætextu aliquo probabili allegatur: quæ non recipitur, ſi lex ſufficienter publicata violata probetur. Atque ita ne talem ignorantiam prætendant, & opponant ſubditi: coëpiſcopis noſtris mandamus, ut in ſynodis diœceſanis præſentes bas noſtras conſtitutiones publice legi faciant, immo ex illis quas populo recitari debere ſæpius judicaverint, deligant: & parochi in prono explicite nunciando legant: B quarum librum penes ſe habere quilibet parochus teneatur.

Ut quæ alias in ſynodis provincialibus, per anteceſſores noſtros, aut eorum vicarios ſtatuta fuere approbamus, & innovamus; ac ſi per eos in præſenti ordinata & conſtituta fuiſſent, ſemper valere & inviolabiliter obſervari volumus, & injungimus, dummodo præſentibus noſtris decretis expreſſe non ſint contraria: ſic etiam ad ea, quæ in hac noſtra peovinciali ſynodo ordinata & conſtituta ſunt, poſt ſex menſes a die hujus præſentis finiti concilii, omnes & quoſcumque noſtros, & ſuffraganeorum noſtrorum ſubditos obligari ſtatuimus, & mandamus, ac ſi cuilibet in perſona ſignificata & C intimata fuiſſent. Valeant tamen in ſuis diœceſibus epiſcopi, ſuper defectibus quos reformatione indigere noverint, munus viſitationis exercendo, vel alias ordinare & ſtatuere: pœnis impoſitis, prout ad Dei laudem, bonum eccleſiæ, cleri reformationem, aut ſubditorum utilitatem conducere judicaverint.

Concluſio.

Quæcumque a nobis pro munere noſtro, & injuriæ temporis tatione habita, mature conſtituta ſunt: qua in hac noſtra ſynodo legitime congregata debemus humilitate, & obedientia poſſumus, ſanctiſſimo domino noſtro Papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ omnium eccleſiarum matri & magiſtræ D ſubjicimus, ab eadem perpetuo emendanda & corrigenda, ad Dei Optimi Maximi honorem & gloriam ſempiternam.

NOs Ludovicus de Vervins, archiepiſcopus & primas Narbonenſis, de conſilio & aſſenſu reverendiſſimorum coëpiſcoporum noſtrorum, definientes ſubſcripſimus. *L. de Vervins, archiepiſcopus Narbonenſis, ſic ſignatus.*

Ego Chriſtophorus de Leſtang, epiſcopus Carcaſſonenſis, conſentiens ſubſcripſi. *Chriſtophorus du Leſtang, epiſcopus Carcaſſonenſis, ſic ſignatus.*

E Ego Bernardus Podianus, Agathenſis epiſcopus, conſentiens ſubſcripſi. *Bernardus Podianus, Agathenſis epiſcopus, ſic ſignatus.*

Ego Petrus de Fleires, epiſcopus ſancti Pontii Tomeriarum, conſentiens ſubſcripſi. *De Fleires, epiſcopus ſancti Pontii Thomeriarum, ſic ſignatus.*

Ego Petrus de Valernod, epiſcopus Nemauſenſis, conſentiens ſubſcripſi. *Petrus de Valernod, epiſcopus Nemauſenſis, ſic ſignatus.*

Ego Ludovicus a Vinea, epiſcopus Uticenſis, con-

A ſentiens ſubſcripſi. *Ludovicus a Vinea, epiſcopus Uticenſis, ſic ſignatus.*

Ego Stephanus Polverellus, epiſcopus Ellectenſis, conſentiens ſubſcripſi. *Stephanus Polverellus, epiſcopus Ellectenſis, ſic ſignatus.*

Ego Petrus Fenoilletus, epiſcopus Monſpelienſis, conſentiens ſubſcripſi. *Petrus Fenoilletus, epiſcopus Monſpelienſis, ſic ſignatus.*

Ego Folcrandus Barreſius, I. V. D. canonicus & ſacriſta eccleſiæ cathedralis Agathenſis, & reverendiſſimi domini, D. Joannis Bonſii, epiſcopi Biterrenſis, vicarius generalis, & in hoc ſpecialis procurator, ejus nomine interfui, ſubſcripſi: & omnia & ſingula in hac ſancta ſynodo decreta, acta, edita, & publicata, ejus & eccleſiæ B ſuæ nomine recipio. *Barres, vicarius generalis Biterrenſis, ſic ſignatus.*

Ego frater Federicus de Charpene, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, & dicti ordinis in provinciis Narbonæ, & Burgundiæ provincialis: reverendiſſimique domini domini Gerardi de Robin, Lodovenſis epiſcopi, vicarius generalis; & in hoc ſpecialis procurator, ejus nomine interfui, & ſubſcripſi: & omnia & ſingula in hac ſancta ſynodo decreta, acta, edita, & publicata, ejus & eccleſiæ ſuæ nomine recipio. *Federicus de Charpene, ſic ſignatus.*

Scribente me Joanne Bertellier, notario Apoſto- C *lico, civitatis Narbona habitatore, & ſecretario dicti illuſtriſſimi & reverendiſſimi domini mei archiepiſcopi & primatis ſubſignato: qui de mandato ejuſdem domini mei, & voto Patrum in concilio provinciali Narbona habito, & finito die ultima menſis Aprilis, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nono, quacumque acta, ordinationes & conſtitusiones ejuſdem concilii, & in ipſis omnibus praſens, ſcripſi: & in eorum omnium fidem & teſtimonium me ſubſignavi, cum teſtibus ſynodalibus, in proceſſu verbali ejuſdem concilii deſignatis.*

BERTELLIER.

Prout ſuperius ſcriptum eſt, in quinquaginta quinque foliis papyri, præſenti comprehenſo, & D ſignato, per magiſtrum Bertellier, notarium Apoſtolicum, & ſecretarium noſtrum, necnon concilii noſtri provincialis, de verbo ad verbum ſuper vero originali penes archivia noſtri archiepiſcopatus remanente, & de mandato noſtro proceſſum fuit. In quorum fidem & teſtimonium, poſt debitam collationem coram nobis factam, unumquodque folium hujuſce extracti, per dictum Bertellier, ſignari juſſimus, cum præſenti, quod ſigno & ſigillo noſtro, nos Ludovicus de Vervins, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia archiepiſcopus, & primas Narbonenſis communivimus, & expedire fecimus: in caſtro noſtro de Caneto, prope Narbonam, die XXVI. menſis Maii, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nono. E

L. de Vervins, archiepiſc. & primas Narbonenſis.

CONFIRMATIO CONCILII.

NOs Pompeius tituli ſancta Balbina ſancta Romana eccleſia preſbyter Cardinalis Arigonius, fidem facimus & atteſtamur, decreta ſupradicta in provinciali ſynodo, a reverendiſſimo domino archiepiſcopo Narbonenſi confecta, a ſacra congre-

Digitized by Google

Anno Christi 1609.

gatione cardinalium concilii Tridentini interpretum emendata, recognita, aptata fuiſſe : necnon eorumdem decretorum exemplum apud ipſam congregationem remanſiſſe : cum quo hujuſmodi decreta, hoc libello chartarum LVII. *(quarum prima incipit,* In nomine ſanctiſſimæ, *&c. ultima vero,* has noſtras, *&c. & deſinit,* ſic ſignatus.) *deſcripta & collata, in omnibus & per omnia concordant. In quorum fidem his propria manu ſubſcripſimus, & ab infra ſcripto ſecretario item ſubſcribi, ſigillique noſtri impreſſione communiri mandavimus.*

Datum Romæ, die XXVII. *Novembris, anno Domini* MDCXI.

P. Cardinalis Arigonius.

Locus ſigilli ſummi Pontificis.

Joannes Franciſcus Fagnanus, Sanctiſſimi domini noſtri apud ſacram congregationem concilii Secretarius.

PUBLICATIO CONCILII.

Ludovicus de Vervins, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia, archiepiſcopus ſanctæ primæ ſedis Narbonæ, primas, & præſidens natus comitiorum generalium trium ordinum provinciæ Occitanæ ; reverendiſſimis epiſcopis ſuffraganeis noſtris, clero & populo provinciæ noſtræ, ſalutem.

CUm in ſuprema provinciæ Narbonenſis ſpecula, divina diſpoſitione conſtituti fuerimus : cunctos, nec ſolum commiſſum nobis gregem, verbo vitæ paſcere, cuſtodire, & in viam ſalutis dirigere ſtatuimus : ſed etiam ſingulos reverendiſſimos ſuffraganeos noſtros, qui in Apoſtolicæ ſollicitudinis partem vocati ſunt convocantes, ad hoc laborioſum munus contendimus adhibere : ut quemadmodum concilii provincialis initium, felicemque exitum Domino cooperante præſtitimus : ita ſaluberrima illius decreta, omnes hujus provinciæ eccleſiæ admittant, obſervent, & diligentiſſime exſequantur. Sane licet in ſancta œcumenica Tridentina ſynodo, ſaluberrima fuerit ordinatione decretum, ut quolibet ſaltem triennio, metropolitani, ſeu illis legitime impeditis, coepiſcopus antiquior, poſt octavam Paſchæ Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu alio commodiori tempore, pro more provinciæ, non prætermittat ſynodum in provincia ſua cogere : quo epiſcopi omnes, & alii qui de jure vel conſuetudine intereſſe debent, convenire omnino teneantur : non potui tamen ſanctiſſimo mandato citius parere, diuturnis morbis fractus, & perturbatione temporum retardatus. Dei autem adſpirante numine, firmiori valetudine, & viribus nonnihil corroboratis : viſitationem in toto grege nobis commiſſo, ut ab initio Pontificatus noſtri ſtatutam, aggreſſi ſumus. In qua concrediti a Deo gregis colluſtratione, quia forte paſtorum, qui præiverant, a quadringentis annis, infelici rerum humanarum conditione, alicubi deſiderabatur ſolicita induſtria, contentius adhibendum nobis ſtudium : multo ſudore, multa, ut ait vates Hieremias, evellere, deſtruere, diſperdere, diſſipare, ædificare, & plantare neceſſe fuit : felicibus nihilominus auſpiciis non deſtitimus, quin ſingulas noſtræ diœceſeos eccleſias præſentes perluſtraremus. Cm non pœnitendo labori aliquid deeſſe putaviſſemus, niſi concilii provincialis coitionem, quinquaginta vel plurium annorum intervallo prætermiſſam indiceremus, epiſcopos provinciæ Narbonæ ſuffraganeos noſtros, & alios quorum intererat advocando : ut quæ lapſu temporum depravata, & male obſoleta in domo Dei erant corrigerentur, renovarentur, mores diſſoluti in meliorem frugem tranſirent : exceſſus temperarentur, lites componerentur, atque etiam invaleſcentium hæreſum impetus retardarentur : nihil denique omitteretur quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præſidium videretur poſſe pertinere. Hac ſynodo provinciali peracta, illius decreta aliquanto poſt tempore, Romam ad ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, [a] S. Q. R. E. purpuratos patres miſimus : ut ab eiſdem, de mandato ſummi Pontificis, examinata & approbata, in lucem prodirent, & majorem cunctis afferrent venerationem. Cum ergo quæ in dicta noſtra ſynodo definita & ſtatuta fuerunt, ſummi Pontificis auctoritate confirmata ſint, quamprimum typis ea mandari juſſimus : ut facilius in omnium manus pervenirent. Verſionem Gallicam ex adverſo adhibuimus, ut linguæ Latinæ minus periti, concilii noſtri mentem ſenſumque perciperent, & ad praxim reducerent. Quapropter cum parum conferat leges condidiſſe, niſi eis pareatur : hortamur univerſos provinciæ noſtræ reverendiſſimos dominos coepiſcopos, omnibus vero aliis nobis ſubditis mandamus : ut ordinationes in hac ſacra ſynodo ſancitas, quæ ad integritatem & veritatem Chriſtianæ religionis, ad bonorum reductionem, malorumque emendationem, quæ ad populi noſtri pacem, unitatem & concordiam, ad cohibendos inſultus hæreticorum ; qui univerſam Chriſtianam rempublicam depravare moliuntur, neceſſariæ ſunt, recipiant : manu, animoque volvant, & ad amuſſim obſervent ; atque etiam plebi Chriſtianæ declarare non omittant. Sic enim fiet, ut Deo auſpice fides incrementum accipiat, & populus provincialium clericorum reformatione ædificetur. Nulli ergo nobis ſubditorum liceat has paginas concilii noſtri infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, pœnas juris ſe noverit incurſurum.

[a] *Hoc eſt,* ſanctæ Romanæ eccleſiæ.

CONCILIUM SENONENSE,

PARISIIS HABITUM MDCXII.

Pro condemnatione libelli de eccleſiaſtica & politica poteſtate.

Libelli auctor Edmundus Richerius: errores, contra ſummam Pontificis poteſtatem.

NOs Jacobus miſeratione divina ſanctæ Agnetis in agone ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis, Perronius nuncupatus, archiepiſcopus Senonenſis, Galliarum & Germaniæ primas: Henricus Pariſienſis, Franciſcus Antiſſiodorenſis, Joannes Meldenſis, Gabriël Aurelianenſis, Renatus Trecenſis, Euſtachius Nivernenſis, & Philippus Carnutenſis, epiſcopi provincialiter congregati: univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino. Cum nobis ex dignitatis & provinciæ noſtræ munere, non magis incumbat fideles nobis ſubditos Chriſti veritatem docere, quam ſedulo animadvertere & obſervare, ne novæ, erroneæ, & perverſæ ſententiæ in eorum animos irrepant, & in eccleſiæ perniciem impune graſſentur: libellum cui abſque nomine auctoris, & typographi, titulus eſt, *De eccleſiaſt. & politica poteſtate*, diligenter lectum & expenſum, cenſura & damnatione dignum judicavimus, & declaravimus, & reipſa notamus & damnamus, ob multas quas continet propoſitiones, expoſitiones, & allegationes, falſas, erroneas, ſcandaloſas, ſchiſmati- A cas, & ut ſonant, hæreticas: juribus tam regis, quam eccleſiæ Gallicanæ, ejuſque immunitatibus, & libertatibus, per nos non tactis. Quocirca omnibus Chriſtianis nobis ſubditis, quorum ſalus noſtræ partem facit, ejus libelli poſſeſſione, attrectatione, & lectione interdicimus; & a typographis & bibliopolis vendi, aut typis cudi prohibemus: qui ſecus fecerint, pœnis & cenſuris eccleſiaſticis obnoxios volumus, & denunciamus. Præterea cunctis noſtratum diœceſeon parochis, ut eis notum faciant, mandamus, atque injungimus. In quorum præmiſſorum fidem & teſtimonium, has B præſentes litteras manibus noſtris ſubſcripſimus, ac per magiſtrum Joannem Baudouyn, publicum auctoritate Apoſtolica notarium juratum, ac per nos in hac parte pro ſecretario aſſumptum, fieri & ſignari, ſigillorumque noſtrorum appenſione muniri fecimus.

Actum Pariſiis, in noſtra congregatione provinciali, anno Domini MDCXII. die nona menſis Martii.

CONCILIUM AQUENSE,

PRO CENSURA LIBELLI EJUSDEM.

NOs Paulus Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Aquenſis archiepiſcopus, Carolus Reienſis, Bartholomæus Forojulienſis, & Tuſſanus Siſtaricenſis, epiſcopi provincialiter congregati: univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino. Viſo & examinato diligenter libello, cui titulus eſt, *De eccleſiaſt. & politica poteſtate*, Pariſiis excuſo, anno MDCXI. abſque nomine auctoris, & typographi: in quo multas deprehendimus propoſitiones, expoſitiones, allegationes, & doctrinas falſas, ſcandaloſas, ſchiſmaticas, hæreticas, & impietatem gravemque errorem ſapientes: declaravimus & declaramus, prædictum librum dignum condemnatione & cenſura, & ut talem notavimus & condemnavimus, notamus & condemnamus: omnibus fidelibus nobis ſubditis, & quorum ſalus nobis a Domino commiſſa eſt, libellum prædictum C retinere, legere aut eo uti; omnibus typographis & librariis eum vendere, publicare, & retinere, ſub pœna excommunicationis prohibentes. Inſuper omnibus prioribus, parochis, rectoribus, & aliis curam animarum in noſtra provincia & diœceſibus habentibus, mandamus, quatenus hanc præſentem declarationem & cenſuram ſignificent, & in portis eccleſiarum eam appendant: populum ſibi commiſſum ſedulo monentes de hac noſtra declaratione, cenſura, & condemnatione. In cujus rei fidem hiſce præſentibus manu propria ſubſcripſimus, & ſigillis noſtris munivimus, & D antiſignari fecimus per magiſtrum Brun, noſtri archiepiſcopatus notarium & ſecretarium.

Datum Aquis, in noſtra congregatione provinciali, die Jovis XXIV. menſis Maii, anno ſalut. MDCXII.

Digitized by Google

CONCILIUM BURDIGALENSE PROVINCIALE,

A FRANCISCO CARDINALE DE SOURDIS,

Archiepiſcopo Burdigalenſi, Aquitaniæ primate, habitum anno Domini MDCXXIV. menſe Septembri.

Index Titulorum.

I. *De profeſſione fidei*
II. *De propaganda fide.*
III. *De officiis divinis.*
De ſacris Reliquiis.
IV. *De feſtis.*
V. *De ſacramentis.*
De Baptiſmo.
De Confirmatione.
De Euchariſtia.
De Pœnitentia.
De extrema Unctione.
VI. *De Ordine.*
Ad minores.
De ſubdiaconatu.
De diaconis.
De presbyteris.
De dimiſſoriis litteris.
VII. *De Matrimonio.*
De concubinariis.
VIII. *De epiſcopis.*
IX. *De canonicis & capitulis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum.*
X. *De parochis.*
XI. *De paſtorum reſidentia.*
XII. *De prædicatione verbi Dei.*
XIII. *De vita & honeſtate clericorum.*
XIV. *De promovendis ad beneficia eccleſiaſtica.*
XV. *De ſimonia & confidentia.*
De ſyndico in ſingulis diœceſibus conſtituendo.
XVI. *De ſeminariis.*
XVII. *De monaſteriis.*
XVIII. *De prioratibus & capellis.*
XIX. *De monialibus.*
XX. *De ſepulturis.*
XXI. *De viſitatione.*
XXII. *De concilio provinciali & pœnis.*
Nomina procuratorum cathedralium.
Nomina theologorum & canoniſtarum.

DECRETA CONCILII PROVINCIALIS BURDIGALENSIS.

CAPUT PRIMUM.

De profeſſione fidei.

INTER ingentia illa dona, quibus devinxit nos ſibi, & benedixit filiis ſuis in ſe ſuavis & miſericors Dominus, ea vel maxime longe antecellunt, quorum ſplendore animi noſtri colluſtrati, a terrenis in partem ſortis ſanctorum tranſlati, jam non ſunt hoſpites & advenæ, ſed cives ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra A fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. Quod non modo nos, ſed & reverendiſſimi coëpiſcopi noſtræ provinciæ, ſacro cœtu una nobiſcum canonice adunati, agnoſcentes, & quaſi e ſpecula, quot & quales ſpiritus procellarum in domum Dei excitet ſatan, ut ab ea veluti nutante quoſvis ingredientes deturbet, proſpicientes, præcipuas officii noſtri partes eſſe profitemur, ſi ſcoriam, ſtipulam, & cetera pravarum doctrinarum ramenta ſecernentes, longe amoveamus; & pretioſa quæque a patribus & ſacris œcumenicis conciliis do-B ctrinæ orthodoxæ, & proborum morum condita decreta & documenta ſeligentes, in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt eccleſia, afferamus: quo lapidi illi angulari fideles tamquam lapides vivi ſuperpoſiti, creſcant in eo, donec ad faſtigium & coronidem ædificatione Dei evecta, gloriam demum divinæ majeſtatis in ea irradiare, & ex ea cunctis populis illuſcere, omneſque ſub uno ſummo Pontifice in virum perfectum occurrere, cognoſcatur.

I.

Quæ ita ut proponuntur, & a Deo Patre miſe-C ricordiarum expetuntur, ſic etiam aſſequi valeamus; & ſacrorum conciliorum cum œcumenicorum, tum provincialis Burdigalenſis ultimi decretis inhærentes, pretioſum hoc fidei fundamentum, adverſus quæcumque inimici tela ignita; undiquaque & quomodocumque contorta, ſcutum inexpugnabile, opponamus: profeſſionem fidei orthodoxæ ex præſcripto Patrum ſacroſancti œcumenici concilii Tridentini, & Pii IV. Pontificis Maximi conſtitutione conceptam & contextam, a nobis & reverendiſſimis coëpiſcopis ceteriſque concilii delegatis palam & publice emiſſam, & ab D omnibus catholicis emittendam, præſertim iis quos tum cura regiminis eccleſiaſtici, tum publice docendi munus pertingit, conceptis verbis præmittendam eſſe decernimus.

EGo N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana eccleſia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum E Chriſtum Filium Dei Unigenitum: Et ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine: Et homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt: Et reſurrexit tertia die

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1624.

ſecundum ſcripturas : Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris : Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos : cujus regni non erit finis : Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem : qui ex Patre Filioque procedit : Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur : qui locutus eſt per prophetas : Et unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum : Et exſpecto reſurrectionem mortuorum : Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas & eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector.

Item ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto : nec eam umquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe vere & proprie ſacramenta novæ legis, a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria. Scilicet : Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium : illaque gratiam conferre. Et ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio iterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos eccleſiæ catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione, in ſacroſancta Tridentina ſynodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis & defunctis : atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus & ſanguinem, una cum anima & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti ; fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem. Quam converſionem catholica eccleſia tranſſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum verumque ſacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari. Similiter & ſanctos una cum Chriſto regnantes venerandos atque invocandos eſſe ; eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque illorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſime aſſero imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum ſanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem affirmo.

Sanctam catholicam & Apoſtolicam Romanam eccleſiam, omnium eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco : Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo ac juro.

Cetera item omnia a ſacris canonibus & œcumenicis conciliis ; ac præcipue a ſacroſancta Tridentina ſynodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor : ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

ANNO CHRISTI 1624.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo ; eamdem integram & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime Deo adjuvante, retinere & confiteri ; atque a meis ſubditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum : Ego idem ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

II.

Ut hanc igitur fidei orthodoxæ profeſſionem omnes corde & animo contineant, eoque modo quilibet errores, ſectæ, damnatæ doctrinæ, & pravitates in hanc provinciam huc uſque libere graſſantes, amoveantur penitus & aboleantur : ſtatuimus in primis, quotquot in poſterum clerici ad beneficia eccleſiaſtica aſſumentur, eos ad præfatam fidei profeſſionem emittendam teneri & obligari : nulli que deinceps beneficium jure concedi poſſe, nec fructus illius tuta conſcientia retineri, niſi prius hanc formulam corde & ore emiſſam, manu etiam propria ſubſcriptam in manibus Ordinarii conceſſerit.

III.

Concionatores etiam ſemel antequam ad prædicationem verbi Dei in qualibet diœceſi admittant Ordinarii, hanc eamdem fidei profeſſionem ab iiſdem ſuſcipiant præcipimus.

IV.

Quin etiam typographos eamdem præſtare neceſſe : quos præterea jurejurando conſtringi volumus, numquam ſe ullos libros impreſſuros, vel vendituros, quin ejus approbatione Ordinarii in ſcriptis obtenta, id ſibi licere comprobetur : alioquin pœnis ſacrorum conciliorum decretis in eoſdem latis acriter mulctari mandamus.

V.

Præceptores autem publici, ſive humaniorum litterarum, ſive ſcientiarum ſublimiorum profeſſores, antequam ad id muneris ſeſe accingant, eamdem profeſſionem fidei in ejuſdem Ordinarii manibus ex animo legere, ſcriptamque & ſubſignatam deponere decernimus ; quoſque item ad gradus honoris & ſcientiarum apicem evehere par erit, idem ipſi præſtare teneantur.

VI.

Qui vero præceptores in pagis & vicis docebunt juventutem, præter profeſſionem fidei ſuperius traditam, litteras inſuper ab Ordinario loci accipiant, quibus de facultate docendi ſibi conceſſa, rectoribus eccleſiarum fidem facere poſſint : ſecus, ne patiantur eos rectores, ullo pacto docere : invigilentque aſſidue, ne quis hujuſmodi præceptorum, quod non raro accidit, ſit vinoſus, blaſphemus, maledicus, ſcurra, aut aliquo vitio ita inquinatus, quod inde tenera juventus ſemina vitiorum exſugere queat ; deque iis omnibus Ordinarium certiorem cito faciant rectores, ut indignis præceptoribus amotis, alii idonei in eorum locum ſuffecti, juventuti pie adoleſcenti prodeſſe poſſint. Ac ne progreſſu temporis iidem præceptores a virtute & proborum morum meta deficere videantur, curent ſæpiſſime rectores, de eorum moribus, vita, religione, ſtatu, exercitiis, ad Ordina-

Anno Christi 1624.

rium ſcribere. Neque ſecus fiat de iis præceptoribus, qui docendi gratia in domibus privatis aſſumuntur: ſed omnes prorſus eamdem fidem profiteantur, ſint orthodoxi: nulluſque hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus, ad id munus a parentibus adiciſcatur. Quod ſi hujuſmodi parentes amodo alios præceptores, quam catholicos, liberis ſuis aſſumpſiſſe, aut poſthac aſſumere cognoſcantur, eos quam cito a filiis ſuis arcere, & e domo pellere, eccleſiaſticis cenſuris compellantur.

VII.

Quoniam autem tanti æſtimatur rerum commutandarum ratio & ars, ut parentes, neglecta filiorum ſalute, eos in regiones ditiooi hæreticorum ſubjectas, & in quibus cultus divinus proſcriptus omnino reperitur, diſcedendi idiotiſmi gratia emittere non vereantur: omnes parentes, aut quoſcumque liberorum curam habentes, hortamur in Domino, & pro pretioſa pignorum ſalute, ſuæque conſcientiæ ſolvenda obligatione, obſecramus, ne eoſdem ea ratiooe ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, aut alium conſiſtentis judicii firmum in eaſdem regiones emittant; quam ætatem, ſi qui attigere, & eos eo amandare conveniat, curent ſollicite prædicti parentes, aut alii ad quos cura pertinet, ut antequam proficiſcantur, ita fidei orthodoxæ ſcuto inſtructi ſint, & armati, quo letifera hæreticorum tela animoſe valeant declinare, conſulantque ſuper hoc parochos ſuos, ut inſtructiores evadant.

VIII.

Omnes autem præceptores, ſive publici, ſive privati, catechiſmum, ſive doctrinam Chriſtianam, ea forma dumtaxat, quæ ab Ordinario loci ſibi præſcribetur, juventutem docere, lectiones prævia oratione incipere, itemque finire, & ſingulis Dominicis & feſtis ſolemnibus diſcipulos ad eccleſiam, pro officiis divinis & concionibus verbi Dei audiendis, deducere teneantur; iiſque diebus ſolum de catechiſmo, & materia pia & devota lectiones habituri.

IX.

Cautum ſit vehementer omnibus, ne diſcipulis prælegant, vel eoſdem legere patiantur libros, ex quibus tum perverſam doctrinam, tum morum corruptionem haurire poſſint: ſed omnia pura, reſa, & ad indicem concilii Tridentini perpurgata & concinnata exponantur. Qui ſecus feciſſe aut facere auſi fuerint, ut juventuris temeratores, gravi pœna afficiantur.

X.

At quod ex parentibus multi repetiantur, quorum cura, & filiorum educandorum ratio ita languеſcit, ut eos, timore Domini poſtpoſito, quocumque lubet, divertere ſinant: moneant ſedulo rectores, ſeu parochi & concionatores, populum fidelem teneri, ad filios doctrina Chriſtiana imbuendos, ad eccleſiam deducere; ac ne per eccleſiam errent, aut in ea clamores excitent, ſecum continere, obligari.

XI.

Sed cum id non ſatis eſſe ad continendam in officio juventutem conſtet, ob varias peccandi illecebras, quibus facile irretitur tener animus: optimum remedium fore arbitrati ſumus, ſi ſancta

Anno Christi 1624.

A ſancti Caroli veſtigia inſequentes, in omnibus parochiis, pias cum virorum, tum mulierum ſodalitates, quarum munia ſint juventutem e publicis locis, ludis, triviis, exquirere, hortari, & ad eccleſiam deducere, doctrina fidei morumque candore imbuendam, inſtitui curaremus. Quare nobis & reverendiſſimis coëpiſcopis præcipua cura ſit, tales ſodalitates ubicumque conſtituere, ſtatutaque & regulas eiſdem tradere, quibus, ſingulis Dominicis & feſtis diebus, in eccleſia Dei, hinc pueri, illinc puellæ, novellæ olivarum in circuitu menſæ Domini conſiſtentes, præeuntibus diviſim confratribus & ſororibus earumdem ſodalitatum, catechiſmum recitare & ediſcere poſſint: donec accedente parocho ſeu alio ſacerdote, ex catechiſmo B Romano unus aut alter articulus familiariter explicetur: unde divinæ voluntatis major claritas mentibus infundatur.

XII.

Quod autem tortuoſus ille ſerpens, hæreticorum miniſterio delatus, in tot vertatur figuras, ut in bibliopolarum officinis latitans, a minus cautis hominibus haud diſpici poſſit & deprehendi; ſitque inter verborum, quibus demulcentur hujus ſæculi aures, lenocinia, letale hæreſis & impietatis concluſum venenum: curet ſollicitis modis epiſcopus in civitate ſua, & oppidis ſuæ diœceſis, prout ſalubriter videbitur expedire, unum aut duos in ſacra theolo- C gia magiſtros ſeligere & deputare: quorum munia ſint, quoſvis libros typis applicandos perlegere, diſcutere, approbare aut reprobare, ac inſuper officinas bibliopolarum viſitantes, paleamque a tritico diſcernentes, quoſque libros impreſſos, hæreſim, impietatem ac cauſas temerandæ plebis redolentes, cenſere & notare: hinc magiſtratus poteſtatis ſæcularis invocantes, ad amovendos hujuſmodi libros, & ne deinceps ſecuras ſimplicium mentes perturbent, igni admovendos. Ac ne ſit liberum quibuſcumque quoſlibet libros, hæreſim aut impietatem continentes, perlegere & retinere; ſed id eis tantum liceat, quibus canonice in ſcriptis eſt conceſſum: ceteris omnibus eoſdem, & omnes per indicem expurgatorium concilii Tridentini damnatos D libros, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, legere aut retinere prohibemus.

CAPUT II.

De propaganda fide.

Cum cæleſtis ſponſi eloquium dulce ſit, & in ore fidelis populi ſuper mel & favum ſuave, ſemen vitæ æternæ contritos corde ſanans, & alligans contritiones eorum, diſperſos in Iſraël reducens, & ſuper aquam refectionis educans populos, animaſque convertens, de ſtercore denique erigens pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat: E Sanctiſſimi Domini noſtri curam in propaganda fide exercitam imitantes, Chriſtianiſſimi & piiſſimi regis noſtri ſtudium religioſiſſimum non poſſumus non vehementer laudare, extollere & narrare in turribus ejus, quod ad eas regnorum ſuorum provincias ſub hæreſis onere gementes, varios concionatores verbi Dei præcones emitti curaverit, emiſſiones certe paradiſi.

I.

Unde nos, quaſi ex ſomno in mediis feri maris fluctibus excitati, decreta ultimi provincialis circa hoc magna cum cura, zelo, & prudentia patrum ſancita,

ſancita, nondum exſecutioni demandata conſiderantes: ne parvuli in nos reclament, temporibus noſtris non fuiſſe, qui panem frangeret eis: reverendiſſimis coepiſcopis provinciæ noſtræ edicimus, ut quæ ab eodem ſuper emittendis concionatoribus ſunt edicta, exſequantur ſedulo & perficiant: eoque nomine tot concionatores zelo Dei accenſos ſeligant & aſſumant, quot pro prudentia neceſſarios fore judicabunt, ad verbum Dei in iis partibus diſſeminandum, quæ hæreticæ pravitatis pondere preſſæ, auxilium & ſtudium ſuum exſpectant opportunum: tamdiuque eos in qualibet parte commorari jubeant, quoad nutante & ruente, vel ex toto, vel ex parte Babel, a pede pauperis conculcetur: eoſdem concionatores ad alia demum loca deſtinando, opus evangeliſtæ præſtituros, & miniſterium miſſionis impleturos.

II.

Ac ut iiſdem concionatoribus debita miniſtrentur vitæ ſtipendia, provideant Ordinarii, & procurent ea quæ ab ultimo provinciali cauta ſunt, obſervari: aut ea ſingulis & quibuſcumque ſuæ diœceſis monaſteriis & prioratibus conventualibus, ſive ſimplicibus pinguioribus, maxime ubi viget prava hæreſis, & rectores minus ſunt capaces, certam proventuum partem & portionem quamdam, ad arbitrium ſuum definiendam, quotannis accipi & detrahi, in hujuſmodi concionatorum impenſas & juſta ſtipendia convertendam & impendendam, vocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio.

III.

Ne vero difficultas ſit in hujuſmodi concionatoribus ſeligendis, ex quolibet ordine, ſive ſæculari, ſive regulari, eligantur & deputentur, qui in omnibus circa hæc munia epiſcopis obediant: nec ullus miſſionibus deſtinatus provinciam ſuſcipiat, quin prius ab Ordinariis locorum officii peragendi facultatem obtineat.

CAPUT III.

De Officiis divinis.

Quemadmodum olim Iſraelitæ ad benedictionem Dei colligendam, divinum ſcilicet manna, ſolem præveniebant: ita viris qui officiis mancipati divinis, cæleſtis ſuavitatis dulcedinem ſibi, & fidelibus populis conciliare geſtiunt benedictionem, in matutinis meditandum in Domino; ut invocato Omnipotentis auxilio demulceantur populorum corda, & inclinentur ad faciendas juſtificationes ejus.

I.

Cumque una ſit fides mentium, ordoque & convenientia in omnibus Excelſi operibus prælucentes poſtulent, [a] uno ore etiam, unaque forma, voce & modulatione in divinis laudibus decantandis utamur: nos ex toto quæ ab ultimo provinciali de divinis officiis recitandis, breviariis & miſſalibus aſſumendis ſancita ſunt, ſervari decernentes, rituale etiam Romanum Pauli V. Pont. Max. juſſu editum & reſtitutum, in adminiſtrandis ſacramentis ab omnibus noſtræ provinciæ parochis, & aliis ſacerdotibus, aſſumi & exacte cuſtodiri, ſecluſis & interdictis quibuſcumque aliis, præcipimus.

[a] *Forte, ut uno.*

II.

In ſacrificiis peragendis, ſacerdotes, tamquam Angeli, ſacris altaribus aſſiſtentes, puri ſint, mundi, & ſummæ majeſtati per omnia placentes: ea quæ ab ultimo provinciali decreta ſunt, ſervent religioſe, & undiquaque circumſpiciant: decretiſque ſeu rubricis, hujuſmodi breviariis, miſſalibus, & rituali præfixis & inſertis, inhæreant, memoriæ mandent & cuſtodiant, ne quid incogitanter actum, Deo diſplicere, ſibique officere poſſit. Sacerdotem autem ex alia diœceſi in civitatem accedentes, in eccleſiis hujuſmodi civitatis, etiam religioſorum, abſque Ordinarii licentia in ſcriptis obtenta, atque adeo in monialium monaſteriis, niſi ex ſpeciali mandato in litteris approbationis expreſſo, ad ſacrum faciendum non admittantur: ſintque difficiles Ordinarii ad eos ſacerdotes admittendos, qui paupertate preſſi ſingulas provincias peragrantes, facile inducuntur ad præſcripta canonum tranſgredienda.

III.

Nullum autem ſacrum privatum, durante ſolemni publico & parochiali, fieri prohibentes, patrumque ultimi provincialis veſtigiis inhærentes, decernimus, vetus illud decretum, quo propoſita excommunicationis pœna præcipitur, ne quis tribus continuis Dominicis a parochialis Miſſæ celebratione abſit, ſingulis quibuſcumque Dominicis denunciari populo & publicari. Ac ut accuratius obſervetur, confeſſarios quoſcumque, ſive ſæculares, ſive regulares, ſcrutari pœnitentes, an huic officio ſatisfecerint, propoſita eiſdem gravitate peccati, obligatos eſſe declaramus; iiſdem omnibus & ſingulis concionatoribus & confeſſariis præcipientes, ut inter concionandum, & audiendas confeſſiones, conſulendumque privatim, exhortentur & moneant populum Miſſæ parochiali interſit devote, ad verbum Dei & divina officia audienda, & cetera quæ cujuſlibet officium pertingunt, ediſcenda. Si quis autem concionator, confeſſarius, aut theologiæ profeſſor, eo temeritatis devenisse reperiatur, ut contra hoc decretum aliquid prædicare, conſulere, & docere publice vel privatim auſus fuerit: eum ipſo facto ſuſpenſionem: & interdictum incurrere decernimus nulloque eum in loco provinciæ noſtræ, utpote contumacem & ſacris canonibus adverſantem, ad functiones ſuas umquam admittendum eſſe mandamus. Eoque fine epiſcopus, in cujus diœceſi talis patrata fuerit rebellio, hominem audacem ad metropolitanum deferat, ceteros comprovinciales epiſcopos certiores facturum, ne virum contumacem & ſacris canonibus adverſarium uſpiam recipiant, ſed a ſe abjiciant; quo ſcilicet periculo ſuo diſcat eccleſiaſticæ hierarchiæ ordinem haudquaquam eſſe turbandum.

IV.

Grave quamplurimos homines negotia ſæcularia, quamvis leviſſima, tanti facere, ut eorumdem ratione, Dominicis diebus & feſtis ſolemnibus ad audiendum ſacrum, nulla ſollicitudine nulloque divini numinis metu adduci poſſint. Moneant igitur parochi omnes & concionatores ſæpiſſime populum iis diebus ad audiendum ſacrum ſub peccati mortalis pœna teneri & obligari: nulluſque ſit qui contra docere, prædicare, aut conſulere audeat: aut ſecus, graviter ab Ordinariis puniatur.

V.

Ne vero a divinarum meditatione rerum, populus Miſſæ parochiali aſſiſtens avertatur; ſed eo tendat animus, quo virtute evangelii multa ſalu-

britet motus eſt & impulſus : publicationes auctionum, & denunciationes quaſcumque, quæ ad negotia temporalia pertinent, in eccleſia fieri omnino prohibemus. Liberum ſit tamen eaſdem per officiales ſæculares, aut alios, in egreſſu populi ad januas eccleſiarum fieri : & ita factæ publicationis, quo major fides accedat, actum per parochos, ſi negotium id exigat, concedi.

VI.

Ac ne deinceps ſpecie pietatis in celebratione Miſſarum ſubrepat avaritia : quibuſlibet ſacerdotibus, ſive ordinis ſæcularis, ſive regularis, prohibemus, ne pro Miſſis novis celebrandis, patrem & matrem, atque adeo patrinum & matrinam ſibi eligant & adſciſcant ; ſed potius aurem inclinantes, populumque & domum patria ſui obliviſcentes, ſacris myſteriis & Deo toti vacent & incumbant.

VII.

Amoveantur tandem, quod tantopere a ſacris canonibus cautum, omnia profana a domo Dei, clamores, ſtrepitus, colloquia, deambulationes, comeſſationes, choreæ, incompta & profana carmina, cantus impudici, theatrales actiones, & omnia ludicra ; & cuncti paveant ad ſanctuarium Dei. Sed & curam habeant parochi & eccleſiarum ſuperiores, ne mendicaotium turba eccleſiam circumiens, devotionem populi & officia divina perturbet : moneantque ſedulo populum parochi & concionatores, ita pauperibus in januis eccleſiarum conſiſtentibus ſuccurrat, ut ibi quieſcentes egeni, mens demum populi inter orandum integra conſervetur.

VIII.

In audiendis autem ſacris, ea modeſtia & corporis compoſitione conſiſtere fideles, quibus olim primævi Chriſtiani, viri a mulieribus ſeparari, divinis aſſiſtebant, optaremus. Sed ne quis ſacra altaria contingat & profanet, neve mulieres preſbyterorum ſedilia nimis audacter occupent, & immodeſte ſacris interſint, omnino prohibemus : ſupplicationibus autem, ſive proceſſionibus generalibus & ordinariis, antiquam populorum devotionem cura parochorum pervigilans, & concionatorum zelus reſtituat.

IX.

Quod autem in quibuſdam eccleſiis vergit ad profanationem & irreligionem, ut earumdem fornices ſivæ caveæ negotiis applicentur ſæcularibus & profanis : ne domus Dei, domus negotiationis nuncupetur, talia negotia in iiſdem amodo fiant, prohibemus : ac ne quis domum mœnia eccleſiarum pertingentem ædificet, edicimus. Arceantur etiam omnia profana negotia & ſæcularis poteſtatis placita, & actiones forenſes, ab eccleſiarum cœmeteriis, ut ſacris locis ſancte cuſtoditis, habitis, & circumcluſis, norint omnes domum Dei ſanctitudinem decere.

X.

De ſacris Reliquiis.

Dolendum, noſtrorum temporum memoria immanitatem hæreticæ pravitatis ita ſæviiſſe, ut divina ſimul & humana conculcans, ſacras ſanctorum Reliquias, miſericordiæ Dei erga ſingulas plebes teſtimonia, vel igni admoverit, vel alias disjecerit profanandas. Præcipimus igitur, omnes ſingularum urbium & diœceſum ſacras Reliquias, quæ ex tanta impietatis ſævitia ſuperſunt, ſemel ab epiſcopis recognoſci, & in libro deſcriptas, qui in archivia cathedralium aſſervetur, in ſingulis eccleſiis, loco conſpicuo, bene ſepto ac decenter præparato, recondi & conſtitui : e quo, cum pro more ſolemnibus diebus venerationis cauſa educi, & in altaribus collocari par erit, id cum omni honore & reverentia fieri mandamus. Curent autem epiſcopi, inter viſitandum, ne aliquæ reliquiæ a cujuſlibet perſonis eccleſiaſticis, ſive ſæcolaribus, ſive regularibus, exponantur, niſi prius a ſe debite ſint approbatæ. Quas vero ſine thecis incurioſe retineri invenient, eaſdem in thecis ſuis, arculis mundis & affabrefactis contineri & aſſervari, debitoque cum honore a fidelibus haberi procurabunt, univerſis concionatoribus ea in re præcipientes, ut populum doceant, & ad religioſam reverentiam impellant.

XI.

Quod autem ad concilium relatum eſt; quoſdam ſacerdotes privilegii prætextu calices conſecrare, ſacro oleo inungentes : declaramus tales conſecrationes ad epiſcopum dumtaxat pertinere, neque id ulli epiſcopo inferiori licere. Quapropter ne deinceps a quoquam fiat, diſtricte prohibemus.

CAPUT IV.

De feſtis.

Ita pronus ad lapſum humanus animus, ut quæ olim a ſanctis Patribus in conveniendo populos in unum ſunt introducta, ea jam vice verſa populum in varios diſtrahant exceſſus. Ut igitur dies feſti contemplationi rerum cæleſtium, & illuminandis fidelium animis inſtituti, a populo ſancte cuſtodiantur : neque ullis comeſſationibus, ludis, ebrietatibus, choreis, & aliis exceſſibus profanentur ; decretum ultimi provincialis innovantes, præcipimus illud ab omnibus obſervari.

I.

Cumque dierum feſtorum divina officia variis in locis omnino perturbentur, nundinationum & mercatuum cauſa ; populuſque in mercaturis exercendis totus verſetur a divinis abſtractus : hinc prohibemus quæcumque emporia, mercatus & nundinationes iiſdem diebus fieri & haberi, ſed in craſtinum vel alium profeſtum diem transferri : quoſcumque magiſtratus, judices & dominos temporales, ſub interminatione divini judicii monentes, ne hujuſmodi nundinationes, fomitem complurium malorum, iiſdem diebus agitari & haberi ſinant. Sed & Regem Chriſtianiſſimum rogamus & obſecramus, ut quæ tum a pietate ſua, tum a Chriſtianiſſimorum Regum anteceſſorum ſuorum circumſpecta religione edicta in profanatores feſtorum & blaſphematores emanarunt, ea tandem pro gloria Chriſti, ſalutari exſecutioni demandari curet & præcipiat.

II.

Ac ut non ſolum a populo mala amoveamus, ſed bona illi acquirenda demonſtremus ; omnibus parochis noſtræ provinciæ, ut diebus feſtis vitam ſanctorum, quorum memoria in benedictione celebratur, hora commodiori ad populum de ſuggeſtu legant, & familiaribus verbis explicent, præcipimus : qua

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1624.

veluti ſacro animæ ferculo plebs fidelis erudita, ſanctorum vitam, & mores utiliter imitetur. Quod ſi parochi in iis obſervandis negligentes fuerint, pœnis ad arbitrium Ordinarii ſui coërceantur.

III.

Pias olim ſodalitates inſtitutas, in quibus multi in unum coadunati, operibus Chriſtianæ juſtitiæ vacantes, primævam Chriſtianorum communionem demonſtrabant, priſtino religionis & devotionis fervori reſtitui ſummopere peroptamus. Curent igitur epiſcopi in viſitationibus eccleſiarum parochialium, ea ab iiſdem reſecare, quæ aliena prorſus ab hoc ſancto propoſito conſpiciuntur. Hinc aboleantur omnino choreæ, comeſſationes, ebrietates, ludi, cantica profana, blaſphemiæ, contententiones, diſſidia. B Sint omnia pia, modeſta, devota, & quæ redoleant animum, cujus corpus crucis mortificationem pro gloria nominis JESU jugiter portet. Aut ſecus interdicantur omnes illæ ſodalitates, & bona earumdem quæcumque, collegiis, ſeminariis, ſive fabricis eccleſiarum, aut aliis piis operibus applicentur. Quæcumque autem ſtatuta habere dignoſcentur, ab Ordinario loci expendantur, corrigantur, & approbentur, prout in Domino ſalubrius videbitur expedire: nec umquam illa inſtituantur abſque epiſcopi licentia.

IV.

C Cum autem ſummæ bonitati placuerit, peculiari quodam modo ſingulas diœceſes quorumdam ſanctorum pretioſa morte earumque ſinceræ vitæ exemplo clareſcere: cura ſit epiſcoporum, vocatis ex ſuo clero viris piis & doctis, proprium ſanctorum ſuæ diœceſis officium conſtituere & redigere: ne videlicet aliquid fidelibus plebibus deſit ad præpoſitorum ſuorum memoriam cum fructu recolendam & percolendam.

CAPUT V.

De ſacramentis.

Quoniam de plenitudine Chriſti nos omnes accepimus; & omnia chariſmatum dona, quæ cum illo nobis donavit benedictus Deus in ſæcula, in D ſacramentis eccleſiæ ſumma liberalitate a Chriſto Domino inſtitutis abunde nobis communicantur, & mirabiles botri cypri ex vineis Engaddi in eiſdem veluti expreſſi ſuavitates infunduntur: decernimus, omnia quæ ratione ſacramentorum, ab ultimo provinciali magna cum cura ſunt inſtituta, ab omnibus, quibus animarum cura incumbit, ad amuſſim, quod dicitur, obſervanda; & ne quid in eo peccemr, ritus quibus in ſacramentis adminiſtrandis uti par eſt, ex rituali Romano, Pauli V. Pont. Max. juſſu reſtituto, petendos eſſe & adhibendos.

I.

De Baptiſmo.

E Legantur curioſe regulæ ſeu rubricæ ritualis a ſacerdote baptizante; præcipue vero quæ de ſuſceptoribus & loco baptiſmi conferendi præponuntur: ne aliqui videlicet incaute ad id muneris aſſumantur minus idonei, neve in domibus extra neceſſitatem baptiſma conferatur, ſed regum id & principum filiis dumtaxat reſervetur. Neque parochi & concionatores omittant, formam tanti ſacramenti neceſſariam, ſæpius populum, maxime obſtetrices, docere; ut ea in neceſſitate parvulis

A cum debita materia adhibita, ipſi in Dei filios vere adoptentur.

II.

De Confirmatione.

Ne ſacramentum Confirmationis, ad augendam Spiritus ſancti gratiam, & in ea confirmandos fideles, ullatenus negligatur; cura ſit parochorum & concionatorum, vim & efficaciam illius populo proponere & explicare, parenteſque & familiacum præcipuos viros & mulieres monere, ut ſtatis diebus filios, famulos, & quaſcumque perſonas ſibi ſubditas, ad eccleſiam deducant ſacro chriſmate inungendas. In pagis vero & vicis dum viſitant B epiſcopi, tantum ſacramentum nullus omittat: eaque ratione moneantur fideles nondum confirmati de iis omnibus quæ ad illud digne ſuſcipiendum paranda ſunt: ac præcipue curent ut adulti, vel antea de peccatis confiteantur, vel compuncto animo ſacramentum recipientes, quamprimum ad pœnitentiam accedant; ne quid ſcilicet præpoſtere, inordinate, & ſine fructu fiat.

III.

De Euchariſtia.

Sæpiſſime fideles ad ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſumptionem cum omni devotione & compunctis C cordibus accedere peroptamus. Sed ne omittant tempore Paſchatis id in propria parochiali præſtare, ſacris canonibus inſiſtentes ſtatuimus, eo tempore omnes Chriſti fideles, tum ad confeſſionem peccatorum, proprio parocho, aut alii de ejus licentia faciendam, tum ad ſacram Euchariſtiam in eadem eccleſia percipiendam teneri & obligari: nulloſque alias præcepto eccleſiæ ſatisfeciſſe, ac proinde in eos, ni reſipiſcant, ab Ordinario cenſoris agendum eſſe declaramus. Si qui autem alio ſe transferre pro devotione, aut alia quavis ratione maluerint, accepta prius a parocho licentia, quæ facile concedatur, aut ab Ordinario, in Domino eccleſiæ ſanctæ obediant, debitam demum atteſtationem proprio parocho, ut ſatisfecerint, ex- D hibituri. Secus, eo modo in eos agatur, quo in eos qui nullo modo officio ſuo ſatisfecere. Ac ne quis ignorantia intellectum obducens, nolit intelligere ut bene agat: omnibus parochis & verbi Dei concionatoribus præcipimus, ut initio temporum ſacræ Quadrageſimæ, frequenti populo ſæpius hanc confitendi & comunicandi obligationem proponant, & inculcent vehementer: eoque fine caput, *Omnis utriuſque ſexus*, rituali Romano ex concilio eccleſiæ inſertum legant palam & publicent. Qui vero ad confeſſiones audiendas, ſive ſæculares, ſive regulares, in quibuſlibet eccleſiis approbati fuerint, idem pœnitentibus conſulere teneantur: aut ſecus ipſi, vel quicumque aliquid E contra prædicare, docere, aut conſulere auſi fuerint, ab Ordinariis ſuſpendantur ab officio, & interdicantur: ſciantque, nullo modo in noſtra provincia deinceps ad quamcumque functionem admittendos eſſe.

IV.

Ut autem quantum fieri poteſt debitus honos tanto ſacramento a cunctis fidelibus, dum ad ægrotos defertur, ſacro illo viatico muniendos, exhibeatur: moneantur ſæpe fideles, ut pro caritate & pio in Deum affectu ſacramentum auguſtiſſimum

comitentur, cernui adorent, auxilium & munimem A infirmo implorent, ac demum in eccleſiam uſque religioſe Chriſto famulaturi pergant. Sed curent etiam parochi, ut qui in infirmorum domibus degunt, antequam pignus redemptionis noſtræ eo deferatur, cum cereis accenſis præcedant illud & ſubſequantur. Si qui autem ægroti regularibus confeſſi fuerint, id parocho confeſſarius, vel verbo vel ſcripto ſignificet, quo deinceps ſecurius idem parochus neceſſaria ſacramenta in infirmis ſubminiſtrare poſſit.

V.

Sed in omnibus parochiis piam fidelium ſodalitatem, qua ſalutari veluti modo quamplurimi ad B ſanctiſſimum Sacrameotum comitandum impellantur, inſtituere, utile, ſanctum, & fructuoſum. Quapropter ſoliciti ſint in hoc epiſcopi, curentque, ut per parochos & concionatores propoſita conceſſæ indulgentiæ gratia, fideles ad id ſalubriter alliciantur: cetera quæ ab ultimo provinciali præſcripta, & quæ rituali Romano præfixa, rite obſervari decernentes.

VI.

De Pœnitentia.

De Pœnitentia ſervetur decretum ultimi provincialis. Ac præterea cum ad nos relatum ſit, plures ſacerdotes ſæculares & regulares, indulta ſæpe obtinere, C ut confeſſiones audiant, & ab hæreſi, irregularitatibus, & aliis caſibus ſanctæ ſedi reſervatis, abſolvant, eaque poteſtate utantur ſine licentia Ordinariorum; ac etiam non deeſſe, qui eo ſolo nomine quod ſint parochi eccleſiarum primitivi, præpoſiti etiam cathedralium, aut collegiatarum, ſacramenta admioiſtrare præſumunt: prohibemus, oe quis virtute cujuſlibet indulti, (exceptis indultis pœnitentiariæ ſecretis) aut cujuſvis tituli primitivi parochi, præpoſiti, aut alterius qualitatis prætextu, quælibet ſacramenta adminiſtrare poſſit, abſque prævia approbatione Ordinarii, & licentia obtenta: ſecus, contravenientes omnes interdicto feriantur.

VII.

D Ac ne quis defectu poteſtatis ſacramentis abutatur, & impune ferat; conſtitutionem felicis recordationis Gregorii XV. quæ incipit, *Inſcrutabili Dei providentia*, io concilio publice lectam, & receptam ubique locorom noſtræ provinciæ, publicari, recipi, obſervari, & ſecundum eam a nobis & coëpiſcopis comprovincialibus, officialibus, judicibuſque eccleſiaſticis indicari decernimus.

VIII.

Moneant parochi & concionatores frequenter fideles, ut pro percipiendo ſalutari pœnitentiæ fructu ad eam cum humilitate animi & corporis demiſſione accedant. E Ideoque quoſvis nobiles & milites armis præcinctos accedentes, niſi depoſitis prius armis, non admittant: mulieres autem vano cultu ornatas, fucatas, ac pulvere pigmentario conſperſas, graviter reprehendant: & ut pœnitentis Magdalenæ veſtigia legant, & fracto veluti alabaſtro caput Chriſti in pauperibus, & pedes odoribus vitæ æternæ perfundant, & velo capita ex Apoſtoli præcepto obumbrent, præcipue hortentur.

IX.

Cumque experientia ſit compertum plures egenos in eccleſiarum januis ad emendicandam ſtipem conſiſtentes, nec ad ſacramentum Pœnitentiæ, nec ad ſacram communionem umquam accedere: cura ſit epiſcoporum, eos circa feſtum Paſchatis cogere, & aoimas pauperum participatione ſacramentorum ſalvas facere.

X.

Utque pœnitentibus debita ſolatia, & neceſſaria adhibeantur fomenta; in omnibus eccleſiis cathedralibus, primo a publicatione concilii ſaltem trimeſtri, pœoitentiarius ſacerdos quacumque ratione conſtituatur & deputetur: provideatque epiſcopus ne tam ſalutare animabus remediom in eccleſia ſua diutius deſideretur. Conſtitutus autem pœnitentiarius, ſtatis horis in iiſdem eccleſiis, in tribunali ſuo, loco aperto & patenti conſtituto & erecto, reperiatur, qui dum confeſſionibus audiendis operam ſuam collocat, ſi tameo ex canonicis ſit electus, præſens in choro cenſeatur.

XI.

Sed etiam edicimus ut quarumcumque eccleſiarum locis patentibus, noo in capellis aut angulis, confeſſionalia collocentur: oumquam vero in ſacriſtiis, laïcorum confeſſiones audiantur. Provideat etiam epiſcopus, eccleſiarum habita ratione, ne audiendarum confeſſionum tempora io noctem protrahant confeſſarii, neve ante auroram præveniant.

XII.

De extrema Unctione.

Neque omittant extremæ Unctionis ſacramentum, ad præſcriptum ultimi provincialis & ritualis Romani, tempore opportuno ægrotis conferri: invigilentque præcipue rectores, ut propoſito ſacramenti fructu illud ſummopere exoptent infirmi.

CAPUT VI.

De Ordine.

Quanta ſit in eligendis eccleſiæ Dei ſacerdotibus & miniſtris adhibenda cura & ſollicitudo, cum ex optima gubernandæ domus ratione dignoſcitur, cujus ſi fundamentum nutet, totum ædificium ruat neceſſe eſt; tum ex Apoſtoli verbis eas virtutes clero attribuentis, quæ ad Aogelicam pæne accedunt puritatem, facile comprobatur. Et quidem ſi onus Angelicis humeris formidandum plane diſcutiatur, ſacerdotem Dei ex millibus ſeligendum eſſe comperiemus. Unde nos, quorum opus, opus Dei promovere, & eccleſiæ providere, tales ſacerdotes a nobis ſeligendos eſſe judicamus, qui tumentem plagam peccatorum circumligare noſcentes, & oleo fovere miſericordiæ, nocentibus animabus ſuccurrere poſſint, & e vioea Domini revulſis ſpinis ſolliciti agricolæ fructus referre io tempore ſuo. Præter ea igitur ab ultimo provinciali ex ſacris canonibus & decretis ſancita, quæ ut alia omnia ſervari exacte mandamus: hæc ex iiſdem aſſumentes, omni virtutum genere ſplendeſcere clerum peroptantes, decernimus.

I.

Ac ut ab initiis exordientes, quaſcumque prius perſonas ineptas, & a ſacris alienas ſecludamus,

hinc ad ſingulos gradus progreſſuri, declaramus : in primis, quoſcumque chriſmatis ſacramento non confirmatos, rudes & ignaros, criminoſos, ſolemniter pœnitentes, neophytos, ebrietati & gulæ deditos, impudicos, lapſos poſt ordinem ſuſceptum, perjuros, uſurarios manifeſtos, infames, ratiociniis obligatos, ſervos, corpore vitiatos, inſigniter deformes, illegitime natos, peregrinos & ignotos, bigamos, irregulares, quovis modo ſuſpenſos, interdictos, excommunicatos, amentes, morbo caduco laborantes, energumenos, ab ordinationibus cleri longe arcendos, ſalva tamen epiſcoporum poteſtate in caſibus a jure permiſſis diſpenſandi.

II.

In nulla re profecto magis elaborant hujus ſæculi homines, quam ut filii præcipue deformes, & ad negotia ſæcularia inepti, in ſortem Domini aſſumantur, ad beneficia certe non ad officia eccleſiaſtica quacumque ratione, cum eos non vocet Dominus, promovendi; unde omni capite languido, & omni corde mœrenti, cetera membra rigent eccleſiæ Dei. Ut igitur vocatio votis reſpondeat, probata prius & ex petitione parochorum confirmata neceſſitate eccleſiæ, & utilitate : quicumque ad primam tonſuram eligi petunt, ejus ſint ætatis, in qua quid agant, & quam viam ſibi aperiant, plene dignoſcere poſſint, oportet. Cumque ea ſit quæ circa duodecimum annum verſatur : ſtatuimus, nullum deinceps ad primam tonſuram admitti debere, quin duodecimum ſuæ ætatis annum attigerit : de qua, ac etiam de vita, moribus, converſatione, rudimentis fidei ſtudioſe memoriæ commiſſis, legitimis parentibus, propenſione denique ad vitam eccleſiaſticam, debitam a parocho & præceptoribus ſcholæ atteſtationem afferre teneatur; & ne levitate ductus funes ſibi putet caſuros in præclaris, ejus animum tentari. Ideoque certæ cuidam eccleſiæ adſcribi, ut in ea, diebus Dominicis & feſtis ſolemnibus ſaltem, habitum clericalem geſtet, & ſacerdotibus miniſtret, præcipimus. De quibus cum ab eodem atteſtatio relata fuerit ordinationum tempore, ad tonſuram demum, ſi alias idoneus repertus fuerit, promoveri poſſit. Ita vero promotus, certæ ſtatim eccleſiæ inſerviturus ab epiſcopo ordinante addicatur, geſtet quotidie habitum clericalem, ſacerdotibus pareat ad nutum, obedientiam præſtet, humilitatem præ ſe ferat, & ritus eccleſiaſticos diſcat. Sin vero habitum clericalem ponat, eccleſiæ deſignatæ non inſerviat, & frequenter in ea ſacramenta non ſumat : privilegiis clericatus ſui privari, ac de cetero inhabilem, tum ad beneficia eccleſiaſtica, tum ad ordines ſuſcipiendos, cenſemus.

III.

Ad minores.

Prudenter admodum & divinitus factum, ut per tot gradus ad ſacerdotium aſcenderent eccleſiæ miniſtri; in quibus ſi punctuatim ſervatis temporum interſtitiis conſiſterent promoti, exercitiis ordinum proxime ſuſceptorum ſedulo vacantes : angelicæ profecto vitæ viros eccleſiaſticos haberemus. Ad minores igitur promoveri cupientes, præter notitiam linguæ Latinæ, quam ſaltem callere debent, ac teſtimonium a parocho & magiſtro ſcholæ, de vita, moribus & converſatione, hæc etiam præſtitiſſe fidem faciant : ſcilicet in tradenda doctrina Chriſtiana in eccleſiis quibus adſcripti fuerunt, parochos juviſſe, habitum clericalem geſtaſſe, eccleſiæ animo inſerviſſe, nitori & purgationi earumdem vacaſſe, altaria concinnaſſe, obedientiam & humilitatem exhibuiſſe, frequenter ad communionem Corporis Domini pie acceſſiſſe. Ac ut non ficte, ſed vere animus formetur eccleſiaſticus, & quam bonum ſit homini portare jugum ab adoleſcentia, cognoſcatur : optaremus ſane ab uno ad alium minorem ordinem interſtitia a ſacris canonibus præſcripta ſervari; & quemlibet functiones proprii ordinis anno interſtitiorum labente exercere, ne vanæ & otioſæ in eccleſia Dei hujuſmodi functiones ab hæreticis traducerentur. Sed id reverendiſſimorum epiſcoporum judicio, qui pro prudentia & paſtorali ſua ſollicitudine, reique & perſonarum exigentia, iis viis incedere norunt, quibus eccleſiis ſuis optime conſulatur, ſervari volumus.

IV.

De ſubdiaconatu.

Circa eos qui ad majores ordines erunt aſſumendi, cum ſemel arctam viam ingreſſi ab ea minime reſilire poſſint, omniſque pœnitentia ſera ſit eis & inutilis : eſt cur major cautio in iis deligendis adhibeatur. Qui minorum igitur officiis rite functi, ad ſubdiaconatum promoveri anhelant : hæc prius apud ſe attente circumſpiciant, ſcrutenturque ſemetipſos, maxime conducit. Sint enim probis & legitimis parentibus orti, titulo ſufficienti ad vitam honeſte ſuſtentandam, vel eccleſiaſtico vel patrimonii, valoris, habita ratione annonæ noſtræ provinciæ, centum viginti librarum argenti ad minus annui redditus, muniti : ſint continentes, puri, caſti, a converſatione mulierum omnino alieni : ſobrii, in lectione interpretum ſacrorum evangeliorum verſati, norintque ſufficienter pſallere : ſtudiis vacaverint, pietati, orationi, ſervaverintque interſtitia a ſuſceptione minorum ordinum oportet, niſi pro officio eccleſiæ impendendo aliter epiſcopo videatur. Nec id ſatis. Cum enim non pauci quæ ſua ſunt, potius quam quæ Jeſu Chriſti, quærentes, fictis atteſtationibus & ementito titulo, fæces poſtea eccleſiæ & onus accedant : ne quid in iiſdem promovendis latentis vitii fuco & mendacio contegatur, edicto publico denunciationes in ipſis Miſſarum ſolemniis eccleſiæ parochialis ex qua orti fuerint, vel in qua diutius converſati, morum qualitates patefecerint, fieri præcipimus : quibus denunciationibus palam fiat omnibus ejuſdem loci parochianis, quinam ex eadem parochia ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem brevi ſunt promovendi; ac proinde quibuſcumque præcipiatur ſub excommunicationis pœna, ut de promovendorum legitimis parentibus, ætate, vita, religione, pietate, converſatione, continentia, ſobrietate, abſtinentia, perſeverantia, propenſione ad vitam eccleſiaſticam, ceteriſque virtutibus, valore denique tituli ſufficientis ad vitam, ſive eccleſiaſtici, ſive patrimonii, ad ſummam centum viginti librarum argenti ad minus aſcendentia, aut e contra, gloriam Deo dantes, veritatem proferant & revelent, edicimus. De quibus omnibus parochus fideliter inquirat, teſteſque ipſemet ſibi eligat audiendos : pulſis eis & reprobatis, qui a promovendo producti, veritatem minus forſan referrent. Quæ omnia ſi fideliter relata plene promovendis ſuffragentur, examini tamen ſubjecti, capaces, idonei, utileſque eccleſiæ, judicentur. Et ne quid adhuc

A temere ſuſcipiatur, ſed deducat eos ſpiritus Domini per ſemitas juſtitiæ, exercitiis ſpiritualibus octo dierum vacare, generali peccatorum confeſſione animam perpurgare eoſdem exhortamur & monemus: & ſic demum ſperantes ſe, Deo auctore, continere poſſe, temporibus ſacræ ordinationis, ad ordinem promoveri peroptamus: alias, vel ſi in uno deficiant, pati repulſam. Promotos autem certæ ſtatim eccleſiæ, officiis ſubdiaconatus ordinis functuros, & alia officia eccleſiaſtica præſtituros, adſcribi & addici, in qua ſingulis Dominicis & feſtis diebus ſolemnibus corpori & ſanguini Domini Jeſû communicent, jubemus. Quod ſi quis relicto loco ad alias eccleſias circumcurſare reperiatur, & officia injuncta minus exſequi, interdicti pœna feriatur, & ad ſubſequentes ordines non aſcendat. B Ut autem certa habeatur ratio tituli, ad quem ordinati fuerint ſubdiaconi, nullaque fraus intercedat, litteras ejuſdem tituli, ſive eccleſiaſtici pacifice poſſeſſi, ſive patrimonii ſufficientis, coram officialibus, ſeu judicibus eccleſiaſticis Ordinariorum, aut etiam eorum ſecretariis, exhiberi, examinati, debiteque probari, & regeſto curiæ eccleſiaſticæ, ſive cancellariæ eorumdem Ordinariorum inſeri; & hujuſmodi exhibitionis, examinationis, probationis & receptionis actum in dorſo litterarum præfati tituli deſcribi, apponi, & per officiales, judices eccleſiaſticos, ſeu ſecretarios, ſubſcribi, ſigilloque Ordinarii muniri præcipimus; aut ſecus, omnes promovendos ad ſub- C diaconatum, decernimus repellendos, ni ſtatim epiſcopus ordinans, beneficium eiſdem conferre ſit paratus. Regulares autem quicumque, ſine litteris ſuperiorum ſuorum, quibus conſtet eos vota religionis emiſiſſe, non ordinentur. Promoti vero, ſi quando ab hujuſmodi ſuperioribus pro criminis exigentia puniri conveniat, & urgeat neceſſitas: ne poſſint tamen habitu religionis privari, ita ut extra monaſteria in contemptum eccleſiæ dejiciantur mendicaturi; ſed intra eorumdem monaſteriorum ſepta detineri, puniri, & ſuſtentari: & ad id prædicti ſuperiores per Ordinarios compellantur.

V.

De diaconis.

D Quo propius accedunt miniſtri eccleſiæ ad tremenda myſteria pertractanda, eo ferventius muneribus ſuis defungi oportet eos, qui a ſacro gradu ſubdiaconi ad onus diaconii cupiunt pertranſire. An igitur caſte, continenter, modeſte annum a promotione ad ſubdiaconatum exegerint, progreſſus cum in litteris tum in pietate fecerint, præcipue vero ſacra pœnitentia ſordes animæ ſæpius eluerint, ad ſacram communionem acceſſerint, in docenda doctrina Chriſtiana parochos juverint, inquiri præcipimus. Ideoque de iis omnibus denunciationes, ita ac de promovendis ad ſubdiaconatum, fieri in eccleſia decernimus. De quibus E cum teſtimonia valida, & a parocho & a præceptoribus ſcholæ excepta, relata fuerint, promovendi ipſi examinati, capaces, idonei reperti, virtutibus & ſcientia, conſurgentes promoveantur: & promoti, eccleſiæ certæ addicantur, ad aliam pro libito non tranſituri, ſed ejuſdem eccleſiæ officiis divinis vacent, miniſtrent, communicant diebus Dominicis & feſtis ſolemnibus, munia diaconi & vitæ eccleſiaſticæ puritatem ſemper præ ſe ferentes, & in cunctis, parochis, & eccleſiarum ſuperioribus, circa ſibi injuncta munia, obedientes.

VI.

De preſbyteris.

Quia vero preſbyter ex nomine ipſo iis virtutibus ornatus incedere debet, quibus prælucentibus populus fidelis puris moribus incanſcere, & vivificatus ſpiritu, caritate incaleſcere videatur: ſumma diligentia uti decet, quo deligendus ſacerdos totus Deo conſecretur. Itaque diaconi exercitationibus rite peractis, renovari in eccleſia denunciationes ſuper vita, moribus, caſtitate, continentia, ſobrietate, converſatione, ſtudio, aptitudine ad ſacra, caritate, animi moderatione, humilitate & obedientia promovendi, præcipi- B mus. De quibus allata & probata parochorum & præceptorum ſcholæ teſtificatione, examini ſubjectus periculum faciat, & experientia ſe tales progreſſus in ſcientia ſanctorum, & conſcientiarum pie & ſalubriter dirigendarum feciſſe commonſtret, quales ad populum docendum ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & ſacramenta adminiſtranda, ſufficiant. Ac ut ſubſequens xelus priori reſpondeat, exuatque promovendus veterem hominem cum actibus ſuis, in anteriora ſe extendens, ſintque illi oculi ante & retro ad munia ſacerdotis debite peragenda: admiſſus vacet exercitiis ſpiritualibus octo dierum, conſcientiam diſcutiat, & mundatam impleri ſuperna poſtulet C gratia, enixe monemus: quo tandem promotus, ita pietate ac caſtis moribus conſpicuus bonorum morum forma evadens, ad optima quæque motu ſuo populum impellat: neque ei qui ad titulum patrimonii promotus fuerit, liceat pro voluntate ad diverſas eccleſias divertere; ſed certa & ſtata eidem attribuatur, ſeu indicetur, in ea officiis vacaturo divinis, & ſingulis Dominicis & diebus feſtis ſolemnibus ſaltem celebraturo: ſecus, ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda pro occaſione numquam aſſumendus. Qui vero ad titulum beneficii promotus exſiſtit, ſuæ eccleſiæ penſum reddere debitis juris remediis compellatur. Aut ſi beneficio reſidentiam præſtare nulla eum ratio obligat, nec reſidere velit, alii eccleſiæ ab Ordinario ſuo D ſit adſcriptus, cui ut alii ſacerdotes, intereſſe, & in ea ſacra facere perſeveret.

VII.

Quoniam autem ea quæ ſuperius pro ordinibus recte ſuſcipiendis ſancita ſunt, ſine ſtato & certo ordine fieri nequeunt: ſacris canonibus inſiſtentes ſtatuimus, omnes ad majores ordines promovendos, per menſem, ante ſacrarum ordinationum tempora, in urbem ab Ordinario edicto publico, ad valvas eccleſiæ fixo, & per parochos urbis publicando, vocandos eſſe, ut de qualitatibus requiſitis denunciationes in eccleſia, & inquiſitiones, ac atteſtationes per parochos locorum fieri ad ſe quamprimum tranſmittendas, decernat; poſſit- E que interim animum promovendorum ita ſcrutari, eoſque hortari & monere, exercitiis ſpiritualibus, & animæ generali confeſſione perpurgandæ incumbant, ut nemini cito manum impoſuiſſe cenſeatur. Monere autem populum fidelem tempore ordinationis ſacræ, omnipotenti Deo ſupplicet, ut epiſcoporum mentes ſpiritus ſui afflatu illuminet, & ad eccleſiæ miniſtros digne ſeligendos, & rite promovendos impellat, cura ſit penes parochos eccleſiarum & concionatores.

VIII.

Quod autem ordinatis in ipſa eorum ordinatione multum proderit, & meminiſſe juvabit, ſe quaſi intra cæleſtes choros fuiſſe conſtitutos, ut hinc ad eam adſpirent puritatem, quæ a miniſtris eccleſiæ Dei exſpectatur: præcipimus, ordinationes ſacras, in eccleſia cathedrali, idque ad majus altare, vocaria præſentibuſque ad id eccleſiæ canonicis, publice celebrandas eſſe. Si vero alio in loco eaſdem celebrari contigerit, id ſemper in digniori eccleſia, & præſente clero illius loci fieri mandamus.

IX.

De dimiſſoriis litteris.

Graviter officiunt rectæ miniſtrorum eccleſiæ ordinationi, facultates de promovendo a quocumque. Quare, ut probe norit epiſcopus ſubditorum ſuorum mores, per ſemetipſum ordines conferre teneatur, niſi ægritudine, aut alia juſta cauſa impediatur: qua ſubſiſtente, ſubditos ſuos aliter quam jam probatos, examinatos, & de quorum probitate, moribus & converſatione per denunciationes in eccleſia factas ſibi conſtet, ad alium viciniorem, ſeu alios certos, non ad quemcumque, dimittat, cauſam in litteris exprimendo, cur a ſe non potuerint ordinari: neque ad plures ordines ſacros ſuſcipiendos, ſed ad unum dumtaxat: quo ſuſcepto, vel temporibus Ordinationum a die facultatis conceſſæ proxime ſequentibus lapſis, quaſcumque facultatis litteras nullas eſſe, & omni virtute carere declaramus.

X.

Quia vero quamplurimi ob incapacitatem & pravam vitam ab Ordinariis ſuis repulſam paſſi, facultates de promovendo a quocumque obtinentes, ſeu habere prætendentes, ſine commendatione & licentia Ordinariorum ſuorum, contra ſacros canones ſæpiſſime promoventur: nullus deinceps a quoquam epiſcopo, etiam cujuſvis generalis aut ſpecialis reſcripti, vel privilegii prætextu, etiam ſtatutis temporibus promoveatur, niſi ejus probitas ac mores, Ordinarii ſui teſtimonio commendentur: ſi ſecus fiat, ordinans, a collatione ordinum, per annum juxta ſacri concilii Tridentini decretum; & ordinatus a ſuſceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

XI.

Cumque honeſtius ac tutius ſit ſubjecto, debitam præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſervire, quam cum præpoſitorum ſcandalo graduum altiorum appetere dignitatem: ei cujus aſcenſus ad ſacros ordines a ſuo prælato, ex quacumque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet extrajudicialiter fuerit interdictus; aut qui a ſuis ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus; nulla contra ipſius prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus & dignitates, ſive honores, reſtitutio ſuffragetur.

XII.

Sed neque liceat capitulis eccleſiarum, aut aliis quibuſcumque in juriſdictione epiſcopi, loco capituli, ſede vacante ſuccedentibus, infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias, ſeu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis diſpoſitione, quam etiam cujuſvis privi-A legii, aut conſuetudinis vigore, alicui, qui beneficii eccleſiaſtici recepti, ſive recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere: ſi ſecus fiat, capitulum contraveniens eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto: alii autem loco capituli exſiſtentes, ab officio & beneficio per annum ſint ipſo jure ſuſpenſi: ſic ordinati vero, ſi in minoribus conſtituti fuerint, nullo privilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant; in majoribus vero ab exſecutione ordinum ad beneplacitum futuri prælati, ſint ipſo jure ſuſpenſi. Abbates etiam & alii exempti, aut collegia vel capitula quæcumque etiam cathedralium, litteras dimiſſorias aliquibus clericis ſæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere non poſſint: ſed horum omnium ordinatio ſervatis omnibus a ſacro B Tridentino decretis ad epiſcopos, intra quorum fines exſiſtunt, pertineat: non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Unde ſuperioribus monaſteriorum, in quibus religioſi fixam & firmam commorandi ſedem habent, prohibemus, ne litteras dimiſſorias religioſis ſuis, ut a quocumque ordinentur, concedant; ſed a ſuo Pontifice aut ab alio de ejus licentia ordinandos eſſe dumtaxat decernimus: eos vero qui pro inſtituto ad varia domicilia certis temporum intervallis transferuntur, cum litteris provincialium ſuorum de voto religionis emiſſo fidem facientibus ab Ordinario loci, in quo pro tempore degunt, admitti tantum præcipi-C mus: ab aliis numquam niſi atteſtatione præhabita, a Pontifice loci ſeu Vicario generali obtenta, quare apud ſe nequiverint ordinari, perhibeatur. Omnes autem litteras ordinis proxime ſuſcepti ordinanti epiſcopo exhibere, aut alias de eodem ſuſcepto fidem facere teneantur.

CAPUT VII.

De Matrimonio.

Cum ſacramenti Matrimonii canonice contrahendi ratio a ſacris canonibus & patrum decretis tradita plene & ſancita reperiatur, neque tamen in ea ubique locorum provinciæ noſtræ, magna cum animarum ſtrage, omnino obſervetur: turbantibus D filiis Belial, ſpiritu carnis ſuæ inflatis, qui eo temeritatis devenere, ut ſpretis quibuſlibet ſententiis & cenſuris eccleſiaſticis, quod ab hæreſi & impietate haud longe abſcedit, in perpetuo concubinatu vitam tranſigant: placuit nobis eadem quæ a ſanctis canonibus & ſacrorum conciliorum decretis, de hac re ſunt conſtituta, invocare; ac inſuper ea decernere, quæ ad eorum exactam obſervationem plurimum roboris habere dignoſcuntur.

I.

Periclitatur admodum fides contrahentium, ſi unus conjugum hæreſi infectus & pertinaciter in ea E perſeverans: alter, non ſine peccato & irreverentia ſanctæ matris eccleſiæ, cogatur jugum trahere ærumnoſum. Nam, quod ait Apoſtolus, ***Quæ ſocietas luci ad tenebras?*** Cumque eo modo longe lateque ſerpat & propagetur hæreticæ pravitatis ſoboles, fideleſque a recta liberorum educatione avertantur; totieſque reclamet Scriptura ſacra, ne cum alienigenis jugum ducant: & experientia ſit compertum, ut olim Iſraelitas a veri Dei cultu, ſicut etiam ex Catholicis non paucos talibus matrimoniis a fide orthodoxa defeciſſe: nos attenta mente perpendentes verba in concilio Agathenſi quondam prolata, non oportere cum hominibus hæreticis

miſcere connubia, & vel filios vel filias eis dare, ſed potius accipere, ſi tamen ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros & Catholicos: taliaque matrimonia patres ultimi concilii provincialis Burdigalenſis abhorruiſſe, & parentes ſaluti filiorum minus conſulentes, ne eoſdem ad hæc inducerent contrahenda, monuiſſe: ea pro temporum ratione decernenda ſuſcepimus, quæ tanto malo utcumque ſuccurrere queunt. Prohibemus igitur quibuſcumque ſacerdotibus, ſive ſint ordinis ſæcularis, ſive regularis, ne quoſcumque quomodolibet ad ſacramentum Matrimonii admittant, quorum alter hæreſim profiteri comprobatur: ſed ambo ſanctæ Romanæ eccleſiæ fidem profitentes volumus eſſe, & ejuſdem aſſertores: quique Deo adhærentes ad prolem in timore Domini educandam magni ſacramenti beneficio unus ſpiritus effici poſſint. Alioqui præfatos omnes ſacerdotes quoſcumque, ſæculares vel regulares, beneficia obtinentes, ſuſpenſos eſſe ipſo facto, tam a ſuis ordinibus, quam beneficiis, declaramus: eaque ratione hujuſmodi beneficiorum fructus fabricæ eccleſiarum eorumdem per Ordinarium applicandos & addicendos, decernimus: non beneficiatos autem ſæculares vel regulares, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis in contrarium allatis, ipſo facto ab ordinum ſuorum functionibus tamdiu ſuſpenſos eſſe, quoad Ordinariis ipſis ſalubriter in Domino videbitur expedire.

II.

Quaſi peccatum ariolandi, non obedire, proclamat ſcriptura. Unde nos non ſatis ponderari poſſe cenſemus, quorumdam hominum temeritatem & inobedientiam, qui libertate ſenſus carnis ſuæ ducti, poſtpoſita etiam perſæpe parentum voluntate, coram vagis & ignotis ſacerdotibus cujuſlibet ordinis matrimonia audent clandeſtine contrahere; ac quod menſuram implet ſceleris, ſpretis quibuſcumque eccleſiæ matris monitionibus & cenſuris, in iiſdem matrimoniis ſic contractis, hoc eſt, in continuo concubinatu, vitam degere perſeverant. Præcipimus igitur omnibus parochis, & verbi Dei concionatoribus, noſtræ provinciæ, ſæpe inter concionandum populum doceant, quam grave peccatum committant, qui clandeſtine contrahunt: eumque moneant & commoveant frequenter, matrimonia ita contracta, ab eccleſia damnata eſſe penitus, & nulla; meritoque aliquando adulteria, ſæpiſſime concubinatus nominari poſſe: Denique arguant, obſecrent, importune, opportune, in omni patientia & doctrina, interminationemque divini judicii oſtendant, quo tanti ſceleris gravitate concepta, ab hujuſmodi matrimoniis fideles tandem abhorreſcant. Et ne lenitate pœnæ ſcelus intumeſcat, quicumque deinceps ſacerdos ſæcularis, aut regularis beneficiarius, tabulis matrimoniis clandeſtinis interfuiſſe convincetur, privationis omnium & quorumcumque beneficiorum obtentorum, & inhabilitatis ad alia obtinenda, pœnas ipſo facto incurrat. Non promotus autem ad beneficia, ſive ſit ſæcularis, ſive regularis, numquam in quibuſcumque provinciæ noſtræ diœceſibus ordinum ſuorum officiis fungi poſſit, donec pœnitentia exacte peracta, judicio Ordinarii ſui priſtinis ordinum ſuorum functionibus reſtituatur.

III.

Sed ut omnis matrimoniis clandeſtine contrahendis occludatur additus: cum ad nos & concilium relatum ſit, in quibuſdam eccleſiis religioſorum ſancti Joannis Jeroſolymitani hanc conſuetudinem, ſeu potius corruptelam, vigere: cujus prætextu, quodam veluti privilegio, dictarum eccleſiarum ſacerdotes freti, quaſlibet perſonas undequaque ad ſe accedentes, nullis etiam præhabitis matrimonii denunciationibus, & abſque ſive Ordinarii, ſive proprii parochi licentia, admittant: omnibus vicariis perpetuis, aliiſque ſacerdotibus ad divina officia & ſacramenta adminiſtranda in hujuſmodi eccleſiis auctoritate Ordinarii inſtitutis & approbatis, aut aliis quibuſcumque cujuſlibet ordinis ſæcularis aut regularis, ibidem introductis, vel libere ad id ſe quomodolibet introducentibus; vel denique ceteris omnibus eccleſias, ſacella, oratoria ad hæc matrimonia celebranda concedentibus, ſub iiſdem pœnis, privationis omnium beneficiorum obtentorum, & inhabilitatis ad alia, & ſuſpenſionis ab officio, ipſo facto incurrendis, prohibemus, ne in iiſdem eccleſiis, præter eas perſonas quæ ſunt parochiæ, quaſlibet alias, cujuſvis ſint dignitatis & conditionis, abſque licentia proprii parochi, aut Ordinarii, in ſcriptis conceſſa, ad ſacramentum matrimonii contrahendum in poſterum admittant: Non beneficiatos autem, cujuſvis ſint ordinis, tamdiu manere ſuſpenſos decernimus, quamdiu ipſorum ſic contrahentium Ordinario conducere videbitur: neque ullo ſe privilegii aut conſuetudinis prætextu, quo minus, etiam remota omni appellatione, canonice plectantur, tutos eſſe putent. Quod decretum ad capellas, ſacella, monaſteria & oratoria intra cujuſlibet parochiæ fines conſtituta, extendi debere declaramus: in quibus capellis, ſacellis, monaſteriis, & oratoriis, matrimonia contrahi & benedici, abſque ſpeciali Ordinarii mandato, inhibemus: alias prædictas capellas, ſacella, monaſteria, & oratoria, interdicto ſubjicienda mandamus.

IV.

Ita matrimonii ſacramento debite conſtituendo neceſſarius eſt contrahentium expreſſus conſenſus, ut abſque eo, nullo pacto conſiſtere queat. Quare ut libertati contrahentium conſulatur, neque poſthac tales perſonæ, per vim & metum matrimonio jungantur, quæ ab invicem abhorrentes, ſpinoſam, morum contrarietate, vitam ducere compellantur: hæc ex ſacris canonibus & decretis decernimus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quod ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat: & nihilominus raptor ipſe, ac illi conſilium, auxilium & favorem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati: & ſi clerici fuerint, de proprio decidant gradu. Quia vero ita plerumque temporalium dominorum mentis oculos terrena affectus atque cupiditates excæcant, ut viros & mulieres ſub eorum juriſdictione degentes minis & pœnis adigant, cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipſi domini illis præſcripſerint: cum maxime nefarium ſit matrimonii libertatem violare, & ab eis injurias naſci, quibus protectio exſpectatur: præcipimus omnibus cujuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exſiſtant, ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quovis modo, directe vel indirecte, ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant: omnibus vero parochis, ceteriſque ſacerdotibus quibuſcumque, ad ſacramenta adminiſtranda adſcitis, ſive ſæcularibus, ſive regularibus, interdicimus, ne reclamantibus pa-

rentibus

rentibus filios & filias familias ad ſacramentum A matrimonii contrahendum admittant ; ſed prius ipſi parochi & ſacerdotes bujuſmodi antequam ultra procedant, Ordinarium ſuum conſulere, & ab eo definita ſervare, præcipimus. Nec ipſos parentes verborum Apoſtoli immemores eſſe volumus, quibus patres hortatur, ne ad iracundiam provocent filios ſuos : ſed eos potius ea prudentia & lenitate pertractent, quibus ingenui homines liberum exſerant & plenum eliciant conſenſum. Ut autem omnis occaſio minuendæ contrahentium libertatis prorſus abſcindatur, omnes & quoſcumque poteſtatis ſæcularis judices exhortamur in Domino, vehementerque monemus, ne pro punitione criminum juſtitiæ reddendæ incumbentes, libertatem hujuſmodi hominum a ſe aliquoties opportune detentorum, B in contrahendo matrimonio, ullo pacto imminuant ; ſed eam ut omnino ad ſacramentum matrimonii neceſſariam conſiderantes, ſervent illis & cuſtodiant integram & illibatam : ac quam ſit juſtum quæ ſunt Dei, Deo, & eccleſiæ ſanctæ matri reddere dignoſcentes, quaſcumque lites & diſſidia ad cauſas matrimoniales mere pertinentia, etiamſi alias litigantes in delicto flagranti interceptos pœna maneat, ea quamprimum ad judices eccleſiaſticos remittant dijudicanda : donec re ab eccleſia canonice diſcuſſa & deciſa, quæ ſui ſunt muneris tunc legirime texſequantur.

V.

Abolenda ſane perverſa illa ac ſuperſtitioſa quorumdam opinio, menſe ſcilicet Maio uxorem non ducendi, quaſi aliquid ex eo mali ominis emanans fidelitati contrahentium, ac proſperitati nuptiarum officere poſſit. Doceatur igitur populus, & ab omnibus parochis ſæpe inſtruatur, ut ſuperſtitioſis illis [a] magis fidem haudquamquam adhibeat; ſed præter ea tempora, in quibus ex præſcripto eccleſiæ a celebratione nuptiarum abſtinetur, nullum eſſe quo ipſæ jure & canonice celebrari probibeantur. Ac præterea iiſdem fidelibus declaretur, diem feſtum ſancti Joſephi in ſacra Quadrageſima ſemper obſervatum, ejuſdem eſſe rationis ac ſunt ceteri Quadrageſimæ dies : ideoque nulli licere in eo matrimonium celebrare : cum præſertim iis temporibus fideles orationibus inſtare, purgandis & curandis animabus incumbere eccleſia mater procuret.

[a Forte, magis]

VI.

Ceterum cum ex præſcripto ſacri concilii Tridrntini, epiſcoporum ſit, ea quæ ad celebritatem matrimoniorum rite peragendam pertinent, præſcribere, ſcilicet, ut ea qua decet modeſtia & honeſtate fiant : univerſis parochis & aliis ſacerdotibus præcipimus, ne alio in loco quam in eccleſia ad contrahendum per verba de futuro, quoſcumque fideles recipiant, niſi alias id ab Ordinario fructuoſe ſibi concedatur : ſed curent ſollicite, ut futurorum conjugum mens & cogitatio in acquirenda E divina gratia, tota verſetur. Ac ut perfidæ quorumdam erronum concupiſcentiæ occurratur, qui relicta priore uxore ad aliam variis in locis ſeducendam potius quam ducendam accedunt, cum eadem in adulterio victuri : ne deinceps ullas perſonas alterius diœceſis ad præſtandum conſenſum de futuro admittant ipſi parochi, quin prius ſibi valida atteſtatione per Ordinarios extraneorum hujuſmodi conceſſa, & ab Ordinario in cujus diœceſi matrimonium eſt contrahendum, probata, canonice conſtet, tales contrahere volentes, liberos eſſe A & ſolutos, nulloque matrimonio junctos : ſecus, gravi pœna contravenientes parochos & ſacerdotes affici mandamus. Cetera autem quæ de matrimonio pie & fructuoſe contrahendo ſancita ſunt, tum ab ultimo concilio provinciali, tum a felicis recordationis Paulo V. divina providentia Papa, in Rituali Romano ejuſdem juſſu edito, omnino ſervanda decernimus.

VII.

De concubinariis.

Deturpat & imminuit vehementer candorem bonorum morum & ſanctimoniam matrimoniorum, ſœdum concubinatus ſcelus : eoque periculoſius B graſſatur, quo remiſſa jam diſciplinæ eccleſiaſticæ ſeveritate poſuerit in cælum os ſuum, donec dejiciat illud Omnipotens, & impietatis imaginem in civitate ſua confringat. Quocirca nos in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam adverſus Deum ſe extollentem, ſaetis canonibus innixi, grave peccatum, homines ſolutos concubinas habere ; graviſſimum vero & in magni ſacramenti matrimonii ſingularem contemptum admiſſum, uxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere & retinere, conſiderantes : ut huic tanto malo opportunis juris remediis provideamus : ſtatuimus, hujuſmodi concubinarios, tam ſolutos, quam uxoratos, C cujuſcumque ſtatus, dignitatis & conditionis exſiſtant, ſi poſtquam a ſuo Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſejunxerint, excommunicatione feriendos eſſe : a qua non abſolvantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab Ordinario ſevere, pro qualitate criminis, procedatur. Mulieres, ſive conjugatæ, ſive ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinariis publice vivunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum ab eccleſia arceantur : & ad inſtantiam eorumdem Ordinariorum, ut hujuſmodi mulieres graviter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel diœceſim ejiciantur, D poteſtas ſæcularis procuret : aliis pœnis contra adulteros concubinarios inflictis ſuo robore permanentibus.

CAPUT VIII.

De epiſcopis.

Optat ſancta mater eccleſia, ut electi & dilecti ſui ſponſi epiſcopi, pro patribus ſuper terram conſtituti, iis virtutum ornamentis decorati præfulgeant, ex quibus myrrha, gutta & caſia gratiæ ſpiritalis a domibus veluti eburneis defluentes, animas fideles delectent, & Chriſto regi adducant in honore ſuo. Unde nos ex reipſa, & ſacris canonibus, munia E noſtra indefeſſa cogitatione circumſpicientes, magnopere ſtudium noſtrum excitatum iri rati ſumus, ſi pondera noſtris humeris impoſita caritatis lance librantes, jugum Chriſti ſuave & onus leve irrequietis laboribus, ſentiamus.

I.

Epiſcoporum igitur cogitatio ſit, ſe ideo eccleſiæ Dei præfectos eſſe, ut attendentes ſibi & univerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos regere eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent, &

miniſterium ſuum impleant : implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos, mercenariorum more deſerant ; atque ovium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus a ſupremo judice requirendus, cuſtodiæ minime incumbant : neque obliviſcantur, non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oves comedit, & paſtor neſcit.

II.

Ac meminerint ſe in medio populi patres, ac veluti formam ac vivam legem, ad quam ſubditi omnes vitæ ſuæ mores componant, conſtitutos eſſe : neque exiſtiment ſe ad propria commoda, ad divitias, aut luxum, ſed ad labores & ſollicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe : cumque reliqui fideles ad religionem & innocentiam facilius inflammentur, ſi præpoſitos ſuos, quæ mundi ſunt, abjicere, & cæleſtia meditari perſpexerint, ea quamprimum a ſe amoveant, quæ carnem & mundum ſapere cognoſcuntur.

III.

Sint igitur epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa: ac frugali contenti victu, pauperes ſæpe menſæ adhibentes, eidem per ſe benedicant, lectioneque ſacra totum hominem cibare curantes : ab ea demum ſurgentes, ipſimet Deo gratias agant, miniſtros ab hujus ſæculi & malitiæ mundanæ cultu alienos ſeligentes & retinentes. Denique in toto vitæ genere, ac tota eorum domo, caveant ne quid appareat quod a ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat.

IV.

Sed præcipue perpendant, reditus eccleſiæ, bona Chriſti & pauperum patrimonia eſſe. Quare videant, ne ex iiſdem reditibus conſanguineos familiareſve ſuos augeant & ditent, ac niſi ut pauperibus aliquid concedant : memores ſe ſacris canonibus monitos eſſe, ut omnem humanum hujus erga fratres, nepotes, propinquoſque, carnis affectum (unde multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat) penitus deponant.

V.

Pauperes autem pudore ſuffuſos exquirere, alere, pupillis & viduis debita ſolatia impendere, & ut afferantur, procurare ; filias egenorum nubiles, ſanctorum exemplo, matrimonio collocare ; incarceratis, animæ & corporis ſubſidia ut ſubminiſtrentur, providere : oppreſſos a potentum ſuperbia, injuria, & inſolenti ſupercilio vindicare, & quarumcumque miſerabilium perſonarum curam continuam habere : hæc omnia pia, quaſi mane ros erumpens, epiſcoporum juſtitiam commendabunt.

VI.

Hinc in corrigendis ſubditorum delictis ſacri canones epiſcopos admonendos cenſent, ut ſe paſtores non percuſſores eſſe meminerint : atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, ut non eis dominentur, ſed eos tamquam filios & fratres diligant : elaborentque ut hortando & monendo, ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos pœnis coërcere cogantur. Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, & ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigorem, cum miſericordia judicium, cum lenitate ſeveritatem ita adhibeant, ut ſine aſperitate diſci-

A plina populis ſalutaris ac neceſſaria conſervetur ; & qui correcti fuerint, emendentur ; aut ſi reſipiſcere noluerint, ceteri ſalubri in eos animadverſionis exemplo a vitiis deterreantur : cum ſit diligentis & pii ſimul paſtoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta ; poſt ubi morbi gravitas poſtulet, ad acriora & graviora remedia deſcendere ; ſin autem ne ea quidem proficiant, illis ſubmovendis ceteras ſaltem oves a contagionis periculo liberare.

VII.

Cumque in educendis & educandis ovibus præcipua ac maximi momenti munia ſint, verbum Dei per epiſcopos prædicari, & ſacramenta adminiſtra-
B ri : reverendiſſimos coëpiſcopos noſtros peramanter monemus, ut per ſeipſos, quantum fieri poterit, ad populos fideles conciones verbi Dei habeant, ac temporibus ſacris Quadrageſimæ in eccleſia ſua ad audiendas confeſſiones pœnitentium adſint : & tamquam petra ſalis in medio animalium unius moris in domo inhabitantium conſtituti, ſummum paſtorem Dominum Jeſum ſalubria remedia in dulcedine ſua pauperibus paraſſe demonſtrent : cumque omnis Pontifex pro hominibus conſtituatur in iis quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſingulis Dominicis celebrare monemus. Quorum exemplo ſacerdotes omnes, ſingulis ſaltem Dominicis & feſtis
C ſolemnibus ; parochi autem ter in hebdomada, pro devotione ſacrum facere teneantur.

VIII.

Quia vero omnibus debitores ſunt epiſcopi, ſapientibus & inſipientibus, doctis & indoctis : eoſdem hortamur vehementer, ut ad fideles plebes animum intendentes, ſæpiſſime ad ſingulas parochias viſitandas accedant : totamque diœceſim, ſingulo quoque ſaltem triennio, cum pauco, modeſto & utili famulatu, perficiant : ſancto confirmationis ſacramento populos ungentes, vulneribus peccatorum tumentibus, ſalutaribus verbi divini concionibus, & pœnitentiæ ſacramento medentes : eoque modo qui ultimo provinciali præſcribitur, ſingula perlu-
D ſtrent & exquirant. Sique juſto detineantur impedimento, curent ſollicite, ut eadem viſitatio a piis eccleſiaſticis, quorum præcordiis amor Dei & animarum ſalus inhæreat, perficiatur.

IX.

Meminerint etiam epiſcopi, muneribus ſuis ſe fructuoſe ſatisfacturos, ſi in eccleſiis ſuis, aut pro commoditate in aliis ſuæ civitatis, primis a ſolemnibus & majoribus feſtis, diebus, hoc eſt, feria ſecunda Paſchatis Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & craſtino Nativitatis Chriſti, fidelibus populis, nondum ſacro chriſmatis oleo inunctis, ſacramentum Confirmationis conferant, theſauris gra-
E tiæ augendis & conſervandis peropportunum & neceſſarium.

X.

Et ne quem inſcium verba vitæ æternæ, & bonorum morum unguenta ad oram uſque veſtimenti Domini effuſa, lateant : curent epiſcopi veſtigia patrum ultimi provincialis premeores, ad quaſcumque ſuarum diœceſum parochias, maxime ubi hæreſes adoleſcunt, & peritia rectorum deſideratur, cujuſlibet ordinis concionatores cum benedictione emittere ; qui Dominum Chriſtum prædicantes, in ejus

gloriam fructum centeſimum referant, & hæreſes funditus exſtirpent pernicioſas.

XI.

Cum autem in iis myſteriorum divinorum diſpenſatoribus tanta requirantur, ut ſi pro rei magnitudine expendantur, numquam ſatis cautum de iis videri poſſit: eapropter nos regem Chriſtianiſſimum, piiſſimum & invictiſſimum, rogamus, ut ad eccleſiarum regimen, onus quippe Angelis formidandum, eos ſolos, qui maxime digni fuerint, quorumque prior vita ac omnis ætas a puerilibus exordiis uſque ad perfectionis annos per diſciplinæ ſtipendia eccleſiaſticæ laudabiliter acta teſtimonium præbeat; quique talis ſunt ſcientiæ, ut muneris ſibi injungendi neceſſitati ſatisfacere poſſint, ſeligere religioſe curet, eoſdem demum Sanctiſſimo domino noſtro nominandos & præſentandos. Meminerit-que rex Chriſtianiſſimus ac piiſſimus, nihil ſe ad Dei gloriam & populorum ſuorum ſalutem utilius poſſe facere, quam ſi bonos paſtores, eccleſiæ gubernandæ idoneos, promoveri ſtudeat: cauteque admodum animadvertat ſe alienis peccatis communicantem, non leviter peccare, niſi quos digniores & eccleſiæ magis utiles ipſe judicaverit, non quidem precibus vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverit; & quos vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos ſciat, & ſecundum venerabiles beatorum Patrum ſanctiones, requiruntur.

CAPUT IX.

De canonicis, & capitulis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum.

Capitula, quæ capita populorum, epiſcopos proxime attingunt, univerſo populo conſpicua & clara eſſe oportet: non ſolum ut eorumdem candidati canonici oculos ad quæcumque circumferant perluſtranda; ſed ut in iis divinæ voluntatis nutus & participationes eluceſcentes, quaſi apocalypſeos ſeniores coronas coram Agno demittentes, aſſumptis citharis laudes Deo decantent immortales, & in odorem phialarum ſuarum fideles plebes evehant felicitate donandas.

I.

Placuit igitur, quæ ab ultimo provinciali de capitulis & canonicis ſalubriter ſunt inſtituta, ea in omnibus eccleſiis cathedralibus & collegiatis rigide obſervari. Ac præterea, ut horis debitis laudes divinæ per ſingulas horas, non curſim & feſtinanter, ſed tractim & cum aliqua quiete in medio cujuſlibet pſalmorum verſiculi, cum debita differentia ſolemnis & ferialis officii, reverenter ab omnibus perſolvantur, decernere. Utque ipſis celebrandis, pro uniformitate ſeu conformitate inter omnes eccleſias ſervanda, certus ordo præſcribatur & forma: ſtatuimus, ſacrum ſolemne, ſive conventuale, iiſdem horis, modo & forma celebrari prorſus, quibus ex regulis ſeu rubricis miſſalium Clementis VIII. Pontificis Maximi juſſu editorum, celebrandum eſſe dignoſcitur. In quo quidem celebrando, ne præcipue tempore elevationis ſacratiſſimi ſacramenti, aliquid indecorum, vernacule, vel aliud quidpiam alienum, aut ab eccleſia non approbatum, cantetur, ſub gravi pœna prohibemus: cunctos tunc temporis canonicos, quamvis capuciis pro tempore indutos, capite nudo & aperto A intereſſe & inſiſtere præcipientes.

II.

Hac ratione canonicos choro aſſiſtentes gravitatem ſervare, collocutiones vitare, ſcripturas quaſlibet, aut libros minime legere, nec privatim officium recitare ſtatuimus: ſed eos labiis Omnipotentis beneficio apertis, in pſalmis, hymnis & canticis, Deo alacriter modulari, attentionem commonſtrare, eoque modo devotionem populis infundere & ingenerare decernimus: idque quo accuratius ab omnibus perſolvatur, cura ſit decani, vel ejus cui hoc onus incumbit, diligenter hinc inde invigilare, & ne quid inordinate fiat circumſpicere: tranſ-B greſſores quoſcumque, illius horæ, in qua circa prædicta exceſſerior, vel alia majori, prout tranſgreſſionis gravitas exegerit, afficiendo pœna.

III.

Cumque a cathedralibus & collegiatis officii divini rite peragendi forma exſpectetur & peti debeat: cura ſit penes decanum, ſeu cantorem, vel alium ad quem id pro conſuetudine eccleſiarum pertinet, aut demum penes aliquem, primo quoque menſe poſt publicationem hujus concilii, a capitulo, aut eo poſt menſem deficiente, ab Ordinario conſtituendum & deputandum, ſingulis quibuſcumque per hebdomadam proximam peragendorum rationem & ordinem in tabula præſcribere, & eamdem de-C inde tabulam certo chori in loco affigere; unde cuilibet clarum ſit & notum, quænam ſibi in eadem hebdomada officia incumbant præſtanda. Ceteros autem dignitates, perſonatus & officia obtinentes, munia ſibi a jure præſcripta, dignitati, perſonatui, & officio propria præſtare, & ad id debitis juris remediis compelli, & mulctam officio deficientibus irrogari, mandamus.

IV.

Ne vero perfunctorio modo & irreligioſe officia peragantur divina, ad præſcriptum ſacrorum canonum omnes canonicos choro, horis debitis, a principio earumdem uſque ad finem adeſſe, nec inde ullum egredi, niſi forte neceſſitate cogente, D atque petita & obtenta a præſidente chori licentia, edicimus: aut ſecus, pro illa hora a canonico hebdomadario, ſeu ab eodem chori præſidente, ſine ullo favore expungendum: ſalvis tamen eccleſiarum conſuetudinibus, ſi quæ forſan circa hæc arctiores exſiſtant. Et ne in ſupplicationibus, ſeu proceſſionibus publicis, paucior canonicorum numerus in contemptum cedat eccleſiæ, præſens decretum in hoc etiam ſervari, notarique abſentes & expungi, decernimus. Sed & abuſum illum, quo in una hora aut duabus officiorum divinorum, præſens, totius diei diſtributiones uſurpat; & illum, quo præpoſiti vel decani, aut alii officiales, ſeu officiarii, ex hoc ſolum quod officiarii ſunt, licet actualiter pro utilitate eccleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones E percipiunt, tolli prorſus & aboleri præcipimus.

V.

Quia vero diſtributionibus accurate conſtituendis, a quibuſlibet ita ac in ultimo provinciali cautum, uſquequaque non ſatisfactum ejuſdem concilii decreto abutentibus: ſtatuimus, in omnibus eccleſiis cathedralibus & collegiatis noſtræ provinciæ, omnium & quorumcumque fructuum & obventionum tertiam partem in diſtributiones, primo a publicatione præſentis concilii trimeſtri, iiſdem dum-

ANNO CHRISTI 1624.

taxat qui divinis intererunt officiis, impendendas, convertendam : quo tempore elapſo teneatur capitulum, epiſcopum ſuum certiorem facere, ſe præſenti decreto ſatisfeciſſe : aut ſecus, ex eo tempore idem epiſcopus auctoritate hujus concilii, quotam illam per ſe in diſtributiones convertendam detrahere poſſit ; capitulum contradicens per ſequeſtrationem fructuum compellendo, deque toto negotio ad metropolitanum ſcribendo : qui viribus conjunctis in rebeller agens, eorum contumaciam compeſcat.

VI.

Extra chorum autem canonicos divinorum officiorum tempore deambulare, vagari, fabulari & diebus Dominicis & feſtis ſolemnibus capitula habere, quandoque vero e choro officia divina perturbantes exire, & capitulum abſque urgente neceſſitate cogere ; ut peſſimi exempli, ſub pœnis in ſacris canonibus latis, diſtricte prohibemus. In audiendis autem verbi Dei in iiſdem eccleſiis concionibus, frequentes adeſſe canonicos, eo veſtitu, quo in choro pro diverſitate temporis utuntur, indutos, præcipimus.

VII.

Sed & illa fraus longe amovenda, qua quod cuilibet canonico per tres menſes abeſſe concedatur, quidam tuti, nullam fere reſidentiam eccleſiis exhibere dignoſcuntur. Decernimus igitur tres illos abſentiæ menſes ita numerandos eſſe, ut in iiſdem omnes dies, ſive continui, ſive non continui, & interpolati, concludantur : unde qui a reſidentia ultra tres menſes eo modo reductos, abfuerit, pœnis eum a ſactis canonibus contra abſentes latis feriri, & capitulum in hoc contra ſacros canones diſpenſare non poſſe cenſemus.

VIII.

Decet metropolitanam eccleſiam, & alias cathedrales, eas perſonas ita probitate ac ſcientia commendatas ad canonicatus eligere & aſſumere, ut ex iis corpus capituli coaleſcens, ſenatus epiſcoporum, unde conſilium accerſant, merito dici poſſit. Quare nos, epiſcopos, cathedralium capitula, aut alios, ad quorum electionem ſeu collationem canonicatus & beneficia cathedralium, quomodocumque ſpectant, nullos deinceps ad hujuſmodi canonicatus & beneficia aſſumere, niſi quos præhabito eorumdem in capitulo examine, iis virtutibus, ſcientia & experientia, notitiaque & uſu cantus & pſalmodiæ præcellere probaverint, & in eo ordine quem hujuſmodi canonicatus & beneficia requirunt, conſtitutos eſſe norint, aut ſaltem in ea ætate, ut infra annum ad eumdem promoveri poſſe perſpexerint, decernimus. Electiones & collationes quaſcumque aliter factas, amodo, & ex eo tempore nullas eſſe penitus & irritas, declarantes, taleſque ideo canonicatus jure impetrandos.

IX.

Et ne rigore ſacrorum canonum remiſſo dignitates obtinentes in minoribus adhuc conſtituti, ad ſacros ordines negligant promoveri : decernimus, eos (juſto impedimento ceſſante) infra annum ad ſacrum preſbyteratus ordinem promovendos : aut ſecus, ex eo tempore, donec ad eumdem ordinem promoti fuerint, dimidiam illis partem diſtributionum, quæ dantur his qui certis horis interſunt, ſubtrahendam eſſe, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, vel ſtatutis, præcipimus : creſcente vero negligentia & contumacia, aliis etiam eos pœnis ad præſcriptum ſactorum canonum afficiendos, atque adeo uſque ad privationem dignitatum hujuſmodi ab Ordinariis coërcendos.

X.

Sed quod præcipue eccleſiarum decorem & ordinem eccleſiaſticum valde commendat, conſeſſus nimirum pro ordine cuilibet attributus : placuit nobis, inter cunctos metropolitanæ, cathedralium, & collegiatarum canonicos, ſive in choro & proceſſionibus, ſive in capitulo & congregationibus exſiſtentes, hunc ordinem obſervari, quo ſacerdotem diacono, diaconum vero ſubdiacono præferri jura præſcribunt : quamvis hi ratione antiquioris receptionis, illos antecedere cenſeantur : donec ad ſacrum preſbyteratus ordinem tandem promoti, debitum ſibi ratione receptionis locum repetere poſſint.

XI.

Quoniam autem dignitates eccleſiarum eo ſunt inſtitutæ, quo accuratius officia pendantur divina : gravitaſque ſacerdotum in primis chori ſubſelliis aſſidentium eluceſcens, quemlibet exemplo ſuo ad ſua munia rite perſolvenda impellat : quoſcumque, dignitates, perſonatus, & officia virtute canonicatus ad effectum in eccleſiis hujuſmodi obtinentes, choro & officiis divinis intereſſe, teneri & obligari decernimus : ſecus, gravi pœna mulctandos, niſi alias pro injuncto ſibi officio adeſſe contingat.

XII.

Cumque tot cærimoniæ in eccleſia utiliter inſtitutæ abſque intenſo ſtudio in omnibus obſervari nequeant : nos ea de re eccleſiarum decoro conſulentes, ſtatuimus, in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis, unum aut duos cærimoniarum magiſtros inſtituendos, habendos, & retinendos : quorum munia ſint curare, ut officia divina ad præſcriptum regularum, ſeu rubricarum breviarii & miſſalis, quam accurate perſolvantur ; & cærimoniæ quæcumque omnes fructuoſe, & ut par eſt adhibeantur & obſerventur : quibus quidem cærimoniarum magiſtris pro qualitate & merito, in choro locum attribui mandamus.

XIII.

Et ne cæleſtis ſacrorum librorum theſaurus neglectus jaceat, ſacris canonibus innitentes in omnibus eccleſiis collegiatis noſtræ provinciæ, in quibus canonicorum numerus decimum quemque excedit, ita ac in cathedralibus, canonicus theologalis inſtituatur amodo, & perpetuo deputetur : teneanturque quicumque theologales canonici ad canonicos, & eccleſiaſticos eccleſiarum hujuſmodi diebus conſuetis ſacræ theologiæ lectiones habere. Ideoque præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacatura, cui aliquod onus incompatibile conjunctum non ſit, theologo, per eos ad quos hujuſmodi præbendarum electio ſeu collatio pertinere cognoſcitur, conſtituatur, deputetur, & conferatur. Collationes & electiones quaſcumque aliter factas, nullas eſſe, invalidas declarantes ; poſſeque Ordinarium hujuſmodi præbendæ ſic vacanti providere. Canonici autem omnes prædictarum eccleſiarum, tam cathedralium, quam collegiatarum, lectionibus theologorum adeſſe, eas audire, excipere, ſub pœnis diſtributionum illius diei, in pauperes erogan-

darum, & aliis creſcente contumacia juris remediis, compellantur. Theologales autem, in lectionibus habendis, ſi qui negligentes extiterint, privilegio canonicis theologalibus conceſſo, non gaudeant: ac inſuper, ſi diebus ſolitis non legerint, illorum dierum diſtributionibus careant & priventur. Habeant etiam conciones verbi Dei ad populum ſingulis Dominicis, & feſtis diebus ſolemnibus in cathedrali, ubi id commode fieri poteſt: ſin minus, in aliis eccleſiis ab Ordinario eiſdem aſſignandis.

XIV.

Ac ne graduati tantum, ſed docti, ad beneficia aſſumantur eccleſiaſtica, quibuſcumque ſtudiorum univerſitatibus generalibus noſtræ provinciæ prohibemus, ne ulli cujuſcumque ſcientiæ, gradus litteras concedant, quo prius ipſe publice rigoroſo examine probatus omnium doctorum, debito modo ad id vocatorum, votis & calculis nitatur: hincque ne fraus aliqua in hujuſmodi graduatorum litteris deliteſcat, poſſe Ordinarium quoſvis graduatos, etiam nominatos pro beneficiis obtinendis, examinare, & repellere indoctos, declaramus.

XV.

Damnata prorſus ab eccleſiis cathedralibus & collegiatis aliiſve, tamquam ſimoniæ labis prava illa conſuetudo, qua in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiſſione ad poſſeſſionem alicujus cathedralis eccleſiæ vel beneficii, canonicatuum aut præbendarum, vel pars proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus eccleſiis turnorum lucra, interponuntur. Quocirca nos ſimoniæ prolem quamcumque, & avaritiam ab eccleſia Dei ſejungendam ducentes: prohibemus, ne quid pro ingreſſu, admiſſione & receptione ad beneficia quæcumque, certæ cuidam perſonæ, ſive capitulo, in ſingulos poſtea canonicos diſtribuendum concedatur, aut quod in pios uſus non convertatur. Dare aliquid fabricis eccleſiarum, ornamentis & reſtaurationibus earumdem impendendum, minime reprobamus. Ac proinde tales, ut præfertur, ad beneficia eccleſiaſtica ingreſſus, ut ſimoniacos damnamus: contravenientes quoſcumque, pœnis contra ſimoniacos, ſacris canonibus, & variis ſummorum Pontificum editis conſtitutionibus, puniendos eſſe decernimus.

CAPUT X.

De parochis.

Parochis, apud quos qui deſcendunt ab Jeruſalem in Jericho, & incidunt in latrones, deponuntur, vivificandi cura derelicta, & miſericordis Sammaritani apothecæ curandis animabus balſama redolentes, & includentes, concreditæ ſunt & conceſſæ. Unde perſpicaci eos ingenio præditos, & urgentis caritatis pulſu ad vulnera peccatorum detegenda & abſtergenda, ſuaviter perculſos; denique in procuranda animarum ſalute ſummopere patientes convenit, & perneceſſe eſt reperiri.

I.

Nos igitur quæ ab ultimo provinciali de parochorum muneribus & officiis, tum erga univerſos, tum ſingulos parochianos, fuſe deſcripta ſunt, cauta, & edicta, innovantes: eadem univerſis & ſingulis provinciæ noſtræ rectoribus, eorumque vices gerentibus, præcipimus ex animo obſervanda & religioſe cuſtodienda.

II.

Sed nobis invigilandum præcipue, ne fidelibus populis ullum afferatur aut obſter impedimentum, quominus & ſacris officiis intereſſe, & ſacramenta pro neceſſitate ſalubriter ſuſcipere poſſint. Quocirca nos attenta mentis cogitatione ſingula ponderantes, decernimus, in omnibus eccleſiis parochialibus vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus rector non poſſit ſufficere eccleſiaſticis ſacramentis, & cultui divino peragendo, tot ſacerdotes ad hoc munus adjungendos eſſe, quot ſufficiant ad ſacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum: ad idque rectores decimas recipientes, vel alios ad quos pertinet, juris remediis cogendos.

III.

In iis vero in quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem, parochiani, ſine magno incommodo, ad percipienda ſacramenta & divina officia audienda accedere non poſſunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam Alexandri III. quæ incipit, *Ad audientiam*, conſtituant Ordinarii; ſacerdotibus autem, de novo eccleſiis noviter erectis, præfectis, competens aſſignetur portio, arbitrio ejuſdem Ordinarii, ex fructibus ad eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus: & ſi neceſſe fuerit, populum compellant ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiunt ad vitam dictorum ſacerdotum ſuſtentandam: quacumque reſervatione generali, vel ſpeciali, vel affectione ſuper dictis eccleſiis, non obſtantibus: neque hujuſmodi ordinationes & erectiones poſſint tolli, nec impediri, ex quibuſcumque proviſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

IV.

Ut autem iis eccleſiis, in quibus loci populus pro majori parte, vel ex toto, hæreticæ pravitati adhæret, conſulatur, neve capaci & ſtudioſo paſtore diutius deſtituantur: eaſdem ſæpius viſitent Ordinarii: ſique illiterati & imperiti rectores, & ſacris minus apti inveniantur in iiſdem deſervire, coadjutores aut vicarios, qui muneribus, ratione populi, reſpondere poſſint, pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter, quacumque appellatione & exemptione remota, ipſi providere poſſint Ordinarii. Reclamantes autem parochi, quod eccleſiæ forſan dirutæ, paucique ſint, vel nulli catholici, minime audiantur: cum per ipſos tumentis oceani fluctus inter confertiſſimas infidelium turmas, animarum ſalus ſit quærenda. Ne vero ipſæ eccleſiæ parochiales noſtræ provinciæ dirutæ diutius jaceant, ſed tandem purgentur & reædificentur: teneantur rectores, & quicumque alii, intra earumdem fines decimas recipientes, donec perficiantur, omnino tertiam partem omnium proventuum in hujuſmodi reſtaurationes impendere, & ad id ab Ordinario cogantur. Non intendimus autem per hoc, laïcos a debita quota in hujuſmodi reſtaurationes contribuenda liberare; nec rectoribus, & aliis eccleſiaſticis, decimas utcumque in iiſdem parochiis percipientibus, præjudicium inferre.

A

V.

Iis autem parochialibus, in quibus ita tenues ſunt proventus, ut inde rectores enutriri & ſuſtentari non valeant, conſulentes : decernimus, quæcumque beneficia ſimplicia, ſive ſæcularia, ſive regularia, quocumque nomine cenſentur, intra limites earumdem parochialium conſiſtentia, ab Ordinario bojuſmodi eccleſiis unienda eſſe & annectenda : aut ſi nulla ſint, fructus quarumcumque decimarum parochialium ab eodem Ordinario ipſis applicandos & addicendos. Iis vero eccleſiis, quarum parochiani partim intra muros urbiom & oppidorum, partim extra eoſdem degunt, penſatis omnibus ſollicita epiſcoporum cura provideat.

VI.

Non ſecus eccleſiis unitis ſancti Joannis Jeroſolymitani, ſancti Antonii, & quorumcumque ordinum regularium præceptoriis providendum eſſe ſtatuimus : quæ ne diutius ſuis deſtituantur obſequiis, in iiſdem Ordinarii vicarium perpetuum inſtituant, quem debita & juſta fructuum portione pro arbitrio ſuo definienda firment & ſtabiliant : non obſtantibus quibuſcumque privilegiis in contrarium toties interpoſitis.

VII.

Aliarum autem eccleſiarum uniones capitulis, dignitatibus, monaſteriis, & aliis quibuſlibet eccleſiis factæ juxta formam a ſacro concilio Tridentino præſcriptam, per Ordinarios expendantur : ſique invalidæ reperiantur, vel a capitulo, dignitatibus, monaſteriis, & aliis, ter monitis per tres menſes a publicatione præſentis concilii, exhibitæ & oſtenſæ non fuerint, bujuſmodi eccleſiis habitis hactenus unitis[a] ſic vacantibus Ordinarius provideat : in ceteris autem vicarius perpetuus cum congrua fructuum portione inſtituatur & ſtabiliatur.

[a] Forte, ſicut.

VIII.

Ceterum omnes parochos in verbo & doctrina laborare, exemplo prælucere, doctrinam Chriſtianam docere, bona eccleſiæ conſervare, preſbyterales domos nulli locare, ſed in iiſdem conſuetam & debitam reſidentiam exhibere ; ubi vero eaſdem domos dirutas, & ſolo æquatas eſſe conſtat, ædificare, ſeu ut ædificentur, curare, remediis juris utentes, præcipimus : deque his omnibus, & in decretis ultimi concilii provincialis contentis, Ordinarios inter viſitandum, eoſdem rectores examinare, inquirere & ſcrutari, ne ulla in re debita officia derelinquant, ſtatuimus.

CAPUT XI.

De paſtorum reſidentia.

Ex mutuo eorum reſpectu qui optime præeſſe, & aliorum qui eiſdem ſubeſſe ſecure norunt, quanta ſit in eccleſiis curam animarum habentibus reſidendi neceſſitas, & obligatio, facile convincitur. Cum enim ſacerdotia, populi curandi, non ſacerdotis nutriendi gratia ſint inſtituta ; & eos paſtores, tamquam cuſtodes ſuper muros Jeruſalem poſitos, plebs fidelis exſpectet, quorum ora & linguæ clament quoditie, manus plantent & ædificent, oculi vero pervigiles ab aquilone malum omne conſurgens proſpicientes, ſuperno colluſtrati lumine, avertant : placuit omnino nobis, ea quæ de reſidentia paſtorum ab ultimo provinciali cauta ſunt, innovare.

I.

Præcipimus igitur, omnia & ſingula in eodem decreto contra non reſidentes lata, exacte ab omnibus obſervari : eoſque pœnis omnibus afficiendos, qui ovili derelicto oves proprias linquunt diſturbandas, nemini ad hoc, juxta patrum decreta, privilegio ſeu exemptione quacumque ſuffragante.

II.

Ut autem malitioſæ quorumdam ſubtilitati obvietur, qui lites ſuper poſſeſſione beneficiorum ſuorum ſibi procurantes, ab ipſa reſidentia liberi & immunes cenſeri volunt : decernimus, omnes &

B quoſcumque actu beneficiorum fructus recipientes, & retinentes, ad reſidentiam præſtandam teneri & obligari, non obſtante intentata lite ; niſi de Ordinarii ſui licentia ad eam decidendam abeuntes, intra annum definiri eam & judicari omnino curaverint ; aut ſecus, de confidentia ſuſpectos venire, & ad reſidentiam, uſque ad privationem bujuſmodi beneficiorum, compelli poſſe.

III.

Sed etiam cenſendi ſunt ii rectores, qui declinandæ punitionis gratia, quibuſdam interpolatis diebus in beneficiis ſuis reſidere diſpiciuntur, pro majori totius anni parte, ab iiſdem abſcedentes. Declaramus igitur, eoſdem officio ſuo & debitæ

C reſidentiæ non ſatisfacturos, niſi continuo eamdem omnino præſtare perſeverent. Ideoque curæ ſit omnibus epiſcopis, archipreſbyteros, decanos, ſive teſtes ſynodales monere, & eiſdem injungere, ut jugi circumſpectione invigilantes proſpiciant, ne quis ita ſe a rectoria ſua abſentet, ut perſæpe multis interpolatis diebus, ex toto fere ab eadem abeſſe cenſeatur. Quod ſi quis ita negligens, & propriis commodis inhians reperiatur ; in eum inquiri, & re probata, ad ſacrorum canonum præſcriptum coërceri præcipimus.

IV.

Eodem modo cenſemus de iis qui ſatis leviter docti, abſque epiſcoporum ſuorum licentia eccle-

D ſiam pro tempore relinquentes, in alias tranſmigrant diœceſes. Quapropter nullus deinceps parochus, ſive vicarius in aliqua parochia approbatus, ab eadem abeſſe, & ad aliam diœceſim proficiſci poſſit, niſi præhabita Ordinarii ſui licentia : alioquin pœnis eum in non reſidentes latis affici mandamus : eaque ratione diligenter archipreſbyteri, decani & teſtes ſynodales officio ſuo fungentes, ad Ordinarium deferant puniendum.

V.

Quod autem quamplurimi ad eccleſias parochiales aſſumpti, ſtudiorum peragendorum prætextu,

E a reſidentia præſtanda tutos ſe eſſe contendunt, numquam ad perfectam ſtudiorum metam perventuri : ut eiſdem omnis amputetur occaſio non reſidendi, omneſque rectores forma gregis facti, monens & ad pietatem impellens, exſiſtant : reverendiſſimos coepiſcopos noſtros monemus, & exhortamur, cauti ſint vehementer in bujuſmodi diſpenſationibus ſtudiorum cauſa elargiendis ; nulliſque deinceps concedant, niſi id perſonæ meritum in utilitatem eccleſiæ ceſſurum exigere comprobetur.

VI.

Ceterum epiſcopi, ceterique beneficiorum diſ-

ANNO CHRISTI 1624.

penſatores atque largitores, nulli amodo beneficium curatum, vel reſidentiam requirens, conferant, niſi præſtito prius per eum juſejuſando, ſe aſſiduum in eo futurum, ſemperque commoraturum: cujus juramenti præſtiti certam rationem litteræ beneficii conceſſi contineant.

CAPUT XII.

De prædicatione verbi Dei.

Nullum adeo protervorum ingeniorum ferax ſæculum ſucceſſiſſe reperitur, quam in quod peccata nos noſtra invexerunt, miſericordia tamen Dei protegendos. Nam graſſante præſertim pravitate hæretica, immo ſæviente impietate, quilibet homunciones, vel ex infima plebe, arrepta ſacrilege ſacra Biblia interpretari, & ex iis ſemetipſos paſcentes, ſalutem haurire opinantes: in eadem demum, magno cum animarum interitu, veluti fluctus feri maris, deſpumant ſuas confuſiones, & incautas innocentium animas pertrahunt in judicium magni Dei, vinculis æternis ſub caligine cruciandas. Quo magis enitendum nobis eſſe circumſpicimus, ne verbum vitæ, lucerna pedibus noſtris, ab indignis tradatur, & mixtis manibus, & opinionum nebulis obſcuretur. Ac licet multa ſint ab ultimo provinciali ex concilio ſacro Tridentino decreta, quæ ſi exacte ſervarentur ab omnibus, abunde ſufficere poſſint: attameo pro dignitate rei & neceſſitate, hæc ex ſacris conciliis & canonibus decernere volumus, quæ valde in rem catholicæ fidei fore confidimus: quo tandem fideles plebes divini verbi pabulo exſatiatæ gloriam Dei eructent immortalem.

I.

A perſonis igitur concionatorum incipientes, ſtatuimus nullum eſſe ad tantum munus aſſumendum, quin initiatus ſacro diaconatus ordine, iis virtutum inſigniis, & ſcientiarum divinarum copia ſit inſtructus, quæ ad veritatem verbi Dei pure & orthodoxe prædicandam ſatis valeant. Quocirca eum, an in doctrinæ fidei articulis & dogmatibus a ſacro Tridentino explicatis, clare elucidandis, canone ſcripturæ, peccato originali, juſtificatione, ſacramentis, ſacrificio Miſſæ, purgatorio, invocatione ſanctorum, ſacris Reliquiis, imaginibus ſanctorum, indulgentiis, Papæ auctoritate, jejuniis, dierum feſtorum ratione, verſatus ſit, tentandum eſſe præcipimus.

II.

Ac præterea, eumdem peritiam Bibliorum habere, commentaria varia evolviſſe, ſenſus diverſos callere, traditiones Apoſtolicas tenere, patrum ſcripta legiſſe, & ex iis quemdam ſibi familiarem retinere intendimus: doctrinam inſuper œcumenicorum conciliorum, ſanctorum vitas, Pontificum jura, provincialia concilia & diœceſana ſufficienter memoriæ mandaſſe oportebit: neque ignorare, ſed theologiæ myſticæ operam navaſſe oſtendat: & ut meditandum ſcilicet & orandum, exercitiiſque ſpiritualibus vacandum, indicet: quo pias animas, & in via Dei proficientes, valeat erudire: cum ſcriptum ſit, ſi cœcus cœcum ducat, ambos in foveam cadere.

III.

Hinc edicimus, omnes & quoſcumque religioſos, extra clauſtra viventes, ad concionandum non admittendos: nec alios quoſvis ſæculares, cujuſvis privilegii prætextu, ni prius ab epiſcopo loci, ſcientia, doctrina, & probitate approbati fuerint, licentiamque in ſcriptis obtinuerint. Quod ſervari etiam volumus in iis religioſis, qui eamdem facultatem a ſummo Pontifice adepti, abſque Ordinarii licentia prædicare præſumunt: quos ideo coram Ordinariis conceſſæ facultatis litteras exhibere jubemus; aut ſecus, eadem uti prohibemus.

IV.

Sed nullo modo audiendi ſunt quæſtores eleemoſynarii, ut per ſeipſos, aut alios poſſint prædicare: immo, quod ſanxit ſacrum concilium Tridentinum, nomen eorum extinguendum penitus & abolendum cenſemus: patianturque repulſam hoſpitalarii quicumque, ſeu ab iis deputati, qui colligendæ eleemoſynæ gratia, certas indulgentias circumferunt publicandas.

V.

Quamvis autem parochi, ex vi promotionis ſuæ ad regimen animarum, jus concionandi habere videantur: ne tamen id muneris aſſumant, ſi ſe ea doctrina pollere non exiſtiment, quæ ad pure verbum Dei diſſeminandum ſufficiat, prohibemus: ſed exhortari dumtaxat populum, & monere, quas virtutes amplecti, quæve vitia fugere debeat, indicare: & doctrinam Chriſtianam tradere valeant: ſatiſque ſit illis liber Homiliarius, vel concilii Tridentini catechiſmus parochianis ſuis ex ſuggeſtu prælegendus. Qui vero felicioris fuerint ingenii, cura ſit epiſcopi diœceſani eos ad ſe aliquoties advocare, audire concionantes, illiſque animos addere ad bene & fructuoſe concionandum. Quos autem ad ea munia minus aptos animadvertet, prohibeat; ne deſtruant potius, quam ædificent: ſique illis prædicandi obligatio incumbat, per alium concionatorem munia debita implere compellantur.

VI.

At ne quis concionator, quamvis approbatus, in aliquo diœceſis loco provinciam prædicandi, inſcio Ordinario ſuſcipiat: epiſcopi ſolum ſit, in omnibus ſuæ diœceſis eccleſiis, etiam exemptis, ſed in quibus cura ſit animarum, concionatorem eligere, & conſtituere: conſuetudinibus, & contrariis quibuſcumque abrogatis. Ac non ſecus fiat in iis locis, in quibus pro majori commoditate populi, temporibus Adventus & Quadrageſimæ, concio haberi ſolet in eccleſiis Mendicantium; ſed ad epiſcopum prorſus talis concionatoris electio pertineat. Neque valeat ullo modo eorum ratio qui prætextu, vel eleemoſynarum, vel alimentorum, ad concionatorem ſuſtentandum contribuendorum, eumdem eligendi jus ſibi arrogare præſumunt: ſed id juris ſit omnimode penes epiſcopum: qui ſolita alimenta & eleemoſynas concionatori concedendas, ſubminiſtrari ab iis qui eaſdem ſoliti ſunt impendere, quacumque ratione, etiam per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione remota, curabit.

VII.

Quænam autem concionatori ad populum ſint prædicanda, maximus in iis haberi debet delectus; & quæ ſemel electa fuerint, juxta eum ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta mater eccleſia, in publicum proferantur, & proponantur. Sed præcipue verſetur concionator in evangelii, ſymboli, orationis Dominicæ, ſalutationis Angelicæ, decem

præceptorum, ſacramentorum eccleſiæ, & ſacrorum rituum dilucidatione: nec umquam omittat ſacroſancta myſteria majorum feſtorum, tum religioſum eorumdem anniverſarium cultum: ac io iis colendis ſacratum cærimoniarum rationes & ſignificationes docere, & familiariter tractare: jejuniorum etiam ſtata tempora, Adventus & Quadrageſimæ, aliaque ſacramentalia elucidare: Jubilei item, ſupplicationum ſolemnium, & aliarum devotarum actionum, quæ ſæpe ab Ordinariis indicuntur, ſpiritum & mentem patefacere: ut iis inſtructus fidelis populus paratiorem mentem afferat donis cæleſtibus imbuendam. At officia quicumque peculiaria oſtendere, videlicet, patris, filii, uxoris, domini, ſervi, laïci, privati, magiſtratus, omnium denique ætatum, generum, ordinum, quibus unuſquiſque in officio ſuo continetur, præcipuas partes concionatoris exiſtimet; plebeſque ut eccleſiis obedientes evadant, decreta cum œcumenicorum conciliorum, tum provincialium docere, & ſæpius inculcare. Ex iis antem quæ in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio leguntur, aliquid exponere & explicare, atque inter cetera hujus ſanctiſſimi ſacrificii Miſſæ myſterium aliquod declarare, ex ſacri Tridentini præſcripto longe utiliſſimum.

VIII.

Quæ autem concionatori ſunt fugienda, multa eſſe norunt omnes, ſed hæc dumtaxat præſeribamus. Ne igitur certum tempus Antichriſti, extremi judicii, apocrypha, falſa miracula, fabulas, profana, ambigua, obſcura, dubia, difficilia, ac ſupra plebis captum afferat concionator: neve opiniones hæreticorum introducat coram imperitis hominibus: ſi quando vero opus eſſet, hujuſmodi falſitates reprobet, veritatem catholicam afferendo: quam confirmare, ex ſanctæ eccleſiæ, conciliorum & probatæ conſuetudinis auctoritate, munus erit: exprimendo locos, ex quibus male intellectis peſtifera lues enata ſit, illorum genuinum & catholicum ſenſum afferendo. Vitet autem orationem fucatam, & pigmentis exquiſitis ornatam & concinnatam, ne potius prædicare ſe quam Jeſum Cbtiſtum videatur. Sed iis omnibus futilibus dimiſſis, diligens ſit in reprehendendis vitiis, quæ in populum graſſari potiſſimum animadvertet: quæ ut probe dignoſcere poſſit, cura ſit epiſcopi, ſeu parochorum, in quorum eccleſiis conciones habentur, concionatorem certiorem facere & monere de iis vitiis, in quæ populus ejuſdem loci inclinat, ad ea fortiter poſtea & ſuaviter fugienda & declinanda.

IX.

De modo autem concionandi, quia is a plurimis eſt traditus, placuit nobis & reverendiſſimis epiſcopis, introductionem illam concionatorum, a ſancto Carolo archiepiſcopo quondam eccleſiæ Mediolanenſis, impenſo doctorum ſtudio editam, ut exactam prorſus & dignam, quæ ab omnibus ſervetur, in provincia noſtra obſervari. Quapropter omnibus & ſingulis concionatoribus eamdem penes ſe habere, & juxta eam qua poterunt conciones ſuas efformare præcipimus.

X.

Jam vero in quibus eccleſiis, & quoties ſit habenda divini verbi concio, decernimus in ſingulis eccleſiis metropolitana, cathedralibus, ac parochialibus, ſingulis Dominicis & feſtis diebus ſolemnibus, concionem ad populum habendam eſſe, ſive ab epiſcopis, ſive a parochiis, aut iis legitime impeditis, ab aliis concionatoribus cujuſlibet ordinis, debite approbatis, per eos ad quos pertinet, ſuſtentandis: in quibus ſacra eloquia & ſalutis monita familiari ſermone explanare, eademque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, & fideles in lege Domini erudire par erit: & ne tantus cæleſtis doctrinæ fons irriguus deſinat ubertim dimanare, cura ſit & ſollicitudo Ordinarii, quoſcumque parochos pro redditaum ratione ad concionatorum impenſas perſolvendas per debita juris remedia compellere. Ac ne quis ſibi deſit in hauriendis æternæ vitæ verbis, omnes & ſingulos cujuſcumque eccleſiæ parocbialis parochianos, ut ad eccleſiam ſuam propriam, hauriendi verbi divini & ſacri audiendi cauſa conveniant, exbortamur & monemus: quibuſque concionatoribus, ut ad id ſalutaribus verbis eos impellant, præcipientes.

XI.

De bora autem qua conciones habendæ ſunt, ſervetur cuilibet diœceſi ſua conſuetudo: ſed oulla concio habeatur eadem hora, qua epiſcopus in civitate concionem habet.

CAPUT XIII.

De vita & honeſtate clericorum.

Quantas vires habeat ad continendos in officio fideles, vita & honeſtas clericorum, oſtendunt tot decreta ſuper iiſdem quondam a patribus lata. Ea enim perefficax ſemper viſa eſt docendi populi ratio, ſi quod verbis exprimunt ſacerdotes, id omne vitæ puritate & innocentia præſtantes, in cunctis, fidelibus populis tamquam ſtellæ matutinæ prælucerent.

I.

Decreta igitur ultimi provincialis io omnibus innovantes, ſtatuimus inſuper, nulli ſacerdoti alienæ diœceſis, litteris Ordinarii ſui commendato, in civitate & diœceſi ultra menſem commoraturo, licere ad quaſcumque divertere eccleſias: ſed eum certæ cuidam eccleſiæ, ad ſacra pro devotione facienda, ab Ordinario loci adſcribendum eſſe: ut de ejus moribus & vita parocho ejuſmodi eccleſiæ Ordinario fidem faciente, ex diœceſi aliquando ipſe ſacerdos diſcedens in benedictione dimitti queat.

II.

Quoniam autem vel minimam criminis ſuſpicionem perſonis eccleſiaſticis affingere, plurimos offendit; quoſcumque preſbyteros in noſtra provincia degentes exhortamur, & vebementer monemus, ne pro caritate erga ſorores & neptes exercenda, eas ſecum ſolas in eadem domo retinere, ſed extra potius alere & enutrire procurent: numquam ſecum in eodem cubiculo quieſcere ſinentes. Curent autem epiſcopi, ne ſub eodem parentelæ titulo quoſvis ſacerdotes cum mulieribus cohabitare, antequam de conſanguinitatis veritate plene ſibi conſtet, permittant: alias eoſdem pœnis in jure latis coërceant: de aliis ſacerdotibus, quorum conſanguineæ commodum in ſæculo vivere poſſunt, idem cenſentes.

III.

Eo tendit conſuetudo illa, qua ſacerdotes Dei ad

Digitized by Google

ad quoſvis infantes de fonte ſuſcipiendos a multis invitati, tam gravem perſæpe incurrunt nimiæ familiaritatis ſuſpicionem, quod inde ſcandalum populo generetur pernicioſum. Prohibemus igitur, ne quis parochus infantes in propria parochia, & ex parochianis ſuis natos e ſacro baptiſmatis fonte ſuſcipere queat: non parochos autem monemus & exhortamur, ut hominum hujus ſæculi rubiginoſam familiaritatem devitantes, numquam ad eos infantes ſuſcipiendos accedant, qui ſibi nulla conſanguinitatis & affinitatis ratione conjunguntur. Si quæ autem ſuper his decreta in aliqua diœceſi arctiora pro meliori ejuſdem ſtatu & ordine lata fuerint, eadem ſervari mandamus.

IV.

At quod multi clerici etiam beneficiati coronam & habitum minime geſtare, nec eccleſiis inſervire reperiuntur, ſed militiæ mundanæ ornamentis & veſtibus uti pulcrum putantes, ordinem confundere eccleſiaſtirum, & omnia pervertere viſuntur: omnibus eccleſiaſticis noſtræ provinciæ, cujuſcumque dignitatis, ſtatus & conditionis exſiſtant, injungimus, ut iis veſtimentis, quæ ab ultimo provinciali ſibi præſcribuntur, incedant induti, coronam clericalem geſtantes: ne ſit præterea illis capillatura impariter attonſa: non ſuperioris labii barba arte elaborata aſſurgat: ne rotunda, quam vocant, collo applicata, exſiſtat ad collaria dilatanda & ſuſtinenda, ſed brevia ſint illa & deorſum modeſte inclinata: deponant etiam pallia ex ſericis filis duplicata & contexta, formulæque roſarum ſericæ ſoleis inditæ abjiciantur, deaurata denique calcaria ab iiſdem prorſus longe fiant. Quod ſi qui ſuæ ſortis, calicis & hereditatis Domini immemores, eadem a ſe non abjiciant; & canonicum ſeu clericalem, tanti momenti ad exiſtimationem eccleſiaſticam ronſervandam, ornatum induere renuerint: ii omnes quamprimum a ſuo Ordinario ter moneantur, ut infra competentem terminum, clericalem habitum & coronam geſtare habeant; aut ſecus, creſcente contumacia omnibus ſuis beneficiis priventur, & de cetero ad alia obtinenda inhabiles cenſeantur. Alii autem non beneficiari, privilegiis clericatus ſui non gaudeant, & ad beneficia eccleſiaſtica nequaquam promoveantur: curentque ſollicite locorum Ordinarii, beneficiis ita vacaturis provideatur, ut cura animarum in eis & officia divina nullatenus negligantur. Qui vero ad beneficia, monaſteria ſcilicet, & prioratus conventuales, aſſumpti, ſacris ordinibus initiati, & ſuis muneribus ſatisfacere contemnunt; & quaſi potentes venatores coram Domino militiæ mundanæ armis circumdati, & accincti, vitam degunt eccleſiaſticis plane vitiis indignam: ut infra annum ad ſacros ordines promoveantur, & ex nunc habitum geſtent clericalem, & ſtatui ſuo convenientem, decernimus: aut ſecus, cenſuris eccleſiaſticis, & aliis pœnis afficiendos, ac tandem iiſdem beneficiis privandos eſſe declaramus. Ideoque Regi piiſſimo ac Chriſtianiſſimo ſupplicamus, ad eadem beneficia, ſuæ majeſtati, ratione nominationis, reſervata, ut indebite poſſeſſa & occupata, Sanctiſſimo domino noſtro tales perſonas nominet & præſentet, quales pro conſcientia hujuſmodi beneficiis optime conſulturus arbitrabitur: quo tandem, confuſione ſublata, ordo eccleſiaſticus floreat inter liliata diademata. Neque epiſcopi comprovinciales, in quorum diœceſibus hæ vigent corruptelæ, omittant ea de re Chriſtianiſſimum Regem certiorem facere, & illius pietatem movere indefeſſam.

V.

Indecorum valde & profanationi proximum, ut quis ludicra acturus, veſtes clericales, monachales, & aliquando epiſcopales, induat, populorum plauſum excitaturus. Quare ne id fiat, diſtricte prohibemus, & contravenientes gravi pœna mulctari mandamus.

VI.

Conſulendum tamen iis clericis qui viæ ſe dedentes, gravarentur, ſi conſuetis uterentur indumentis: quocirca liceat iiſdem iter facientibus, veſtimentis uti contractioribus, & ad itinera facienda accommodatis; ſimplicibus tamen, & in quibus honeſtas & decorum ordinis eccleſiaſtici eluceat, quo perſonis Deo dicatis ſuus honos poſſit rependi.

VII.

De clericis ad fora ſæcularia confugientibus, extra caſus a jure conceſſos de litibus diſceptaturis, ſervetur decretum ultimi provincialis: aut ſecus, contraveniens quicumque ſuſpenſionem ipſo facto incurrat, & ad functiones ſuas intra provinciam exercendas nequaquam admittatur: faciatque epiſcopus loci metropolitanum certiorem, quo deinceps comprovinciales epiſcopi rebellem dignoſcentes, a ſuis diœceſibus repellant.

CAPUT XIV.

De promovendis ad beneficia eccleſiaſtica.

Ut integritas eorum qui ad beneficia eccleſiaſtica aſſumuntur, ſalutem animarum procuret, veſtigiis patrum ultimi provincialis inhærentes, reverendiſſimos epiſcopos comprovinciales exhortamur & monemus, ut quæ ab iiſdem patribus de examine promovendorum ad beneficia eccleſiaſtica, ſancita ſunt, in ſuis diœceſibus exſequentes, eas perſonas ad regimen aſſumant animarum, quæ muneribus ſibi impoſitis fructuoſe reſpondere poſſint.

I.

At ne quis pro cujuſvis reſcripti Apoſtolici, vel ſimplicis ſignaturæ exſecutione, exiſtimet, vocem Ordinarii, in ipſis reſcriptis appoſitam, capitulis, abbatibus, aliiſve ſuperioribus ordinum, etiam alias collatoribus competere: declaramus, clauſulam illam, (& rommittatur Ordinario) in hujuſmodi apponi ſolitam, ſolis primatibus, archiepiſcopis, & epiſcopis, ſeu eorum vicariis generalibus convenire & competere: ac proinde nulla ab hujuſmodi capitulis, abbatibus, & aliis quibuſcumque, mandata aut reſcripta Apoſtolica, ſeu ſimplices ſignaturas, ex vi hujuſmodi clauſulæ, exſecutioni demandari poſſe. Nec ſecus de reſignationibus ex cauſa permutationis factis judicamus: ſed ea omnia ad epiſcopos dumtaxat pertinere, excluſis aliis omnibus, edicimus. Quare ſi quid contra eadem actum fuerit, invalidum ſit & inane: & gravi pœna ab epiſcopis contravenientes quicumque, ſæculares vel regulares, coërceantur.

II.

Neque liceat inferioribus collatoribus, abbatibus ſcilicet, & prioribus conventualibus, laïciſve patronis quibuſcumque, ſi quod forſan jus conferendi ſibi ex privilegio conceſſum ſit, & debite

ANNO CHRISTI 1624.

probatum, beneficia eccleſiaſtica curam animarum habentia, conferre, donec ipſi providendi ad eadem beneficia ab epiſcopo examinari, probati, & ad eoſdem remiſſi fuerint: quaſcumque proviſiones & collationes aliter factas, nullas eſſe, & irritas declarantes.

III.

Prohibemus, ne quis deinceps officialis aut judex eccleſiaſticus, aut quicumque alii, cujuſvis privilegii prætextu, monitorias excommunicationis litteras pro rebus deperditis, aut aliis exceſſibus, ad forum eccleſiaſticum contentioſum non deductis, concedant; ac ſuper matrimoniorum denunciationibus, aut quibuſcumque aliis indulgendis diſpenſationes elargiantur: ſed ea omnia ad epiſcopos, ſeu eorum vicarios generales ſolum pertineant. Atteſtationes autem ſuper vita, moribus, & capacitate ad beneficia eccleſiaſtica in forma gratioſa, quam vocant, obtinenda, optimo eccleſiarum regimini adverſarias concedere, nedum ipſi officiales, aut quicumque alii, ſub pœna ſuſpenſionis, ad arbitrium epiſcopi valeant: ſed neque etiam eas ipſi epiſcopi, niſi pro beneficiis conſiſtorialibus, cuiquam concedant.

CAPUT XV.

De ſimonia & confidentia.

Ab origine horrendum Simoniæ ſcelus, eccleſiæ Dei officiens, tantas vires temporis progreſſu ſibi adſcivit, ut interminatione pœnarum excommunicationis, privationis honoris, perpetui anathematis, depoſitionis, infamiæ, ac perpetuæ in monaſterio mancipationis, haud potuerit contineri: cum vel ex ſolo hæreſis, pravitatis, labis, fraudis, infamiæ, contagionis nomine, cujus a Patribus inſimulatum eſt & damnatum ſcelus, potuiſſent homines cupidi ab eodem perpetrando avocari. Quia vero iidem tanta cupiditate eccleſiaſticas res pecunia poſſidendi efferuntur, ut quamvis ſupradictis pœnis jure & ipſo facto perciti, divini judicii acrimoniam non pertimeſcant: acriori nos ſtilo eos ducimus feriendos, variaque ſceleris capita, unde virus in eccleſiæ corpus effunditur, ſeorſum penſata a nobis eſſe præcindenda.

I.

Plurima olim beneficia, muneribus & donariis clara, eaque pinguiora, ad divina officia in eccleſia Dei continuo peragenda fundare antiquiorum Chriſtianorum pietas curavit. Hæc ab eccleſia Dei probata, laudata, cuſtodita. Sanctum ſiquidem, aurum, argentum, æs & alia id genus in tabernaculum Dei tranſportare, & eidem conſecrare. Sed cum ex adipe prodierit iniquitas, & ingens & egens clericorum turba in eccleſiam ſpecie divini officii accuratius peragendi introducta, laïcorum hominum cupiditati & rapacitati nomine fiduciario famulata eſt & inſervivit: tunc prædictorum beneficiorum jura, proventus, redditus, cenſus, ſuppreſſis a ſacrilegis hominibus, titulis, chartis, documentis, contractibus, pro majori parte ab eccleſia ad dominium temporale tranſlata ſunt: pars etiam decimarum parochialium, titulo falſæ infeudationis ſuppoſito & ementito, eodem tranſportata. Quare cum hoc malum præcipuas vires hauriat ab ipſis clericis, ſeu preſbyteris, paupertate preſſis, eorumque nomine fiduciario ſuſtentetur: ſtatuimus, ut quicumque clericus vel ſacerdos beneficia eccleſiaſtica, ſive ſimplicia, ſive parochialia, laïcorum aut aliorum perniciosæ utilitati conſulens, eaque ratione nomen accommodans, repertus fuerit obtinere: præter pœnas excommunicationis, privationis, inhabilitatis, depoſitionis, & alias tam in corpore juris quam in ſummorum Pontificum conſtitutionibus, & ultimo provinciali Burdigalenſi inſertas & latas, quas ipſo facto & jure incurrat: vel in monaſterium ad vilia miniſteria præſtanda detrudatur, vel intra provinciam, ad ſuorum ordinum functiones exercendas numquam recipiatur, omni ſpe miſericordiæ, quod eſt a ſacris canonibus ſancitum, eidem ſublata: niſi tamen tanta fuerit ejuſdem pœnitentia, ut Saanctiſſimo domino noſtro prius rehabilitatus, & functionibus ordinum reſtitutus, a proprio ſuo Ordinario alicui eccleſiæ conſtituatur famulaturus. Laïci vero, donec reſipuerint, omniaque bona ſuppilata eccleſiæ reſtituerint, terribili anathematis mucrone perfoſſi, ab eccleſia Dei, quam tantopere læſerunt, modis omnibus abſcindantur.

II.

Sed cum præcipua cura debeat eſſe, in ſordida confidentiæ labe detegenda, quo tandem palam facta & comprobata, remediis juris ita confodiatur, ut nuſquam reviviſcat, ſed evaneſcat prorſus, & extinguatur: ea nobis viſa ſunt præſcribenda, quibus utcumque pateat abhorrendum ſcelus. Quicumque igitur clerici, vel ſacerdotes, coram Ordinario ſuo ad exhibendas beneficiorum ſibi collatorum litteras citati vel juſſi ad ſynodum diœceſanam aſportarent, vel in viſitatione præ manibus haberent, eas non potuerunt exhibere, ſed ab alio detineri faſſi fuerunt: qui ad ſacros ordines, ſine juſto titulo & ſufficienti ad vitam, promoti fuerunt: qui fructus beneficiorum ad plures annos collocatos in præpotentum domos tranſportari ſiverunt: qui ſæpius ægrotantes eadem beneficia reſignaverunt, & rurſus eadem convaleſcentes retinuerunt: quicumque etiam collatores, & reſignantes, inter quos peſſima quadam conſuetudine convenit, ut reſignatum beneficium certæ perſonæ & deſignatæ infallibiliter conferatur: qui ſine intentione clericandi beneficia ad tempus retinent, in cognatos tandem reſignanda, eoque modo de uno ad alium transferenda, & perpetuo in eadem domo, quaſi hereditario jure poſſidenda: hi omnes de ſimoniæ & confidentiæ labe ſuſpecti valde cenſeantur, ac in eos tamdiu procedatur, & inquiratur, quoad ſimonia ſeu confidentia detecta, canonice puniantur. In aliis vero omnibus, ita invigilent ſedulo collatores, Ordinarii, ut minima confidentiæ & ſimoniæ ſuſpicio proviſiones quaſcumque remoretur, judicium ſuſpendat, donec diſcuſſo dubio veritas plenius innoteſcat. In qua quidem inveſtiganda ordinem, cum in Sixti V. Pontif. Max. conſtitutione, tum in ultimo provinciali præſcriptum, ſervari præcipimus. Utque ſciant omnes, nulluſque ignorantiæ cauſas conquirere poſſit, ex quibus rationibus agendum: ad exſtirpandam ſimoniæ & confidentiæ labem, eamdem Sixti V. Pont. Max. conſtitutionem in ſingulis ſynodis diœceſanis, immo & in omnibus eccleſiis parochialibus, per annum aliquoties infra Miſſarum ſolemnia legi & publicari, Ordinarii ipſi ſollicito ſtudio procurabunt.

III.

Augent impiorum hominum audaciam, per-

Digitized by Google

verſa quorumdam conſilia, ac plurimorum in tegendo ſcelere ſilentium. Quare felicis recordationis Pauli II. Pont. Max. conſtitutioni innitentes, quicumque mediatores & adjutores, quo actus ſimoniæ ſeu confidentiæ perficeretur, exſtiterunt, aut ad id favorem, conſilium, aut auxilium, quomodolibet dederunt: eos omnes ſententiam excommunicationis incurriſſe, a qua niſi a ſummo Pontifice abſolvi non poſſunt præterquam in mortis articulo, declaramus: taleſque iis excommunicationum denunciationibus quæ in prono ſingulis Dominicis, infra Miſſarum ſolemnia, contra ſortilegos & alios impietatis ſatores feruntur, adjungendos, & pro excommunicatis denunciandos decernimus. Ac inſuper monitorias litteras, ſive excommunicationes, quoties ſalubriter videbitur expedire, a ſingulis Ordinariis decerni, & per ſingulas diœceſum parochias emitti: quibus, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis ſæcularibuſque perſonis, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, præcipiatur, ut eos omnes quos ſimoniam & confidentiam hujuſmodi commiſiſſe, vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe & fuiſſe ſciverint, per ſe vel per alios revelare quantocius non omittant. Quod ſi non fecerint, abſolvi non valeant, donec revelatione facta, tanti criminis detecti complices arctius puniantur. Moneaturque ſæpiſſime, per parochos & concionatores, fidelis populus, eos omnes qui directe vel indirecte pecuniam ad beneficia eccleſiaſtica, ſibi vel aliis acquirenda, contulerint, promiſerint, aut conferri & promitti curaverint, aut quod aliud pecunia æſtimabile, ad hunc finem contribuerint, excommunicatos eſſe, a via Dei averſos, & a bonis eccleſiæ Dei, penitus excluſos: quibus monitionibus crebro repetitis & inculcatis, ab horribili flagitio fideles retineri non vane confidimus.

IV.

Majores turbas agunt nobiles quidam, infelicium videlicet noſtrorum temporum viri potentes, qui pinguiorum beneficiorum dulcedine illecti, in eam devenere audaciam, ut ſpretis quibuſcumque juribus, diviniſque & humanis judiciis poſtpoſitis, beneficia eccleſiaſtica contra jus omne retinere, ab iiſque juſtos poſſeſſores vi & armis propulſare & depellere contendant. Unde non ſolum turbantur, ſed ceſſant divina Officia, eccleſiæ diruuntur, fides quorumdam nutat, plebs verbi Dei fame enecta jacet, hæreſis dilatatur, ſeminatur impietas & adoleſcit, ira Dei denique in gentes & regna diffunditur, & agri Dominici pulcritudo peſſumdatur. Quæ omnia cum ſæpius nos & reverendiſſimi epiſcopi comprovinciales maturo judicio penſitaremus, & eccleſiam Dei quaſi Jeruſalem in pomorum cuſtodiam tranſlatam compuncto animo cerneremus, armaque militiæ noſtræ in tanta impietate auſus ſacrilegos comprimere non poſſe diu judicaremus Dominique ſalutem eſſe & benedictionem profiteremur: ab ipſo piiſſimo laborantium protectore indefeſſis lacrymis petendum duximus, ut quod in manu ſua tenet cor Regis, illud tandem inclinet ad ea edicenda & peragenda, quæ ad pernicioſam ſimoniæ & confidentiæ peſtem e regnis ſuis depellendam ſatis valeant. Hæc igitur a Chriſtianiſſimo eodemque piiſſimo & invictiſſimo Rege rogamus, ac per viſcera miſericordiæ Dei, in pulcritudine a ſe partæ pacis obſecramus.

1. Bullas ſeu conſtitutiones ſummorum Pontif.

A Pii V. & Sixti item V. in ſimoniacos & fiduciarios, ad abolendam ſordidæ confidentiæ labem latas, in regnis ſuis publicari, recipi, ſervari, & ſecundum eaſdem lites judicari jubeat.

2. Claros & inſignes pietate viros, cum ex cleri ſupremo ordine, tum ex variis nobilitatis & juſtitiæ ordinibus ſelectos & aſſumptos, ad ſingulas regnorum ſuorum provincias Angelos pacis emittat, qui in circuitu timentium Dominum, amare defleant ruinas ob infamem illam confidentiam dehiſcentes; & ad eaſdem implendas, capita belluæ inquirant & exquirant diligenter, conquiſita vero & detecta ad ſe deferant, juſtitiæ manu obtruncanda.

3. Eaque ratione quoſcumque præpotentes & B nobiles viros, cujuſcumque conditionis, ſtatus, ordinis, & dignitatis exſiſtant, fructus beneficiorum eccleſiaſticorum indebite corradentes, juraque eccleſiarum ad ſe trahentes, tamquam ſacrilegos ſeveris pœnis coerceat, atque adeo ex albo nobilitatis expunctos, ab ipſo nobilitatis gradu defeciſſe, edicto publico declaret.

4. Utque ea quæ ſuper his decernentur & definientur, debitæ exſecutioni demandentur, nulluſque deinceps ad diſturbandam Domini meſſem, & domum Dei concutiendam, aſſurgat ſatan: legatis provinciarum committat ac præcipiat, armata manu ſingula judicia, decreta, mandata, & edita exſequantur, tueanturque domum Dei viventis & videntis: donec ſacerdotibus C eccleſiæ Dei reſtitutæ, purgatæ, nitidæ, auro incruſtatæ, pelluceant, Officia divina in iiſdem reſonent: & ſicut in diebus antiquis piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum Regum, verba vitæ æternæ eo fideles advocent, ad conſtituendum diem ſolemnem in condenſis pro feliciſſimo Regis Chriſtianiſſimi ſtatu & proſperitate.

V.

De ſyndico in ſingulis diœceſibus conſtituendo.

In tantis hujus ſæculi corruptelis, litiumque diſceptationibus & cauſis definiendis, per tot anfractus dilationum & circuitus formalitatum (ut vocant) adeundum, tot tamque graves impenſæ D ſupportandæ, ut ſacerdotes tenuiores, quibuſcumque juribus licet innixi, definitivam tamen ſententiam ſuper beneficiis agitatis ſi exſpectent, ætatem ſane cum omnibus bonis plane conſumment; quam etiam ſententiam obtentam, refragante adverſariorum prædivitum potentia, exſecutioni demandare nequaquam poſſe, ſatis compertum eſt. Ea de re, nos juſtis & canonicis tenuiorum ſacerdotum conatibus conſulentes, decernimus, in qualibet diœceſi provinciæ noſtræ, virum eccleſiaſticum capacem, preſbyterum zelo divino accenſum, & in rebus gerendis ſolertem ſyndicum ab epiſcopo cum clero ſuo in ſynodo diœceſana eligendum & inſtituendum eſſe: qui juſto procu- E ratorio firmatus & conſtitutus, totius diœceſis, cleri nomine, cauſas tenuiorum ſacerdotum ubicumque, quomodocumque, & coram quibuſcumque judicibus, impenſis communibus agere, promovere, & diſceptare teneatur: donec litibus profligatis omnino, & ſacerdotibus in poſſeſſionem pacificam beneficiorum contra reſiſtantem ſacrilegorum audaciam introductis, ex fructibus dictorum beneficiorum obtentorum, habita redditunm eorumdem ratione, prædictarum impenſarum pars quædam annuatim, uſque ad plenam ſolutionem, illius diœceſis clero rependatur.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

De ſeminariis.

Quia decretum ab ultimo provinciali latum de ſeminariis in ſingulis diœceſibus inſtituendis, nondum ubicumque & uſquequaque exſecutione demandatum eſſe conſtat : nos neceſſitate hujuſmodi ſeminariorum mature conſiderata, & ſingulis viis & modis, quibus finem ab omnibus optatum aſſequi valeamus, magna cum cura penſatis : decernimus, omnia & ſingula in hujuſmodi decreto deſcripta & ſancita, a ſingulis epiſcopis comprovincialibus exacte obſervanda ; quæ ut quamprimum fiant, eoſdem coëpiſcopos noſtros per ſalutem animarum ſibi a ſummo paſtore concreditarum ex- B hortamur & obſecramus. Et ne aliqua tanti boni communicationem remoretur difficultas, cum fere nulla ſint beneficia ſimplicia, quæ ſeminariis poſſint annecti & uniri : poſſint comprovinciales epiſcopi unam eccleſiam parochialem dumtaxat, pinguioris præſertim proventus, ſeminariis unire & incorporare : eoque nomine Sanctiſſimo domino noſtro ſupplicetur, ut in hoc univerſalis ſuæ providentiæ ſollicitum ſtudium impendat.

CAPUT XVII.

De monaſteriis.

I.

Quia quamplurimum priores curati ordinis ſancti Auguſtini canonicorum regularium, & alii regulares curam animarum habentes, ideo ſe a reſidentia exemptos putant, quod ex voto monaſteriis inſerviendis ſunt deputati : declaramus, quoſcumque regulares curam animarum habentes, ad reſidentiam in prioratibus curatis, & aliis beneficiis quibus animarum cura annexa eſt, præſtandam teneri : abbates vero & quoſlibet præpoſitos, ad alios monachos ſuis monaſteriis addicendos obligari. Curent igitur epiſcopi, ut hujuſmodi priores & alii regulares in eccleſiis ſuis reſideant, alias pœnis eos in non reſidentes latis coërceant : abbates autem & quoſvis monaſteriis præfectos, ut muneribus ſatisfaciant, jure compellant.

II.

Abbates, priores, & quicumque ex privilegio uſum mitræ & baculi habentes, nequaquam iis ornamentis & inſigniis uti poſſint, niſi intra ſepta monaſteriorum ſuorum : idque de abbatibus titularibus, & ab epiſcopo benedictis ſolum, intelligatur.

III.

Regulares quicumque, ſine licentia ſuorum ſuperiorum vagantes, ab epiſcopis locorum puniantur, & ad ipſos ſuperiores, ut inſtitutum ſuum ſervent, remittantur. Eremitæ vero ſine licentia epiſcoporum a cellulis diſcedere non præſumant : aut ſecus, ſevere coërceantur.

IV.

Controverſias omnes de præcedentia, quæ perſæpe cum ſcandalo oriuntur inter eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares quam regulares, cum in proceſſionibus publicis, tum in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda umbella, & aliis ſimilibus, epiſcopus, amota omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcumque, A componat. Exempti autem omnes tam clerici ſæculares, quam regulares quicumque, etiam monachi, ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur, iis tantum exceptis qui in ſtrictiori clauſura perpetuo vivunt.

V.

Monaſteria autem, eccleſiæ, conventus, aut collegia ædificari non poſſint, nec ulla congregatio ſæcularis aut regularis, in quibuſcumque diœceſum locis inſtituatur & firmetur, ſine licentia & expreſſo conſenſu epiſcopi.

CAPUT XVIII.

De prioratibus & capellis.

Innumera pæne beneficiorum ſimplicium, maxime regularium, multitudo pro continuo divinæ majeſtatis celebrando cultu, anteceſſorum noſtrorum pietatem & zelum arguit indefeſſum : ſed hoc noſtro ævo infelici beneficiorum hujuſmodi expilatio, & ſordidæ avaritiæ & irreligioſæ profanationi ſubſerviens proſtitutio, majorum zelum in filiorum cordibus jamdudum extinctum eſſe commonſtrat.

I.

Quare ſollicito ſtudio epiſcopi quoſcumque prioratus ſimplices cujuſvis ordinis ſæcularis vel regularis ſingulis annis, & quoties opus eſſe judica- C verint, viſitare aggrediantur, diligenterque quænam officia divina ipſis ſint impendenda, quæ onera ſupportanda, quive fructus, cenſus, & proventus redeant quotannis, & a quo percipiantur, exquirant : ut eo modo præcognitis officiis divinis & oneribus, ea tandem in eccleſiis prioratuum hujuſmodi continuo decernant perſolvenda. Si vero nulla ratione quænam ſint, inveſtigari poſſit, tunc ſingulorum beneficiorum cenſibus & proventibus ponderatis, prout magis vel minus accreſcere & decreſcere dignoſcentur, de officiis peragendis ita cenſeant Ordinarii, ut eadem beneficiis plene reſpondeant ; contravenientes quoſcumque priores, per ſequeſtrationem fructuum, & alias pœna ad debita onera compellendo : non obſtantibus qui- D buſcumque pravis conſuetudinibus, & corruptelis in contrarium allatis.

II.

In his autem prioratibus viſitandis, ubi eccleſiæ dirutæ, & priorales domus, ſive temporum injuria, ſive priorum incuria disjecta jacent, Ordinarii debito incumbentes officio, ex redditibus dictorum prioratuum certam quotannis partem, pro arbitrio ſuo definiendam, in hujuſmodi eccleſiarum reſtaurationem, & domorum reædificationem, decernant impendendam ; donec omnibus priſtino ſtatui reſtitutis, antiquus etiam cultus & debita reducantur officia. Et ne tam ſalutaris E decreti exſecutionem ullum remorari poſſit impedimentum, per ſequeſtrationem fructuum hujuſmodi beneficiorum, vocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, Ordinariis ipſi procedant.

III.

Præcipue inveſtigandum, an hujuſmodi prioratus pinguioris redditus, ſimplices nuncupati, conventuales exſiſtant : quod vel ex ipſis eccleſiarum ædificationibus, & ædificiorum formis & figuris, vel ex horum omnium ruderibus facile diſpici po-

Digitized by Google

teſt. Sique eos inter conventuales annumerari conveniat: curandum, ut tot religioſi in eis inſtituantur, quot conſuetudo & proventuum rationes exigere videntur. Neque in hoc audiendi priores commendatarii reclamantes, ſed ad debita officia & onera hujuſmodi accurate reddenda, debitis juris remediis compellendi. Quod ſi forſan tot religioſi ſtatim non inveniantur, beneficiorum hujuſmodi fructibus ſuſtentati ſacerdotes ſæculares, religioſorum onera & officia auctoritate Ordinarii ſuppleant, donec ipſi reperti muneribus ſuis ſatisfacere perſpiciantur.

IV.

Monaſteria autem cujuſcumque ordinis, pro majori parte ſolo æquata, & in quibus Officia divina pro inſtituti ratione non rependuntur, curent Ordinarii ut reſtituantur, parſque tertia proventuum reparationibus & ædificationibus applicetur; donec reſtaurato monaſterio, clauſtris, & domibus exſtructis, monachi regulam & inſtitutam ſervare poſſint.

V.

Providendum certe capellis, quarum bonis pro majori parte uſurpatis & ſuppilatis, ex ſolo earumdem nomine pietas fundatorum commendatur. Idcirco nos ut tanto ſacrilegio utcumque occurramus, in omnibus noſtræ provinciæ, metropolitana, cathedralibus, collegiatis, aliiſve regularium & Mendicantium eccleſiis, primo quoque trimeſtri, catalogum ſeu inventarium omnium capellaniarum inibi reſpective fundatarum fieri, officia cujuſlibet notari, bona & cenſus exquiri, fundationes evolui, & quænam officia & onera cuilibet impoſita deſcribi, capellanos quoſcumque citari, & ad officia pendenda, & onera ſupportanda, cogi decernimus: ac deinceps idem inventarium, ita cum exacta cura perfectum ad Ordinarium deferri: ex quo cum duobus canonicis a capitulo deputatis, ipſe Ordinarius, capellaniis certi proventus recognitis & probatis, officia deſtinet facienda; & catalogum e quo quæ cuilibet capellaniæ officia conveniant, & quibus peragenda, pateat, choro affigi decernat: de aliarum autem capellaniarum proventibus minus certis, amplius inquirendum cenſeat. Sed de iis quarum tanta onera præſcribuntur, ut habita reddituum ratione rependi non poſſint, cura erit epiſcopi ea ad juſtum penſum reducere, & ſacra facienda ad pauciorem numerum redigere. Quod de iis capellaniis in aliis eccleſiis fundatis fieri omnino cenſemus: tamdiuque procedendum donec hujuſmodi capellaniarum probatione habita, eiſdem canonice provideatur.

VI.

Et ne, quod ſupereſt hujuſmodi capellaniarum, incuria aliqua depereat, ſed potius conſervetur, deperdita vero aliquo pacto recuperentur: ſtatuimus, edicto publico per Ordinarios ferendo monendum eſſe populum in quibuſlibet diœceſum eccleſiis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut quicumque bona, reditus, cenſus, prædia, agros, aut alia quæcumque ad quaſcumque capellanias pertinentia indebite poſſident & retinent, ea ſtatim capellanis quamprimum reſtituant: quicumque autem inſtrumenta, documenta, & fundationes earumdem, præcipue notarii, apud ſe detinent, nomina capellaniarum, proventuum & redituum earumdem, ſuper & ex quibuſcumque domibus & prædiis debitorum norunt: qui denique officia divina & onera ratione hujuſmodi capellaniarum perſolvenda & ſupportanda, vel viſu vel auditu, vel quoquo pacto ſciverint, ea omnia patefaciant, dicant & revelent: curentque ſollicite rectores eccleſiarum, ut cunctos ſuos parochianos, peccati gravitate penſata, ad veritatem detegendam impellant.

VII.

Sed neque ſatis. Cum enim maxima pars hujuſmodi capellaniarum, a pueris clericis, habitum clericalem non geſtantibus, occupetur: edicto eos publico, præ foribus eccleſiarum, in quibus hujuſmodi capellaniæ ſunt fundatæ, affigendo, citari decernimus, ut coram Ordinario intra competentem terminum ſiſtentes, jurejurando ab eis præhabito dicant quot & quales capellanias retinent, quæ earumdem bona, cenſus, reditus, ubi ſita, quas fundationes, documenta & inſtrumenta, apud ſe habeant: ex quibus ſtatus hujuſmodi capellaniarum perſpici poſſit, & probari; eaque exhibeant, ſtatim dicant, & patefaciant: ſed & quænam officia præſtanda, & onera ſupportanda, vel ex ſeipſo, vel ex fama publica dignoſcentes declarent. De quibus omnibus, omni meliori forma & modo actum, quo ſtatus, ordo & conditio hujuſmodi capellaniarum conſerventur, conſcribi præcipimus: rebelles vero, contumaces, & citationi non ſatisfacientes, tamdiu debitis juris remediis agitari decernimus, quoad vel debitæ citationi pareant, & juſſis Ordinarii obſequantur, vel tandem ipſis capellaniis priventur, aliique demum capaces & idonei ſubſtituti officia divina accurate perſolvant.

VIII.

Ac ne poſthac hujuſmodi capellaniarum ordinem & ſtatum bene reſtitutum, ulla perturbet confuſio: ſtatuimus omnium inſtrumentorum, fundationum, & documentorum quorumcumque, atque etiam actorum perquiſitionis proventuum, & ſtatus hujuſmodi, ac etiam bonorum immobilium, duo inventaria facienda eſſe: quorum unum in eccleſia, in qua ipſæ capellaniæ dignoſcuntur fundatæ, alterum in archivio cathedralis aſſervari & cuſtodiri decernimus: ac inſuper tabulam in qualibet eccleſia affigendam, ex qua quibuſcumque clarus ſit & pateat numerus capellaniarum; officia denique, & onera: quo capellani in aliquo deficientes, ſtatim diſpici queant, & ad Ordinarium deferri.

Caput XIX.

De Monialibus.

Monialium monaſteria, hortos ſponſarum Chriſti concluſos, intra quorum ſpinoſa ſepta pulcritudinem expendunt, ſuaviſſimos odores exhalant liliata ſerta, omni cuſtodia cuſtodiri, & ne ulla ex parte aquilonum rigore umquam marceſcant, circumcludi providendum.

I.

Quapropter ſacris canonibus inhærentes, epiſcopi ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, monentur, ut in omnibus monaſteriis exemptis, & non exemptis, clauſuram ſanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui; & ubi inviolata eſt, conſervari maxime procurent: inobedientes, atque contradictores, per cenſuras eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes: in-

vocatu etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

II.

Nemini autem monialium liceat, poſt profeſſionem, exire a monaſterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, niſi ex legitima cauſa, ab epiſcopo approbanda, indultis quibuſcumque & privilegiis non obſtantibus.

III.

Ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine epiſcopi vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare antem tantum epiſcopus vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis: neque alius ullo modo poſſit, etiam vigore cujuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi.

IV.

Sed libertati profeſſionis virginum Deo dicandarum proſpicientes, ſtatuimus atque decernimus, ut puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, major duodecim annis ſit; non ante, eum ſuſcipiat: nec poſtea ipſa vel alia profeſſionem emittat, quam exploraverit epiſcopus, vel eo abſente, vel impedito, ejus vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat: & ſi voluntas ejus pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas juxta monaſterii illius & ordinis regulam, nec non monaſterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat. Cujus profeſſionis tempus ne epiſcopus ignoret, teneatur præfecta monaſterio eum ante menſem certiorem facere. Quod ſi præfecta certiorem epiſcopum non fecerit; quamdiu epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit. Ne vero puella intra ſepta monaſterii recluſa voluntatem minus declaret, ex monaſterio egreſſa coram altari eccleſiæ præcipuo audiatur; & ſi perſeveret, clauſuram ſtatim repetat.

V.

Hinc fit, ut ex ſacris canonibus, anathemati ſubjiciamus omnes & ſingulas perſonas, cujuſcumque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laïcos, ſæculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocumque coëgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quemcumque mulierem invitam, præterquam in caſibus in jure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cujuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem: quicumque conſilium vel favorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubjicimus eos, qui ſanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo ſine juſta cauſa impedierint. Eaque omnia & ſingula, quæ ante profeſſionem vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſerventur, non ſolum in monaſteriis ſubjectis epiſcopo, ſed in aliis quibuſcumque. Ceterum in aliis rebus conſtitutio Gregorii XV. a præſenti concilio recepta & publicata ſervetur.

CAPUT XX.

De ſepulturis.

In hoc conveniunt omnes populi, ut de ſepulturis ſit illis præcipua cura: ſed præſertim Chriſti fidelibus, ut uno in loco religioſo, bene ſepto & rite benedicto, ab omnibus ſordibus alieno, membra Spiritus ſancti quondam templa, in reſurrectionem vitæ e pulvere proceſſura, ſepeliantur, & ab eis quævis arceantur profana, & ſubmoveantur, procurare, ſemper commendatiſſimum.

I.

Cumque ultimum provinciale concilium, de ſepulturis agens, ea ſanxerit quæ olim ſanctos Patres religioſe cuſtodiſſe ſacræ teſtantur hiſtoriæ: eadem nos innovantes, omnibus parochis, eccleſiarum æditius, ac dominis temporalibus, ne cui deinceps intra eccleſias jura ſepulturæ, & cujuſvis ſedis imponendæ, & in eis retinendæ, concedere poſſint, interdicimus. Sed ea facultas dumtaxat epiſcopis reſervetur: qui penſata perſonæ qualitate & merito, ita ea concedant, ut raro in heredes tranſire ſeu transferri poſſint: neque intra chorum ſeu cancellos eccleſiarum, niſi rariſſime; & inter quæ, & præcipuum eccleſiarum altare, decem ſaltem pedes intercedant.

II.

Non liceat autem in eccleſiis jura ſepulturæ obtinentibus, ſepulturæ ſuperficiem a terra vel tantillum erigere, ſed ea pavimento ſit æqualis ſemper. Sique monimentum aliquod incidi petant, id in parietibus, de licentia Ordinarii tantum fieri poſſit; nullumque jus ſepulturæ quævis uſurpatio, ſine titulo ab epiſcopis conceſſo, cuiquam acquirere valeat: poſſintque viſitatores eccleſiarum officio incumbentes, omnia ſedilia, ſine auctoritate epiſcopi, eccleſiis impoſita, amovere, & de ſepulturis conceſſis inquirere, ne hac ratione eccleſiarum pax & populi interturbetur.

III.

Poterunt autem ſacerdotes, eccleſiarum patroni ſive fundatores, & domini temporales, parochiarum juriſdictionem ſæcularem habentes, in eccleſiis ſepeliri: ſed in eorumdem funeribus funebres orationes haberi, ſine epiſcopi licentia, prohibemus. Quæ tamen ſi umquam fieri concedantur, caveant concionatores, ne vana vane commendare cenſeantur.

IV.

Cœmeteria vero religioſe olim habita, modo aperta & profanationi proſtituta, curent quamprimum epiſcopi, ut quacumque ratione concludantur: & ſi quæ viæ publicæ in iiſdem reperiantur, ceſſent amodo, obſtruantur, & alio transferantur: vel ſi id fieri non poſſit, muri utrimque conſtruantur, vocato ad hoc, ſi opus fuerit, poteſtatis ſæcularis auxilio.

V.

Sed ut eccleſiis debitus honor & cultus rependatur, cœmeteriis autem ſua conſervetur ſanctitas & religio: ſi quæ hæreticorum in iiſdem tumulata ſint cadavera, exhumari, & extra eccleſias & cœmeteria tranſportari, locaque reconciliari, vocato ad hoc, ſi opus, poteſtatis ſæcularis auxilio, quam

primum præcipimus. Et ne ſub ſpecie humanitatis, ulla catholicis inuratur impietatis & hæreticæ pravitatis macula, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, omnibus & quibuſcumque perſonis, ne deinceps funeribus, baptiſmis, matrimoniis, ſponſalibus, ceteriſque actionibus hæreticorum, irreligioſum eorum cultum redolentibus, intereſſe poſſint, interdicimus. Curentque epiſcopi auctoritate præſentis concilii, tales perſonas, niſi ab his impietatibus abſtinere velint, nominatim denunciate.

VI.

In ſepeliendis autem fidelium corporibus, prohibemus, ne quis ea regularis e domo efferat, aut ſtolam ad id gerat extra ſui monaſteri ſepta: neve ſacramentum Euchariſtiæ ad infirmos deferre, aut mulieres puerperas in eccleſiam introducere præſumat: cum ea omnia ad parochos pertinere dignoſcantur. Qui ſecus fecerit, graviter ad arbitrium Ordinarii puniatur. Numquam autem quivis regulares, ad eligendam ſepulturam in ſus monaſteriis, ſub pœnis in conſtitutione Bonifacii VIII. quæ incipit, *Animarum periculis*, contentis, ullos inducant.

CAPUT XXI.

De viſitatione.

I.

Quoniam ea quæ ad viſitationem fructoſe & canonice in quibuſlibet eccleſiis perficiendam neceſſaria videbantur, fuſe admodum & exacte ab ultimo provinciali declarata ſunt & tradita: ea nos omnia & ſingula innovantes, & obſervari præcipientes, ſacris canonibus innixi, decernimus inſuper, monaſteria cujuſcumque ordinis, quorum regulares congregationibus generalibus ſive provincialibus nondum aggregati, aut in quibus, licet aggregati ſint, regula & inſtitutum nullo modo ſervatur, ab Ordinariis epiſcopis locorum ſingulis annis viſitanda: non obſtantibus exemptionibus, conſuetudinibus & privilegiis quibuſcumque in contrarium allatis; contradictores omnes pœnis, ſanctorum Patrum conſtitutionibus latis, compeſcendo.

II.

Archidiaconi vero & alii, de conſenſu Ordinarii epiſcopi dumtaxat viſitantes, & quicumque id munus exequentes, jus procurationis, niſi perſonaliter viſitent, exigere non poſſint.

III.

Archipreſbyteri ſeu decani in ſingulis diœceſibus conſtituti, jugi circumſpectione mores clericorum, ſtatum & ordinem parochiarum, ac etiam laïcorum, ſollicite obſervent & proſpiciant, deque iis omnibus ſingulo quoque menſe epiſcopum certiorem faciant. Et ne propter archipreſbyteratus diſtantiam minus officio ſuo ſatisfacere poſſint: in cujuſlibet archipreſbyteratus tractu, duo rectores aut plures pii eccleſiaſtici, teſtes in ſynodo diœceſana ab Ordinario nominati & electi, archipreſbyteris ſeu decanis adjungantur: qui zelo regiminis eccleſiaſtici inflammati, ſedulo invigilent, & Ordinarium ſtatis temporibus, de ſtatu, conditione, & exceſſibus hujuſmodi archipreſbyteratus certiorem faciant: poſſintque Ordinarii archipreſbyteris, decanis, & teſtibus ſynodalibus, inquiſitionum ſeu informationum conficiendarum, ſine alio ſpeciali mandato, facultatem, quo citius quæcumque vitia purgentur, & cuncti in ordine contineantur, concedere: quas inquiſitiones & alias probationes ab iiſdem perfectas, teneantur officiales recipere, & ex iiſdem ad alias juris remedia procedere.

IV.

Syndici autem, æditui, operarii, & alii bonorum eccleſiarum receptores, aut procuratores quicumque, teneantur coram epiſcopis, & aliis de eorum conſenſu eccleſias hujuſmodi viſitantibus, rationes ſuæ adminiſtrationis exhibere & reddere: examinatis autem omnibus, quæ ſuperfuerint, ipſis eccleſiis impendere.

CAPUT XXII.

De concilio provinciali, & pœnis,

Quia ab ipſius naſcentis eccleſiæ exordio, caritate præſertim tum efferveſcente, nihil utilius ad propagandam fidem, ſuavius ad corrigendos exceſſus, ſolidius ad populos intra terminos antiquorum continendos adinventum eſt, quam ut certis temporum intervallis epiſcoporum concilia haberentur: nos eam curam in nobis & reverendiſſimis epiſcopis comprovincialibus ita excitandam eſſe ducimus, ut ea deinceps cogere numquam omittamus: hinc ſperantes, tot malorum ſegetes, ex nefariis noſtrorum temporum hæreſibus, nefandis impietatibus adhuc pullulantes, eradicari poſſe, & ad vitæ æternæ ſemina ſuſcipienda novale novari.

I.

Quare ultimum concilium provinciale, primum poſt ſacroſanctum & œcumenicum Tridentinum, tanta cura, ſollicitudine & labore, a bonæ memoriæ Antonio prædeceſſore noſtro, & reverendiſſimis tum epiſcopis comprovincialibus habitum & abſolutum, a ſancta Sede Apoſtolica in benedictione approbatum, & ab omnibus cum plauſu & mentis jubilatione receptum approbantes, omnia & ſingula illius decreta in omnibus ſervari præcipientes, ſtatuimus, ſecundum provinciale noſtrum Deo favente, ad triennium ab hinc proximum, in hac metropoli, die a nobis indicenda habendum eſſe, & celebrandum; in quo peragendo eam a nobis & reverendiſſimis coepiſcopis formam, quæ ab ultimo canonice præſcripta eſt, ſervandam fore declaramus.

II.

Teneantur omnes epiſcopi, ſub pœnis ſacris canonibus latis, ſtata die concilio adeſſe. Itaque in benedictionibus tempora prævenire curent: ut illuminata mente, & purgato ſpiritu principali affectu, conjunctis & ſollicitis animis eccleſiæ Dei providere poſſint.

III.

Et ne tot decreta condere, & canones conſtituere, vanum ſit & infructuoſum, niſi ſeveris pœnis in contravenientes latis eadem demum firmentur, & in vigore conſerventur: præter eas pœnas in ultimo & præſenti concilio fixas, & conſtitutas, aliæ etiam omnes ſacris canonibus & conſtitutionibus inſertæ, quas innovamus, ab omnibus epiſcopis, officialibus, & judicibus eccleſiaſticis quibuſcumque, adduci poſſint, & juxta eaſdem contravenientes quicumque puniri.

ANNO CHRISTI 1624.

IV.

Sed caveant quicumque, ſive epiſcopi, ſive officiales, & judices eccleſiaſtici, in hujuſmodi pœnis & mulctis infligendis, ne quid commoditati propriæ, & utilitati conſulentes, ſibi attribuant: ſed omnia prorſus in pios uſus convertantur & impendant: parte tamen aliqua pro eorum arbitrio accuſatoribus & delatoribus relicta.

V.

Quoniam autem nihil tam clarum & apertum, quin ſubinde tergiverſatio aliqua offuſcare poſſit: hincque difficultates & ambiguitates quædam ſuboriri poſſent, exſecutionem decretorum impeditura: omnium & ſingulorum decretorum præſentis concilii, declarationem, elucidationem, & interpretationem, donec proximum provinciale habeatur concilium, ad nos pertinere definimus.

VI.

Cumque multa in præſenti concilio, quæ particulatem cujuſlibet diœceſis ſtatum attingunt, forent decernenda: ea nobis & reverendiſſimis epiſcopis, in ſynodis diœceſanis, ex ſacris canonibus, pro prudentia & zelo linquimus definienda.

VII.

Et ne aliquis harum noſtrarum conſtitutionum ignorationem prætendere poſſit, omnibus reverendiſſimis coëpiſcopis noſtris mandamus, ut eaſdem in proximis ſuis ſynodis publiee legi & recitari jubeant. Omnibus autem ordinis eccleſiaſtici viris præcipimus, ut intra tres menſes, poſtquam prædictarum conſtitutionum liber editus fuerit, eumdem ſibi comparent, apud ſe habeant, atque diligentiſſime legant, & mente teneant: idemque in ſingulis cathedralibus, collegiatis & parochialibus eccleſiis, certo aliquo loco repoſitus aſſeruetur: declarantes univerſas has conſtitutiones, poſt ſextum menſem a die earum promulgationis, in eccleſia noſtra metropolitana factæ, plenam auctoritatem habituras: ac ex eo tempore omnes & ſingulos, eorum obſervationi perinde devinctos & obligatos eſſe, ac ſi ſingulariter eis præſentibus ſignificatæ & intimatæ fuiſſent: & ſi contra quidquam admiſerint, pœnis & mulctis, quæ in eis conſtitutæ ſunt, teneri. Ab eo etiam promulgationis die tempus eorum decretorum inchoari decernimus, quibus certo præſcripto dierum ſpatio, aliquid præſtari juſſum eſt.

VIII.

Hæc autem omnia & ſingula concilii præſentis decreta, ut noſtra omnia, Sanctiſſimo domino noſtro, Chriſti in terris vicario, univerſalis eccleſiæ moderatori ſummo, æternum vigilantiſſimo, perluſtranda, corrigenda, emendanda, & amplianda, genibus in obedientiam flexis ſummittimus: faxitque ſummus animarum paſtor, lux vera, lumen de lumine, ut lucerna humilitatis noſtræ pro curandis animabus, & ad eum accedens illuminetur, & facies noſtræ non confundantur.

NOs F. tituli ſancti Praxedis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis, hujus baſilicæ archiepiſcopus, Aquitaniæ primas, hæc decreta a nobis definita ſubſcripſimus.

A *F. Cardinalis archiepiſcopus Burdigalenſis.*

Ego Antonius, epiſcopus Condomienſis, ſubſcripſi.
Ego Antonius, epiſcopus eccleſiæ Engoliſmenſis, ſubſcripſi.
Ego Henricus Ludovicus, epiſcopus Pictavienſis, ſubſcripſi.
Ego Franciſcus, epiſcopus Petracoricenſis, ſubſcripſi.
Ego Michaël Raoul, epiſcopus Santonenſis, ſubſcripſi.
Ego Henricus, epiſcopus Malleacenſis, ſubſcripſi.
Ego Emericus, epiſcopus Lucionenſis, ſubſcripſi.

B NOMINA ET COGNOMINA procuratorum, cum cathedralium, tum aliarum eccleſiarum, qui concilio interfuerunt.

Procuratores eccleſiæ metropolitanæ.

JAcobus Deſaigues, decanus.
Petrus Peyriſſac, canonicus, archidiaconus.
Gilbertus Grimaud, canonicus.
Petrus Moiſſet, canonicus.

Procurator eccleſiæ Pictavienſis.

Petrus Couſtiere, canonicus.

Procuratores Santonenſis eccleſiæ.

C Guillelmus Truoy, canonicus.
Helias Pitard, canonicus.

Procuratores Aginnenſis eccleſiæ.

Balthazar Gelas, archidiaconus major.
Petrus Sauveur, canonicus.

A parte cleri Aginnenſis.

Joannes Girardin.
Joachim de Bourges.

Procuratores eccleſiæ Condomienſis.

Antonius de Cous, canonicus & archidiaconus major.
D Stephanus Margeon, canonicus.

A parte cleri.

Joannes de Foix, rector Neraci.
Bartholomæus la Fargue, rector Deſprez.

Procuratores Engoliſmenſis eccleſiæ.

Joannes Meſneau, Theſaurarius eccleſiæ Engoliſmenſis.
Leonardus de la Foreſtie, canonicus.

Procuratores Petracoricenſis eccleſiæ.

Joannes Pichard, canonicus & archidiaconus.
Petrus du Chaiſne, canonicus, archidiaconus.

E *Procurator monaſterii cathedralis Malleacenſis.*

Frater Valentinus Ourry, infirmarius Malleacenſis.

A parte cleri.

Hilarius de la Pommeray, archidiaconus.
Jacobus Vaſlin, rector Fonteniaci.

Procuratores Lucionenſis eccleſiæ.

Henricus Admiraut, canonicus.
Franciſcus Richeteau, canonicus.

A parte

Anno Christi 1624.

A parte cleri.

Renatus Favier, canonicus & ſuccentor.
Hilarius Calier, canonicus eleemoſynarius.

Procurator eccleſiæ Sarlatenſis.

Paſchalis de la Brouſſe, canonicus.

A parte cleri.

Joannes de Carbonniers de Jayac, decanus eccleſiæ Sarlatenſis.

Procuratores eccleſiæ collegiatæ ſancti Severini, qui initio tantum interfuere, ob præcedentiam ante procuratores cathedralium non conceſſam.

Joannes de Coſages, theſaurarius.
Petrus de Cruzeau, ſactiſta.
Joannes de Moucy, canonicus.
Petrus de Beaulieu, canonicus.

Procurator eccleſiæ collegiatæ ſancti Æmiliani.

Romanus Barbot, canonicus eleemoſynarius.

Procurator monaſterii ſanctæ Crucis Burdegalenſis.

Frater Archambaudus Chriſtut, monachus ſubprior.

Nomina theologorum & canoniſtarum : & primo metropolitanæ eccleſiæ.

Gilbertus Grimaud, doctor facultatis Pariſienſis.
Raymundus de Stricti, Societatis Jesu.
Jacobus Gordonus, Societatis Jesu.
Aſcenſius Henriquez de Monnegro, doctor theologus, & canoniſta.
F....... Jordanus Ord. ſancti Franciſci de Obſervantia.
F. Silveſter Grandis, Recollectus.
Bernardus Deſpruts, canonicus Santonenſis, doctor theologus, vocatus ab illuſtriſſimo domino metropolitano.
Frater Archambaudus Chriſtut, doctor theologus.

Santonenſis eccleſiæ.

Helias Pitard, doctor theologus.

Aginnenſis.

Petrus Sauveur, doctor theologus.
Bernardus Dauſe, doctor theologus.
Imbertus Rocquiert, doctor theologus.

Pictavienſis.

Petrus Humeau, doctor theologus.
Dionyſius Guilloteau, doctor theologus.

Condomienſis.

Stephanus Margeon, doctor theologus.
Joannes Dauré, doctor theologus.
Bartholomæus la Fargue, doctor theologus.

Petracoricenſis.

Joannes Pichard, doctor theologus.

Malleacenſis.

Frater Valentinus Ourry, doctor facultatis Pariſienſis.
Hilarius de la Pommeraye, doctor facultatis Pariſienſis.
Jacobus Vaſſin, doctor facultatis Pariſienſis.
F. Rolandus Bourdon Auguſtinianus, doctor facultatis Pariſienſis.
Petrus Charon, in decretis baccalaureus.

Lucionenſis.

Jacobus de la Boulaye, Baccalaureus in theologia facultatis Pariſienſis.

A

Sarlatenſis.

Paſchalis de la Brouſſe, doctor theologus.

Promotores concilii.

Petrus Peyriſſac, & Joannes Meſneau, qui ſupra.

Secretarii concilii.

Joannes Bertheau, archidiaconus metropolitanæ, & Petrus Sauveur, qui ſupra.

ACTA EJUSDEM CONCILII.

EDICTUM DE CONCILIO.

B Franciſcus, miſeratione divina ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Praxedis presbyter Cardinalis de Sourdis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia archiepiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ primas.

CONcilia provincialia bis quondam in anno haberi ſolita, & per ſacroſanctum & œcumenicum Tridentinum ſingulo quoque ſaltem triennio in ſingulis provinciis habenda, etſi turbata Gallia, in eccleſia noſtra metropolitana nondum habere potuimus : nunc tandem armis invictiſſimi Ludovici XIII Chriſtianiſſimi Galliarum Regis, C pace reducta, favente Chriſto Jeſu Salvatore noſtro, quamprimum cogere aggredimur. Cum enim is optimus conſervandæ diſciplinæ eccleſiaſticæ a patribus divino numine afflatis ſit introductus modus, ita ſollicite ac fructuoſe olim ſervatus; & pro corrigendis exceſſibus, moribus reformandis, querelis & controverſiis componendis, ab œcumenico Tridentino ſalubriter demum innovatus : viſum nobis incumbendum in hanc curam, qua deinceps concilia provincialia ſtatis temporibus habeantur. Quare nos, quod ad majorem omnipotentis Dei gloriam & ſanctorum ejus, eccleſiarumque provinciæ noſtræ incrementum bene vertat & cedat : concilium provinciale in eccleſia noſtra metropolitana Burdigalenſi ad Kalendas D Octobris proximiores habendum & inchoandum decrevimus : ad idque reverendiſſimos dominos epiſcopos comprovinciales noſtros, per litteras noſtras ad ſingulos nominatim datas evocavimus : Univerſis ideo & ſingulis, qui pro more hujus provinciæ de jure vel conſuetudine conciliis provincialibus conſidere debent, & aliis quibuſcumque, etiam exemptis, qui ſua intereſſe putant, mandantes, ut ſub pœnis in jure & ultimo provinciali contentis ad condictam diem adeſſe curent : pios quoſcumque fideles, qui in agro Dominico confertas ſegetes ad meſſem inalbeſcere exoptant, pro tantis operariis, Dominum meſſis rogent, enixe hortantes. Ac ne quis inſcius a concilio abſit & E deficiat, neve cauſam ignorantiæ prætendere poſſit : præſens edictum fieri, & per ſecretarium noſtrum ſubſcribi, ſigilloque noſtro muniri juſſimus : idque ad valuas, cum metropolitanæ noſtræ, tum ſingularum cathedralium, & inſignium collegiatarum affigi voluimus.

Burdigalæ, die XXVIII. menſis Julii, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto.

ANNO CHRISTI 1624.

LITTERÆ SCRIPTÆ AD reverendiſſimos dominos epiſcopos provinciæ.

Franciſcus miſeratione divina ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Praxedis, &c. Reverendiſſimo domino epiſcopo N. ſuffraganeo noſtro, ſalutem in Domino.

REverendiſſime domine : Quod tantopere ab ipſius aſſumptionis noſtræ ad ſedem Burdigalenſem exordio optavimus ; & a Deo Patre & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, in Spiritu ſancto demiſſe expetere conati ſumus : ut ad moderandos mores, corrigendos exceſſus, controverſias componendas, aliaque ex ſacris canonibus permiſſa, ad præſcriptum ſacroſancti œcumenici concilii Tridentini, & nuperi provincialis Burdigalenſis, opportuno tempore ſynodum provincialem cogeremus : id tandem tempore accepto agendum ſuſcepimus. Quare pro ſuſcepti regiminis officio provinciæ noſtræ reverendiſſimos epiſcopos ad ſynodum epiſcoporum evocare rati, eamdem in noſtra eccleſia metropolitana Burdigalæ ad Kalendas proximiores Octobris incboandam & habendam cenſuimus & ediximus : ad eamque amplitudinem V. pro auctoritate noſtra metropolitana vocare, & ut ſtato die omnino interſit, monere, prout præſentibus noſtris litteris vocamus & monemus : niſi (quod abſit) aliquod te juſtum quo inious adeſſe concilio queas, detineat impedimentum : quo tamen exſiſtente, tuum erit id quamprimum nobis ſignificare, & juxta canonicas ſanctiones probare ; procuratoremque ita ac in ultimo provinciali præfinitur, ad ſynodum mittere, ſtatum & ordinem tuæ diœceſis demonſtraturum, & a concilio decernenda ad te demum relaturum. Cum enim ſacrorum canonum decreta, & patrum ultimi provincialis veſtigia, una cum reverendiſſimis coëpiſcopis noſtris in concilio tum exſiſtentibus, exacte premere cupiamus : cogeremur certe, pœnis te in dicto provinciali contra abſentes latis vel inviti ferire. Eoque nomine amplitudinem V. reverendiſſimam, ne nobis & ſibi deſit monemus : ac præterea, ut edictum noſtrum ſuper celebratione ſynodi paucis verbis conceptum, & in his litteris incluſum, in ſuæ cathedralis & aliarum inſignium ſuæ diœceſis, ſi quæ ſint, eccleſiarum valvis, ut quibuſcumque innoteſcat, & nullus excuſationi pateat aditus, affigendum & publicandum diligenter curet, illiuſque publicationis per acta publica cito nobis fidem facere velit. Quod vero antiſtitem ad ſynodum provincialem accedentem, aliquot cum dignitate tum eximia & ſingulari pietate præſtantes viros, ex ſacrorum canonum decretis ſecum adducere juvat & præcipitur ; quo citius videlicet, dilucidius, & uberius ſingula pertractentur ; & ea quæ correctione indigere videbuntur, ſuavius in ordinem reducantur ; quæque ſancte decreta fuerint, facilius animis demittantur & exſecutioni demandentur : ſintque qui ad futurum concilium contravenientes, & a recto canonum tramite aberrantes, quoſcumque deinde rebelles, infracto animo deferant puniendos ; aliaque ſtatuenda certis locis & per concilium ſtabilienda ſollicito ſtudio pervideant & iovestigent : idcirco amplitudinem V. reverendiſſimam hortamur, tria præſtare velit : Primum quidem ut duos ex capitulo ſuo, & doctrina & probitate præſtantes viros ſe- A cum ducendos, qui ſynodi tractatibus intereſſe poſſint, & ſuper iis maxime quæ rem ipſius capituli contingunt, proſpicere, aſſumat. Alterum, duos etiam ex totius cleri corpore, qui rerum experientia & doctrina prævalentes, ſynodo prodeſſe poſſint, accerſat. Denique ut alios item duos, & eos quidem pro ſingulari ſua vigilantia ſpiritu ferventes, & quorum corda zelus domus Dei comedat, vitæ puritate & innocentia claros ; qui a concilio munus accipiant, a fine ipſius ad proximum uſque, jugi circumſpectione diœceſim perluſtrandi, & ſingula quæque a canonibus & patrum decretis vel minimum deviantia notandi, eademque ad proximiorum denique ſynodum provincialem accurate referendi, ſeligat & ſecum ducat. Idque B certe vehementer optamus : eo modo ſperantes poſſe, antequam & pæne jam antiquatam diſciplinam eccleſiaſticam recuperari, dignitatem noſtram retineri, jura & bona eccleſiæ vindicari, animarumque ſalutem procurari. Ac ut in ea iſta felicius ac fructuoſius pro dignitate agitentur & eveniant, cum omne donum perfectum de ſurſum ſit, & a Patre luminum deſcendat, eaque ratione ſummis precibus ab ipſo expetendum & exſpectandum : reverendiſſimam V. amplitudinem etiam atque etiam rogamus, ut mente celebrationem concilii præcedente in ſingulis ſuæ diœceſis eccleſiis, quemadmodum in ultimo provinciali cautum eſſe conſtat, preces & ſupplicationes cum jejunio indicat C & decernat, pro ſalutari nimirum concili ingreſſu, progreſſu, & exitu : quo in ipſis patrum acclamationibus, Dominum in roitum noſtrum cuſtodiſſe, & exitum uſque in ſæculum, quilibet lætus perſentiſcat & proclamet. Interim amplitudinem V. reverendiſſimam Deus diu incolumem ſervet, ſummopere precamur.

ANNO CHRISTI 1624.

Decretum de modo vivendi in concilio.

Franciſcus miſeratione divina, *&c.*

CUm tanta ſit divinæ bonitatis erga figmentum humanum dignatio, ut quamvis peccatorum ſordibus inquinatum, benedictionibus illud tamen ſuæ dulcedinis præveniat, & pellectum miſe- D ricordiæ ſuavitate deducat in miſerationibus coronandum : tuncque illi divini luminis radius affulgeat, cum depoſitis Pœnitentiæ ſacramento injuſtitiæ ſuæ pannis novum hominem induit, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis ; idcirco ad induendos provinciæ noſtræ populos virtute ex alto, a ſacroſancto concilio Tridentino, ſpiritu dictante divino, concepta, effuſa, & declarata, nos accingentes, in eum primo omnium oculos humilitatis noſtræ conjicimus, qui ſuo obtentu faciem terræ renovare, acceſſu recreare, greſſus noſtros dirigere, & lucernam noſtram illuminare poteſt. Quamobrem ut olim in Sina ad E percipienda divina mandata electo populo veſtimenta lavari, mundari, tertiumque in diem parari præceptum eſt ; quo ſcilicet cæleſtia illa verba nitidis impreſſa præcordiis firmius inhærerent : ita nos, civitatis Burdigalenſis cives, & quoſlibet in ea degentes, quorum & totius provinciæ gratia, ſalutaria decreta concilium meditatur, paterno ac eo quo poſſumus paſtorali affectu hortamur ac monemus, ut negotiorum temporalium diſcuſſa, qua ſæpius Spiritus ſancti odores extinguuntur, caligine, radio divinæ caritatis illuſtrati, peccata ſua detegentes, deteſtentur, ſacramento Pœnitentiæ contractas ſordes eluant, auctori gratiæ in ſacra

ANNO CHRISTI 1624.

ſynaxi ſeſe conjungant, operibus juſtitiæ incumbant, pauperum inediam & egeſtatem miſericordia ſublevent, incarceratis & præ tenuitate pudore affectis auxilium præſtent, eoſque qua maxime poterunt, conſolentur, mutuiſque conſiliis proximos laborantes quoquo pacto juvent: ſobrie, caſte, juſte, & pie, ut decet veros Chriſtianos & catholicos, vivant: orationibus inſtent, ad divinum auxilium nobis & patribus in concilio aſſidentibus impetrandum: memores divini eloquii, qualis populus reperitur, talem & ſacerdotem eſſe, & a Deo concedi. Omnibus ideo nos in hac civitate degentibus jejunium quartæ & ſextæ feriæ, & diei ſabbati primæ concilii hebdomadæ ſervari mandamus. Ac ut non ſolum ſalutaribus verbi monitionibus ad id moveantur fideles plebes, ſed efficaci vitæ exemplo veluti impellantur: reverendiſſimos dominos epiſcopos comprovinciales noſtros monemus vehementer, puris mentibus ad Deum accedant, ſacroſancto Miſſæ ſacrificio quotidie interſint, illud ſaltem ter in hebdomada celebrent: frugali menſa, in qua ſe ſacra lectione reficiant, utantur: ſingulis ſextis feriis jejunent, orationibus frequenter Deum exorent, familiares in officio contineant: pauperibus & egenis ſemineot in benedictionibus, & de ſubſtantia ſua Omnipotentem honorent: omnibuſque animæ nervis contendant, ut quæ ad debitam provinciæ noſtræ, cum cleri, tum populi reformationem, in gaudio de fontibus Salvatoris hauſerint, ea demum propalent & in medium proferant.

Præterea ut tanti conatus intendant proſpere & procedant, membraque ſimul cum capite caritate connexa, & igne divini amoris ardentia mutuo ſeſe juvent auxilio: in omnibus eccleſiis hujus Burdigalenſis civitatis, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium de Spiritu ſancto ter in hebdomada, diebus videlicet Dominico, Martis, & Jovis, celebrari; quotidie litanias ſanctorum inter procedendum cum orationibus congruentibus recitari, collectam de Spiritu ſancto a quolibet ſacerdote celebrante aſſumi: ac demum, quod ait Apoſtolus, obſecrationis, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, in primis pro ſanctiſſimo domino noſtro Urbano Papa, pro Chriſtianiſſimo Rege noſtro Ludovico, pro ceteris regibus & principibus Chriſtianis, aliiſque dignitate in populo præcellentibus, denique pro omnibus hominibus fieri præcipimus: ut iis ſalutaribus modis in caritate radicati & fundari, idem ſapientes, idemque ſuſcipientes, orbi Chriſtiano pace reddita, ad dejiciendas impietatis machinas & hæreſis technas, unico illo caritatis nexu fœderati, poſt tot tantaſque in bellis civilibus ſanguinis Chriſtiani effuſiones, ſeſe tandem accingant.

Ne vero durante concilio in eccleſia Dei ullo pacto interturbetur ſacer conſeſſus; colloquia, deambulationes, tumultus, ſtrepitus, & alia id genus amoveri, ceſſare, & amandari jubemus: e contra omnes aſſiſtentes ea modeſtia, vultu, geſtu, inceſſu, compoſitione conſiſtere, quibus & corpore & animo iis quæ a nobis peraguntur, præſto adeſſe & intendere diſcernantur.

In congregationibus autem ſive privatis, ſive publicis, qui intereſſe debent & poſſunt, ea moderatione animi & lenitate, qua viros ſpiritu Dei afflatos animi ſui ſenſa ſine ulla altercatione aut contentione proferentes decet, uti peroptamus.

Nullus item ratione præcedentiæ, ſive in congregationibus, exoriatur tumultus: nec in alium jus aliquod ob id ſibi acquiſitum eſſe quis exiſtimet: ſed cuilibet ſua jura, eo quo ante concilium competebant modo, decernimus conſervari.

Denique quemadmodum in ultimo provinciali canonice cautum eſt, ne quis epiſcopus, aut alius qui concilio intereſſe debet, ab hac civitate Burdigalenſi, ante ejuſdem concilii finem, ſub pœnis in eo & jure contentis, diſcedere poſſit, niſi prius ſuæ diſceſſionis cognita cauſa, examinata, & probata fuerit; eoque caſu procurator, qui actis concilii ſuo & eccleſiæ nomine ſubſcribat, & ejuſdem concilii decreta ſuſcipiat, debite ſit conſtitutus prohibemus.

CONGREGATIO PRIMA PRIVATA, habita in ſecretiori conſiſtorio porticus palatii archiepiſcopalis.

Die ultima menſis Septembris, anno Domini MDCXXIV, habita congregatio privata in ſecretiori conſiſtorio porticus palatii archiepiſcopalis Burdigalæ, ab illuſtriſſimo domino cardinali, & archiepiſcopo, cui interfuerunt reverendiſſimi domini epiſcopi comprovinciales, Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, & Lucionenſis: ibique actum de modo habendæ congregationis publicæ, de creandis officiariis, ſeu adjutoribus concilii, de præcedentia procuratorum & eccleſiarum cathedralium inter ſe: de theologis & canoniſtis aſſumendis, de prima ſeſſione, de congregationibus privatis & publicis, & ſecunda ſeſſione indicenda. Quibus peractis, illuſtriſſimus dominus cum reverendiſſimis dominis epiſcopis habuit congregationem publicam.

CONGREGATIO PUBLICA PRIMA, habuit in porticu palatii archiepiſcopalis, ad eaſdem congregationes deſignata.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die ultima menſis Septembris, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Urbani, divina providentia Papæ VIII. ſecundo, fuit congregatio publica in porticu palatii archiepiſcopalis Burdigalenſis, deſignata ad habendas publicas congregationes: in qua præſidens exſtitit illuſtriſſimus & reverendiſſimus dominus dominus Cardinalis, & metropolitanus: reverendiſſimus dominus Antonius de Coux, Condomienſis, antiquior ſuffraganeus: reverendiſſimus dominus Claudius Gelas, epiſcopus & comes Aginnenſis: reverendiſſimus dominus Henricus Ludovicus Rupipozeus, epiſcopus Pictavienſis: reverendiſſimus dominus Franciſcus de la Beraudiere, epiſcopus Petracoricenſis: & reverendiſſimus dominus Emericus de Bragelonne, epiſcopus Lucionenſis; qui omnes juxta ordinem conſecrationis conſedere. Hinc illuſtriſſimus dominus metropolitanus, capitulorum & aliarum eccleſiarum deputatis edixit, ut eumdem ordinem ſervarent inter ſe, quem reverendiſſimi domini epiſcopi, ratione antiquioris conſecrationis ad epiſcopatum ſervarent; idque eſſe & juribus & rationi conſentaneum. Quibus prolatis, ad ea inſurgentes reverendus dominus de Pitard, canonicus, theologus eccleſiæ cathedralis Santonenſis, & reverendus dominus Guillelmus Truoy, canonicus ejuſdem eccleſiæ, ambo a capitulo deputati, petierunt cum omni honore & reverentia ab illuſtriſſimo metropolitano, quæ illu-

ANNO CHRISTI 1624.

ſtriſſimæ dominationi placuere, perpendere, non A eſſe eumdem ordinem, qui inter reverendiſſimos dominos epiſcopos ſervatur, inter capitula, ratione præcedentiæ, ſervandum : hæc enim numquam mutari dicebant, illos vero ſæpe. Quare cum inter capitula cathedralium, ratione inſtitutionis eorum, antiquiorem locum eccleſia Santonenſis obtineret : poſtularunt, ut poſt Pictavienſis eccleſiæ deputatos locum aſſumerent, & ceteros antecederent. Eadem petiere alii deputati. Quibus cum id non poſſe concedi ab illuſtriſſimo domino metropolitano reſponſum : actum tamen eiſdem eſt conceſſum, ſi alio in loco conſiderent, nullum inde ſibi eccleſiæ præjudicium generari, quominus probata antiquitate, & jure prætenſo poſtulata concederentur. His dictis, illuſtriſſimus dominus metropo- B litanus in cathedra a terra paululum elevata, aſſurgens detecto capite, recitavit orationem, *Adſumus*. Et pauca præfatus de fine concilii, conſtituit & edixit, ſingulis diebus duas congregationes habendas : primam privatam hora octava ante meridiem, in qua intereſſent ſoli epiſcopi : alteram publicam, hora prima pomeridiana, in qua omnes deputati capitulorum, & doctores infra nominati. Tuncque juſſum ut omnes, præter deputatos & doctores, tam ex civitate adſcitos, quam ab reverendiſſimis dominis epiſcopis adductos, exirent a concilio. Hinc ventum ad procuratoria deputatorum expendenda. Ac primum exhibitum eſt procuratorium deputatorum eccleſiæ metropolitanæ, C quo procuratores conſtituuntur & deputantur reverendi domini, magiſtri Jacobus Deſaigues, decanus : Petrus Peyriſſac, canonicus, archidiaconus Blavienſis : Gilbertus Grimaud, canonicus theologalis : & Petrus Moiſſet, canonicus, in ſacra theologia licentiatus.

Secundo, exhibuit procuratorium reverendus dominus magiſter Petrus Couſture, preſbyter, in utroque jure licentiatus, canonicus eccleſiæ cathedralis Pictavienſis, a capitulo ejuſdem eccleſiæ deputatus.

Succeſſere tertio, loco reverendi domini, Guillelmus Truoy, preſbyter, canonicus eccleſiæ Santonenſis, & conſiliarius in præfectura Santonenſi ; & Helias Pitard, preſbyter, canonicus theo- D logalis dictæ eccleſiæ, qui procuratorium exhibuere.

Quarto, prodiere reverendi domini, magiſtri, Balthazar Gelas, archidiaconus major eccleſiæ Aginnenſis, & Petrus Sauveur, preſbyter, canonicus theologalis ejuſdem eccleſiæ : & procuratorio oblato, & diſcuſſo, conſedere : quibus pro clero diœceſis Aginnenſis adjuncti reverendi domini domini Joannes Girardio, & Joachim de Bourges, adducti a reverendiſſimo domino epiſcopo.

Quinto, ſurrexerunt reverendi domini magiſtri, Antonius Decous, canonicus, & archidiaconus major eccleſiæ Condomienſis ; & Stephanus Margeon, canonicus theologalis dictæ eccleſiæ : & ex- E hibuerunt procuratorium, & ſtatim locum acceperunt.

Sexto, explicarunt procuratorium ſuum reverendi domini, magiſtri, Joannes Meſneau, theſaurarius eccleſiæ Engoliſmenſis, & in præfectura Engoliſmenſi conſiliarius regius ; & Leonardus de la Foreſtie, canonicus ejuſdem eccleſiæ, juris utriuſque licentiatus.

Septimo, ſurrexit reverendus dominus magiſter Joannes Pichard, preſbyter, canonicus & archidiaconus eccleſiæ cathedralis Petracoricenſis : qui ex- A hibito procuratorio ſedit : & conceſſum reverendo domino du Chaiſne, canonico, & archidiacono ejuſdem eccleſiæ, abſenti, procuratori item a capitulo in eodem procuratorio conſtituto, locum retinere.

ANNO CHRISTI 1624.

Octavo, reverendus dominus Frater Valentinus Ourry, monachus, infirmarius monaſterii cathedralis Malleacenſis, exhibuit procuratorium, & locum accepit.

Reverendi item domini, magiſtri, Hilarius Pomeraye, preſbyter, doctor in ſacra facultate theologiæ Pariſienſis ; & Jacobus Vaſlin, preſbyter, doctor theologus facultatis Pariſienſis, rector Billatiæ Fonteniaci Comitis, diœceſis Malleacenſis ; exhibuere procuratorium a clero totius diœceſis B Malleacenſis.

Nono, procuratorium capituli eccleſiæ cathedralis Lucionenſis eſt expenſum ; quo reverendi domini magiſtri Henricus Admiraut, & Franciſcus Richeteau, canonici eccleſiæ prædictæ Lucionenſis, procuratores dicti capituli conſtituuntur. Petivit autem reverendus dominus Admiraut, ut inter capitula non ita ab antiquo inſtituta, primum locum obtineret : quia ſi juxta ordinarium reverendiſſimi domini epiſcopi Lucionenſis, nuper ad munia epiſcopalia aſſumpti locum retineret, hoc eccleſiæ ſuæ præjudicium inferretur. Cui reſponſum, ex eo nullum eccleſiæ ſuæ præjudicium generari poſſe, quemadmodum in decreto de modo C vivendi continebatur. Actum tamen conceſſum præfato domino Admiraut, ſe ea verba in concilio dixiſſe.

Decimo, adfuerunt reverendi domini, magiſtri, Joannes de Foix, preſbyter, rector Neraci ; & Bartholomæus la Fargue, rector beatæ Mariæ Deſprez, deputati a clero diœceſis Condomienſis, a quo exhibuere procuratorium ſibi conceſſum : & conſedere.

Procuratoria collegiatarum.

De eccleſiis collegiatis acceſſere, pro eccleſia ſæculari & collegiata ſancti Severini, prope & extra muros Burdigalenſes, reverendi domini, magiſtri, Joannes de Couſages, theſaurarius ; Pe- D trus de Cruſeau ſacriſta ; Joannes de Moucy, & Petrus de Beaulieu, canonici eccleſiæ prædictæ : qui exhibito procuratorio, & diſcuſſo, locum in concilio ſumpiere.

Adfuit ultimo reverendus dominus magiſter Romanus Barbot, canonicus & eleemoſynarius eccleſiæ ſæcularis & collegiatæ ſancti Æmiliani, diœceſis Burdigalenſis : cui procuratorio conceſſo, conceſſum etiam in concilio aſſidere.

Quæ omnia procuratoria diſcuſſa, & examinata, approbata ſunt ab illuſtriſſimo metropolitano, & reverendiſſimis epiſcopis, prout juribus congruunt dumtaxat.

De adjutoribus concilii.

E Hinc egit illuſtriſſimus dominus metropolitanus, de adjutoribus concilii eligendis, & conſtituendis. In primis conſtituit promotores reverendos dominum magiſtrum Petrum Peyriſſac, preſbyterum, & canonicum, & archidiaconum Blavienſem in eccleſia metropolitana ; & magiſtrum Joannem Meſneau, canonicum, & theſaurarium Engoliſmenſis eccleſiæ, conſiliarum regium in præfectura Engoliſmenſi.

Secundo, deſignavit ſecretarios concilii reverendos dominos, magiſtrum Joannem Bertheau,

preſbyterum, in ſacra theologiæ facultate licentiatum, archidiaconum Fronſaci in eccleſia metropolitana, & magiſtrum Petrum Sauveur, preſbyterum, canonicum theologalem eccleſiæ cathedralis Aginnenſis.

Tertio, ad diſcutiendas abſentium cauſas & excuſationes, tum ad cauſas particularium audiendas, liteſque & controverſias inter reverendiſſimos dominos epiſcopos, & eorum capitula ſubortas, componendas, vel ad ſynodum referendas; reverendiſſimos dominos epiſcopos, Aginnenſem & Petragoriceoſem, conſtituit: quibus adjunxit in ſubſidium reverendos dominos Balthazar Gelas, archidiaconum majorem eccleſiæ cathedralis Aginnenſis; Heliam Pitard, canonicum theologalem Santonenſem, & Henricum Admirault, canonicum Lucionenſem: qui ſi quid afferretur in præfatos reverendiſſimos dominos epiſcopos judices conſtitutos, id expenderent, & ad ſynodum referrent.

Theologi, & canoniſtæ.

SEd præcipue ratio habita eſt ab illuſtriſſimo domino metropolitano, & reverendiſſimis epiſcopis, theologorum, & canoniſtarum.

Theologi metropolitanæ eccleſiæ nominati ſunt.

Reverendus dominus Gilbertus Grimaud, canonicus theologus metropolitanus.

Patres, Raymundus de Strictis, & Jacobus Gordonus, preſbyteri Societatis Jeſu.

Doctor Henriques de Monnegro, theologus, & canoniſta.

Pater .... Jordanus, de Obſervantia.

Pater Silveſter Grandis, Recollectus.

Reveſendus dominus Bernardus Deſpinera, canonicus eccleſiæ Santonenſis, doctor theologus, vocatus ab illuſtriſſimo metropolitano.

Theologi adducti a reverendiſſimo domino epiſcopo Lucionenſi.

Reverendus dominus Jacobus de la Boulaye, baccalaureus in ſacra facultate theologiæ Pariſienſis.

A parte cleri Lucionenſis.

Reverendus dominus Renatus Favier, canonicus, & ſuccentor Lucionenſis.

Reverendus dominus Hilarius Calier, canonicus, eleemoſynarius Lucionenſis.

Theologi adducti a reverendiſſimo domino epiſcopo Aginnenſi.

Reverendi domini magiſtri, Petrus Sauveur, canonicus theologus: Bernardus Daure: & Imbertus Roquier.

Theologi a reverendiſſimo domino epiſcopo Pictavienſi adducti.

Reverendus dominus magiſter Petrus....... canonicus eccleſiæ Pictavienſis, doctor theologus.

Reverendus dominus magiſter Dionyſius Guilloteau, preſbyter, canonicus theologalis eccleſiæ Pictavienſis.

Theologi a reverendiſſimo domino epiſcopo Condomienſi.

Reverendi domini magiſtri, Stephanus Margeon, canonicus theologales Condomienſis: Joannes Daure, preſbyter, doctor theologus: Bartholomæus la Fargue, preſbyter, doctor theologus.

Theologus Santonenſis.

Reverendus dominus Elias Pitard.

Theologus Petracoricenſis.

Reverendus dominus Pichard, canonicus theologalis.

Theologi Malleacenſes.

Reverendi domini Frater Valentinus Outry, monachus, theologus Malleacenſis: Hilarius de la Pommeraye, doctor theologus Pariſienſis: Jacobus Vaſlin, doctor Pariſienſis: Franciſcus Bourbon, Auguſtinianus, doctor Pariſienſis: magiſter Petrus Charon, preſbyter, in decretis licentiatus.

Tandem decretum eſt, primam ſeſſionem habendam eſſe, die prima Octobris MDCXXIV. in eccleſia metropolitana, in qua omnes tum epiſcopi tum deputati, per manus illuſtriſſimi domini ſacratiſſimam Euchariſtiam ſumerent.

Lectum inſuper decretum de modo vivendi, in dicta ſeſſione legendum: edictumque, profeſſionem fidei emittiendam ab omnibus in dicta ſeſſione: ſecundam autem ſeſſionem futuram die Mercuris IX. Octobris, quæ ſacra eſt divo Dionyſio.

Ac antequam ſurgerent patres, & diſcederent, jurejurando omnes cum deputatos tum concilii coadjutores, ad petitionem promotorum, conſtrixit illuſtriſſimus, ne quid de iis quæ in congregationibus, ſive privatis ſive publicis, tractarentur, patefacerent, & publicarent. Tunc congregatio finita.

PRIMA SESSIO.

ANno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, prima die menſis Octobris, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Urbani, divina providentia Papæ VIII. anno II. habita eſt prima ſeſſio in eccleſia metropolitana ſancti Andreæ Burdigalæ, hac veluti forma.

Hora octava præciſe illuſtriſſimus & reverendiſſ. dominus cardinalis metropolitanus Pontificalia induit in ſacello palatii archiepiſcopalis. Non longe ab eodem ſacello, in protocubiculo palatii, reverendiſſimi domini epiſcopi comprovinciales, Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis & Santonenſis, eadem ornamenta cum mitra ſumpſere. Procuratores omnes, & theologi, & quicumque primæ congregationi publicæ interfuerant, cum ſuperpelliceis, & almutiis, aliiſve ornamentis.

Quibus paratis, tum acceſſit capitulum metropolitanæ proceſſionaliter, cujus canonici omnes pluvialibus induti: acceſſere etiam procuratores eccleſiarum collegiatarum & ſæcularium ſancti Severini & ſancti Æmiliani. Hinc proceſſum eſt ad metropolitanam eccleſiam, procedentibus primo, ordine eccleſiaſtico, procuratoribus collegiatarum, tum cathedralium, tum metropolitanæ, ac tandem reverendiſſimis dominis epiſcopis, illuſtriſſimo domino Cardinali metropolitano, & poſt omnea retro, populo civitatis.

Cum omnes ad eccleſiam pervenere, decanus & canonici metropolitanæ loca conſueta retinuere: procuratores hinc & inde in ſubſellia canonicorum locum ſumpſere: at reverendiſſimi domini epiſcopi, in ſubſelliis in formam hemicycli ante majus altare paululum a terra erectis, & tapetibus ornatis, conſedere: illuſtriſſimo domino Cardinali metropolitano celebrante pontificaliter, in loco a cornu evangelii paulo altius erecto, ſub um-

ANNO CHRISTI 1624.

bella cum aſſiſtentibus aſſidente, deinde ad altare ſtante. A

At ubi ventum circa communionem, ad ſacram ſynaxim acceſſere primo reverendiſſimi domini epiſcopi, tum deputati metropolitani, deinde omnes ordine pie admodum ſucceſſere. Quibus peractis, conſidentibus & reverendiſſimis dominis epiſcopis in ſubſellis ſibi paratis, & illuſtriſſimo domino metropolitano, pluviali induto, coram altari in faldiſtorio; actæ ſunt orationes & preces ad præſcriptum ſacrarum cærimoniarum: in quarum fine habuit concionem Gallico ſermone reverendus dominus de Grimaud, canonicus theologalis metropolitanæ.

Hinc conſidentibus, illuſtriſſimo domino metropolitano ſub umbella, reverendiſſimis dominis B coepiſcopis in ſubſellis ſibi paratis, cum pluvialibus & mitris, unus ex ſecretariis acceſſit ad illuſtriſſimum metropolitanum, & ex illius manibus accepit decreta prælegenda: qui ſuggeſtum conſcendens, ex eo legit primo decretum de aperienda ſynodo.

Decretum de aperienda ſynodo.

Illuſtriſſime & reverendiſſime domine, reverendiſſimi patres: Placetne vobis ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ad tuendam & augendam Chriſtianæ religionis diſciplinam, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, & controverſiis compo- C nendis provinciæ Busdigalenſis, aliiſque ex ſacris canonibus permiſſis, ſacrum Burdigalenſe provinciale concilium incipere?

Lecto hoc decreto, alter ſecretarius, & notarius concilii, acceſſere ad illuſtriſſimos & reverendiſſimos dominos epiſcopos, vota requirentes, hoc modo: Placetne vobis, reverendiſſimi domini, decretum? Qui omnes, *Placet*, proferentes: tum idem ſecretarius & notarius retulerunt ad illuſtriſſimum metropolitanum, decretum patribus placuiſſe. Quo audito, illuſtriſſimus dominus metropolitanus dixit:

Decretum placuit omnibus patribus: itaque decernimus, provincialis Burdigalenſis ſynodi initium fieri, & jam factum eſſe. D

Tum de mandato illuſtriſſimi metropolitani, ſecretarius in ſuggeſtu legit decretum de modo vivendi.

Decretum de modo vivendi.

Franciſcus, &c. ut ſupra pag. 116. C. 9.

Lecto decreto de modo vivendi, ſecretarius alter, & notarius, petierunt a reverendiſſimis dominis epiſcopis: Illuſtriſſime & reverendiſſime, domini reverendiſſimi patres, placetne hæc decreta vobis? R. Placent.

Quo reſponſo accepto, illuſtriſſimus metropolitanus ait:

Decreta placuerunt, ideo agendæ ſunt Deo E gratiæ.

Patres reſponderunt: Deo gratias.

Tunc vocati reverendiſſimi domini epiſcopi, qui ſynodo provinciali intereſſe debent, qui ad prolationem nominis dixerunt: Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Condomienſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Engoliſmenſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Aginnenſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Sarlatenſis: abſuit.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Pictavienſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Petracorienſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Santonenſis: R. Adſum.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Malleacenſis: abſuit.

Reverendiſſimus dominus epiſcopus Lucionenſis aberat a ſeſſione, morbi cauſa.

Reverendiſſimis dominis epiſcopis vocatis, inſurrexerunt in abſentes reverendi domini promotores, hoc modo:

Illuſtriſſime & reverendiſſime domine, cum per litteras monitoriales, & per edictum generale illuſtriſſimæ & reverendiſſimæ veſtræ dominationis reverendiſſimi domini epiſcopi omnes provinciæ Burdigalenſis, & reliqui qui de jure ſeu conſuetudine huic ſacræ provinciali ſynodo intereſſe debent, moniti fuerint ut hodierno die in hac ſancta ſynodo adeſſent pro ejus celebratione, juxta formam ſacrorum canonum, & præſertim ſacri concilii Tridentini, ad moderandos mores, corrigendos exceſſus, & controverſias componendas, quæ in hac provincia, moderatione, correctione, & compoſitione indigerent: nonnullique monitionalibus litteris, ut reverendiſſimi domini epiſcopi Sarlatenſis & Malleacenſis, non parendo, adeo contumaces & neglgentes exſtiterint, ut neque ad hoc ſacrum concilium adfuerint, nec ad ſe excuſandum de juſto impedimento nuncium miſerint: idcirco pro noſtri muneris officio, nos Petrus Peyriſſac & Joannes Meſneau ſacræ hujus ſynodi promotores, eorum contumaciam accuſando, inſtamus apud illuſtriſſimam & reverendiſſimam D. V. ut ad reliquos juris gradus progrediatur.

His auditis, illuſtriſſimus dominus metropolitanus dixit: Admittimus, ni per tres dies hanc ſubſequentes compareant.

Deinde de mandato illuſtriſſimi metropolitani lectum eſt decretum de profeſſione fidei.

Decretum de profeſſione fidei.

Inter ingentia illa dona, &c. ut ſupra pag. 59. E.

Quo lecto & approbato, profeſſio fidei lecta eſt e ſuggeſtu juxta formam a Pio V. Pont. Max. conceptam, idque ab eodem ſecretario, in eodem ſuggeſtu ſtante. Qua finita, illuſtriſſimus acceſſit ad altare majus, ibique depoſita mitra, genibus flexis, & ſacra Evangelia tangens, dixit:

Ego Franciſcus Cardinalis de Sourdis, Archiepiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ primas, ea omnia & ſingula quæ a ſacroſancta œcumenica Tridentina ſynodo definita & ſtatuta ſunt, recipio: necnon veram obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondeo & profiteor: hæreſeſque omnes a ſacris canonibus & generalibus conciliis, præſertimque ab eadem ſynodo damnatas, deteſtor & anathematizo, juxta formulam præſcriptam a ſanctiſſimo domino noſtro Pio IV. Pont. Max.

Quo facto, aſſumpta mitra, & reverentia facta ad altare, & inclinatione ad reverendiſſimos epiſcopos, regreſſus eſt ad locum ſub umbella, ubi librum evangeliorum tenente apertum, & juramenti ſupradicti formam, acceſſere ad illuſtriſſimum, ordine quiſque ſuo, reverendiſſimi domini epiſcopi: & idem juramentum, depoſita mitra, & genibus flexis, tactis ſacroſanctis evangeliis, emiſerunt: de-

Digitized by Google

inde omnes officiarii & deputati concilii.

Quibus peractis, de mandato illuſtriſſimi, ſecretarios in ſuggeſtu manens, legit decretum de ſecunda ſeſſione habenda, hoc modo:

Illuſtriſſimus & reverendiſſimus dominus, reverendiſſimi patres: Placetne vobis ſecundam ſeſſionem fore die nona Octobris, menſis præſentis, quæ erit ſacra divi Dionyſii memoriæ colendæ; ita tamen ut ad aliam diem prorogari poſſit, ſicuti pro rebus concilii beoe gerendis conducere videbitur?

Qui omnes, ſecretario & notario vota inquirentibus reſponderunt, Placet. Et relatione facta ad illuſtriſſimum metropolitanum, ipſe benedictionem ſolemnem impertivit: & indulgentias centum dierum e ſuggeſtu per ſecretarium ibidem ſtantem publicari juſſit; & cuncti receſſere.

Prima Octobris.

Congregatio particularis ſecunda.

Eadem die, prima Octobris MDCXXIV. horâ prima a meridie, io ſecretiori conſiſtorio porticus archiepiſcopalis Burdigalenſis, habita eſt congregatio privata, io qua tractatum de præcipua materia die ſubſequenti agitanda, nimirum de matrimonio: tum definitum, ut reverendiſſimi domini epiſcopi Condomenſis; & .... ſimul, & reverendiſſimi domini epiſcopi Pictavienſis & Santonenſis ſimul etiam, ſed in .... congregationibus, vocatis ad id theologis, qui magis ſibi placerent, ultimum provinciale concilium legerent, & ea quæ ſunt obſervata, notarent; quæ vero minime, etiam ſeligerent: & quibus viis ea exſecutioni demandarentur, inveſtigarent.

Huic congregationi interfuerunt illuſtriſſimus dominus cardinalis metropolitanus, reverendiſſimi domini epiſcopi, Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis: ſed aberat reverendiſſimus dominus Lucionenſis. Vocati ſunt ad congregationem quidam doctores.

Secunda die Octobris, MDCXXIV.

Tertia congregatio privata.

Hora octava diei ſecundæ Octobris, MDCXXIV. habita eſt congregatio privata ab illuſtriſſimo, in eodem ſecretiori conſiſtorio: in qua fuerunt reverendiſſimi domini epiſcopi Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petragoricenſis, Santonenſis, Luciooenſis, præſentibus duobus ſecretariis: ibi tractatum de matrimonio in congregatione publica agitando.

Congregatio publica ſecunda.

Die ſecunda Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, habita eſt congregatio ſecunda publica ab illuſtriſſimo: cui interfuerunt reverendiſſ. domini epiſcopi Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petragoricenſis, Santonenſis, Lucionenſis: adfuerunt adjutores concilii, procuratores eccleſiarum cathedralium & collegiatarum ſancti Severini & ſancti Æmiliani. Initio ortum eſt diſſidium inter procuratores cathedralium, & collegiatæ ſancti Severini: hi exiſtimantes a latere ſiniſtro ante procuratores cathedralium poſt metropolitanæ deputatos, ſe eſſe conſeſſuros. Quod cum illis denegatum eſſet a congregatione, abierunt. Acceſſit autem reverendus dominus frater Archambaudus Chriſtut, doctor theologus, monachus &

A ſubprior monaſterii ſanctæ Crucis Burdigalenſis: qui nomine capituli dicti monaſterii, procuratorio exhibito, locum in concilio accepit. Tractatum in hac congregatione de matrimonio, & via inveſtigata & exquiſita, quibus pro bono contrahentium & gloria Dei legitime contraheretur, & poteſtas & juriſdictio eccleſiaſtica ſervaretur. Quibus exagitatis, edictum ab illuſtriſſimo, ut die ſequenti tractaretur de ſimonia & confidentia, & quibus viis fœdæ labi occurri poſſet.

Die tertia Octobris.

Congregatio privata quarta.

B Die tertia menſis Octobris, MDCXXIV. hora octava, in ſecretiori conſiſtorio porticus archiepiſcopalis, habita eſt congregatio quarta privata, in qua convenere cum illuſtriſſimo domino metropolitano reverendiſſimi domini epiſcopi Condomienſis, Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petragoricenſis; Santonenſis, Lucionenſis: vocati ad hanc congregationem reverendi patres, Gordonus & Raimundus de Strictis, preſbyteri Societatis JESU: quibus auditis & excluſis, tractatum de materia ſacramenti matrimonii, & neceſſitate libertatis ad conſenſum; apertumque oſtium ad tractandum de ſimonia & confidentia.

Congregatio publica tertia.

C Eadem die tertia Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, in porticu archiepiſcopalis palatii habita eſt ab illuſtriſſimo domino metropolitano congregatio tertia publica, cui interfuerunt domini epiſcopi Condomienſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petragoricenſis, Santonenſis & Lucionenſis, cum deputatis capitulorum, & doctoribus, & aliis a reverendiſſimis dominis adductis. Oratione præhabita, propoſuit illuſtriſſimus dominus metropolitanus confidentiam & ſimoniam diſcutiendam; remediaque exquiſivit, quibus peſſima lues extingui poſſet. Res agitata nimis: tum illuſtriſſimus metropolitanus cum neceſſitatem ſacrarum ordinationum rite habendarum expoſuiſſet,
D in craſtinum rem diſcutiendam & agitandam eſſe cenſuit. Soluta autem congregatione, auditis reverendiſſimis dominis epiſcopis & eorum adjunctis ſuper neceſſitate diſceſſionis reverendi domini Balthazar Gelas, archidiaconi majoris eccleſiæ Aginnenſis, conceſſum illi ut a concilio, immo & a civitate diſcederet.

Hac die reverendiſſimus Henricus Deſcoubleau, epiſcopus Malleacenſis, Burdigalam venit, concilio operam daturus, reverendum patrem Burdonum Auguſtiniaoum, doctorem Sorbonicum, adducens, & .... Charon, doctorem.

Die quarta Octobris, MDCXXIV.

E *Congregatio quinta privata.*

Die quarta menſis Octobris, MDCXXIV. quæ ſacra eſt memoriæ divi Franciſci, hora ſeptima matutina, adierunt omnes reverendiſſimi domini epiſcopi, cum illuſtriſſimo metropolitano, eccleſiam patrum Recollectorum: ibi fere omnes ſacrum fecere, & concionem doctoris ..... ab illuſtriſſimo vocati audiere. Hiſque Deo datis, in porticu archiepiſcopali, conſiſtorio ſecretiori, habita eſt quinta congregatio privata: cui interfuere omnes reverendiſſimi domini epiſcopi, qui in aliis; & inſuper reverendiſſimus dominus Mallea-

cenſis, ſeditque poſt reverendiſſimum dominum Santonenſem. Orationeque præmiſſa; actum primo an reverendi domini promotores ad privatam congregationem introducerentur, eique intereſſent: ſed ...... id fieri non debere. Tractatum inde de ſacramento Ordinis, quibus modis uti par eſſet ad conſtituendos dignos eccleſiæ Dei miniſtros.

Quarta congregatio publica.

In eadem porticu archiepiſcopali, hora prima a meridie IV. Octobris, MDCXXIV. habita eſt ab illuſtriſſimo metropolitano quarta congregatio publica: cui interfuerunt omnes reverendiſſimi, & procuratores, & theologi: actumque de ſacramentu Ordinis rite conferendo, & quo pacto eccleſia Dei miniſtros zelo Dei accenſos retinere poſſit.

Die quinta Octobris MDCXXIV.

Congregatio privata ſexta.

Hora ſeptima matutina habita eſt congregatio privata in loco aſſignato ab illuſtriſſimo metropolitano, ubi interfuerunt omnes reverendiſſimi domini epiſcopi, & tractatum de iis qui admittuntur ad tonſuram, & ad ordines, præcipue de titulo matrimonii.

Congregatio publica quinta.

Eadem die habita eſt congregatio publica quinta ab illuſtriſſimo metropolitano, hora conſueta, in inferiori aula, ob nimium calorem: cui interfuerunt omnes reverendiſſimi domini epiſcopi, procuratores eccleſiarum, & doctores; tractatum de reſidentia canonicorum rectorias habentium cum canonicatu: item de præcedentia canonicorum, & dignitatum eccleſiarum ob preſbyteratum: item actum de proceſſione generali, craſtina die facienda, & quem quiſque locum haberet inter procuratores cathedralium. Sed cum res non potuerit definiri, omnes exhortatus eſt illuſtriſſimus metropolitanus, ne quis ratione dictæ præcedentiæ aliquas turbas ageret; potius, ſi irrequieto animo eſſet, abſtinere: cum vero ſibi a metropolitano eccleſiæ honorem concedi; ut ſi omnes procuratores cathedralium cum ſuperpelliceis & pluvialibus adeſſent, a ſiniſtris ejuſdem eccleſiæ metropolitanæ procederent,[a] ſolo decreto metropolitano canonicis retento.

[a] Fortè, ſola dextra a canonicis metropolitanæ retenta.

Die Dominica ſexta Octobris, MDCXXIV.

Hac die Dominica ſexta Octobris, MDCXXIV. illuſtriſſimus & reverendiſſimus dominus metropolitanus, cum cappa rubra oblonga, reverendiſſimi domini epiſcopi cum rocheto & mozetta: canonici metropolitani, & procuratores cathedralium & collegiatarum, & alii a clero deputati, cum ſuperpelliceis, multi cum almutiis, paululum ante octavam horam matutinam, ex palatio archiepiſcopali ad eccleſiam metropolitanam acceſſere: ubi illuſtriſſimus metropolitanus, & reverendiſſimi domini epiſcopi, cum amictu, pluviali, & mitra, ex ſacriſtia illuſtriſſimi, ad ſedilia ſupra deſcripta, ante majus altare prodiere: celebrante in Pontificalibus reverendiſſimo domino epiſcopo Condomienſi, ſuffraganeo antiquiore, & illuſtriſſimo domino metropolitano in cathedra ſub umbella, cum mitra & pluviali, ſedente.

Lecto evangelio, concio habita eſt a reverendo patre Raimundo de Strictis, Jeſuita: in cujus fine data eſt abſolutio generalis ab illuſtriſſimo metropolitano: finita autem Miſſa, omnes ordine epiſcopi cum pluvialibus & mitris, canonici metropolitani cum pluvialibus a dextra, procuratores cathedralium, & alii ex diverſis diœceſibus, a ſiniſtris: parochiæ & conventus Burdigalæ illuſtriſſimo metropolitano, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum devote geſtante, proceſſere a metropolitana recta ad eccleſiam ſancti Simeonis uſque: ultra quam paululum progreſſi, & per viam paſſim ſancti Georgii nuncupatam in vicum Lupinum ingreſſi, ad metropolitanam rediere, magna cum lætitia populi, apparatu viarum, applauſu omnium, comitantibus omnium magiſtratuum urbis ſolis juratis, ceteris in villas vindemiæ cauſa digreſſis.

At a meridie hora tertia, apud Carthuſianos, quod is dies conſecratus eſſet memoriæ ſancti Brunonis, veſpertinis horis & precibus interfuerunt, theſauris indulgentiarum ibidem a ſummo Pontifice eadem die conceſſis participaturi.

Die ſeptima Octobris, MDCXXIV.

Congregatio privata ſeptima.

Die ſeptima Octobris, MDCXXIV. hora octava matutina, congregatio privata habita eſt, in qua omnes epiſcopi convenere: tractatum de litteris dimiſſoriis.

Congregatio publica.

Eadem die ſeptima Octobris, MDCXXIV. in aula inferiori habita eſt congregatio publica ab illuſtriſſimo metropolitano: cui adſtitere reverendiſſimi domini epiſcopi omnes cum deputatis & doctoribus: actum de dimiſſoriis ad ordines concedendis.

Die octava Octobris, MDCXXIV.

Congregatio octava publica.

Die octava Octobris, MDCXXIV. hora octava, habita eſt congregatio privata ab illuſtriſſimo domino metropolitano: interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi: abfuit tamen reverendiſſimus dominus Pictavienſis, morbi cauſa. Actum adhuc de dimiſſoriis, & de religioſis ſpoliatis a ſuperioribus, & ejectis.

Die octava: Congregatio publica ſeptima.

Eadem die octava Octobris, MDCXXIV. hora prima poſt meridiem, in aula inferiori archiepiſcopalis palatii, habuit illuſtriſſimus dominus metropolitanus congregationem publicam. Interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi, præter reverendum dominum Pictavienſem, abſentem morbi cauſa. Tractatum de iiſdem dimiſſoriis: & cœptum agi de officiis divinis, & Miſſa parochiali.

SECUNDA SESSIO.

Die nonæ menſis Octobris, anno MDCXXIV. ſacra divo Dionyſio, habita eſt ſecunda ſeſſio in eccleſia metropolitana. Hora octava matutina illuſtriſſimus dominus metropolitanus indutus cappa rubra, reverendiſſimi domini epiſcopi Condomienſis, Aginnenſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, Lucionenſis; induti rocheto & mozetta, comitantibus canonicis metropolitanis, e palatio archiepiſcopali in eccleſiam metropolitam pervenere: ubi illuſtriſſimus dominus metropolitanus accedens ad ſedem Pontificalem ſub umbella, reverendiſſimi ad ſubſellia conſueta, ſine paramentis, lectum audivere ab reverendiſſimo domino

ANNO CHRISTI 1624.

domino epiſcopo Engoliſmenſi in Pontificalibus celebratum. A Finito ſacro, illuſtriſſimus dominus metropolitanus induitur pluvialibus & mitris : cumque acceſſiſſent ad ſedilia conſueta, illuſtriſſimus dominus metropolitanus e cathedra deſcendit : & coram altari precibus conſuetis recitatis, denuo ad cathedram aſcendens, concionatori benedixit. Auditur concio, a reverendo patre Jordano ordinis Obſervantiæ peracta. Finita concione, archidiaconus Lerinenſis poſuit decreta poblicanda in manu illuſtriſſimi domini metropolitani : tuncque accedens ſecretarius unus, prædicta decreta e manibus illuſtriſſimi accepit, cathedram concionatoris aſcendit, legitque primo quod ſupererat decretorum de profeſſione fidei. Quibus lectis, alter ſecretarius cum notario concilii acceſſit ad reverendiſſimos epiſcopos, B vota exquirens ; qui reſponderunt, *Placet.* Hinc ad illuſtriſſimi placita fuiſſe referens ille ſecretarius, illuſtriſſimus dominus metropolitanus dixit : Decreta placuerunt patribus, ideo agendæ ſunt Deo gratiæ. Patres reſponderunt : *Deo gratias.*

2. Lectum caput de ſacramento Matrimonii : quo finito, ſecretarius exquiſivit vota, ut prius, a reverendiſſimis dominis. Reſponderunt ſibi decreta placere : quod altius pronunciatum ab illuſtriſſimo : Decreta placuerunt ; agendæ ſunt Deo gratiæ. Patres dixerunt, *Deo gratias.*

3. Lectum eſt decretum de ſimonia & confidentia. Finita lectione, exquiſita ſunt vota, ut C prius, relatumque decreta placuiſſe, & Deo gratias agendas eſſe.

4. Lectum eſt caput de Ordine. Finito capite, exquiſita vota, placuere decreta, & dictum ab illuſtriſſimo : Decreta placuere patribus, ideo agendæ Deo gratiæ. Reſponderunt Patres : *Deo gratias.*

. Tunc lectum decretum de ſeſſione tertia, hoc modo :

Illuſtriſſime domine, reverendiſſimi Patres, placetne vobis tertiam ſeſſionem futuram die decima octava labentis menſis Octobris, quæ divi Lucæ evangeliſtæ claræ memoriæ conſecratur ? Exquiſitis votis a Patribus, dictum ab omnibus : *Placet.* D

Antequam aſſurgeret illuſtriſſimus, & reverendiſſimi Patres diſcederent, promotores concilii inſtitere contra reverendiſſimum dominum epiſcopum Sarlatenſem ; quod cum debite fuerit monitus, tamen ad concilium non acceſſerit, neque procuratorem miſerit, excuſationes, ſi quas haberet, relaturum ; ac proinde contra eum ut procederetur juxta formam juris, in abſentes latam, petierunt. Quibus illuſtriſſimus dominus metropolitanus reſpondit : Procedatur.

Tum benedictione ſolemni conceſſa, & indulgentiis centum dierum publicatis, illuſtriſſimus dominus metropolitanus, reverendiſſimi vero patres, in ſacriſtiam diſceſſere. E

Congregatio publica octava.

Die nona Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, in aula inferiori habita eſt congregatio publica octava ab illuſtriſſimo metropolitano : interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi, Condomienſis, Engoliſmenſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, & Lucionenſis, cum procuratoribus, & doctoribus. Abfuere, morbi cauſa, reverendiſſimi domini Aginnenſis, & Pictavienſis : tractatum de vita & moribus clericorum. At quia illuſtriſſimus dominus metropolitanus invitarat denuo capitulum Sarlatenſe, ut ſeligeret quem vellet ad concilium mittendum : acceſſit reverendus dominus Joannes de Carbonniere de Jayac, decanus eccleſiæ Sarlatenſis : a quo exhibito procuratorio, eoque diſcuſſo, repertum eſt eum procuratorem fuiſſe conſtitutum a definitoribus cleri Sarlatenſis, non autem a capitulo. Admiſſus eſt tamen in concilium, penſata qualitate viri, & rerum agendarum prudentia. Surrexere tum promotores, qui quod reverendiſſimus dominus Sarlatenſis ad concilium provinciale neque veniſſet, neque miſiſſet, petiere ut tertia pars fructuum epiſcopatus Sarlatenſis, fabricæ eccleſiæ Sarlatenſis per concilium addiceretur. Actum promotoribus conceſſum eſt.

Die decima Octobris, MDCXXIV.

Congregatio privata nona.

Die decima Octobris, MDCXXIV. hora octava matutina, habita eſt ab illuſtriſſimo domino metropolitano congregatio privata : cui interfuerunt reverendiſſimi domini Condomienſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, & Lucionenſis, reverendiſſimis dominis Engoliſmenſi & Aginnenſi morbi cauſa abſentibus. Tractatum de officiis divinis.

Congregatio publica nona.

Die decima Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, habita eſt ab illuſtriſſimo domino metropolitano congregatio publica nona in aula inferiori. Reverendiſſimi domini epiſcopi interfuere præſentes. Reverendiſſimi domini Engoliſmenſis, Aginnenſis, & Pictavienſis abſentes, morbi cauſa : tractatum de capellis, & prioratibus ſimplicibus : item de officiis canonicorum.

Congregatio privata decima.

Die undecima octobris, MDCXXIV. hora octava matutina, habita eſt congregatio privata ab eodem illuſtriſſimo domino metropolitano : cui interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi, præter Aginnenſem abſentem, morbi cauſa. Actum de capitulis.

Congregatio publica decima.

Die undecima Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, in inferiori aula archiepiſcopalis palatii habita decima congregatio publica ab eodem illuſtriſſimo domino metropolitano, cum omnibus reverendiſſimis dominis epiſcopis, præter Aginnenſem & Pictavienſem, morbi cauſa : adfuere etiam procuratores, & doctores.

Initio congregationis acceſſit reverendus dominus Paſchalis de la Brouſſe, preſbyter, canonicus eccleſiæ Sarlatenſis, doctor theologus, qui procuratorio capituli ſui exhibito, & probato, locum accepit in concilio.

Tractatum de rebus ad capitulum pertinentibus : maxime agitatum de fructibus canonicatuum, quos Groſſos vacant, fabricæ applicandis ; accedente abſentia canonicorum : neque tamen res deciſa, ſed in alium diem dilata a concilio, non ſine cauſa. Lecta in fine congregationis bulla ſancti domini noſtri Papæ Gregorii XV. lata in religioſos Ordinarii juriſdictioni ratione adminiſtrationis ſacramentorum ſubjectos : tum ſoluta quæſtio eſt, & congregatio.

ANNO CHRISTI 1624.

Congregatio privata undecima.

Die duodecima octobris, MNCXXIV. hora ſeptima matutina, habita eſt congregatio privata. Interfuere cum illoſtriſſimo metropolitano reverendiſſimi domini epiſcopi, præter reverendiſſimum dominum Aginnenſem, morbi cauſa abſentem. Tractatum & concluſum de iis quæ ad capitula eccleſiarum pertinent.

Congregatio publica undecima.

Die duodecima Octobris, MNCXXIV. in aula inferiori, hora prima pomeridiana, habita eſt congregatio publica: cui interfuere illuſtriſſimus dominus metropolitanus, reverendiſſimi domini epiſcopi Condomienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, & Lucionenſis; abſentibus aliis morbi cauſa. Adfuere etiam procuratores eccleſiarum, & doctores. Tractatum de feſtis, & rectoriis eccleſiarum.

Dominica decima tertia Octob. MNCXXIV.

Die Dominica XIII. Octobris, MNCXXIV. illuſtriſſimus dominus metropolitanus, & reverendiſſimi domini epiſcopi, viſitarunt eccleſias deſignatas pro indulgentiis acquirendis in civitate Burdigalenſi, hora matutina, ad inſtar eccleſiarum Romanarum: ſolemni ſacro & concioni verbi Dei interfuerunt in eccleſia divi Petri Burdigalenſis: nihil aliud actum eo die.

Congregatio privata duodecima.

Die XIV. Octobris MNCAXIV. hora matutina, in palatio archiepiſcopali habita eſt congregatio privata ab illuſtriſſimo domino metropolitano: interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi omnes: actum adhuc de capitulis, feſtis, confratriis, & aliis rebus.

Congregatio publica duodecima.

Die XIV. Octobris MDCXXIV. hora prima pomeridiana, congregatio publica habita eſt ab eodem illuſtriſſimo domino metropolitano in aula inferiori. Adiere reverendiſſimi domini epiſcopi, præter reverendiſſimum dominum Engoliſmenſem, & Pictavienſem: adfuerunt etiam procuratores eccleſiarum, & doctores. Actum de variis rebus.

Congregatio privata decima tertia.

Die XV. Octobris, MNCXXIV. hora matutina, in palatio archiepiſcopali, habita eſt congregatio privata ab illuſtriſſimo domino metropolitano, cui interfuere omnes reverendiſſimi domini. Actum de variis rebus.

Congregatio publica decima tertia.

Die XV. Octobris, MDOXXIV. hora prima pomeridiana, congregatio publica habita eſt ab eodem illuſtriſſimo domino metropolitano, in aula inferiori palatii archiepiſcopalis; adſtitere omnes reverendiſſimi domini epiſcopi, præter reverendiſſimum dominum Pictavienſem, morbi cauſa abſentem: actum etiam ibi de variis rebus, præcipue de epiſcopis. Sed poſtularunt quidam ex procuratoribus capitulorum, ut decreta quæ a patribus in congregationibus privatis definiuntur, eadem poſtea in congregatione publica, die præcedente ſeſſionem, legerentur: non enim in ipſa ſeſſione ſe poſſe audire quæ decreta ſunt, ni prius

A ipſi eadem in congregatione audiant. Inter quos procuratores ſurgit dominus de Pitard, canonicus theologalis Santonenſis, procurator capituli dictæ eccleſiæ, contendens, omnes procuratores capitulorum in concilio, in rebus conciliariis de dirigendis, vocem deciſivam habere, præjudiciumque capitulis eapropter inferri: idque probare niſus, tum auctoritate ſcripturæ, tum quod id non clare in conciliis generalibus & ab eccleſia definitum. Quod cum unanimi conſenſu patrum exploderetur, utpote judicatum jam, & ab ultimo concilio definitum, a ſummoque Pontifice declaratum, & ab eccleſia obſervatum, in ea verba auſus eſt prorumpere: nimirum neque Papam, ne-
B que epiſcopos de hac re judicare poſſe, quod in lite partes eſſent, Papamque in favorem epiſcoporum ſemper judicaturum. Cui cum obſiſterent reverendiſſimi domini epiſcopi, addidit ipſe etiam ſe majora dicturum, vel etiam pejora, aſſerens, pro confirmatione ſuæ opinionis, Regem Chriſtianiſſimum in conſiſtorio ſuo exſiſtentem, nullam ferre ſententiam, nec poſſe, ſecundum bene regulatam rationem, ni prius numeret conſilia & vota ſenatorum. Quæ cum valde aliena judicarentur a patribus, ſoluta congregatione, dilata ſunt in craſtinum decidenda.

Congregatio privata decima quarta.

Die decima ſexta Octobris, anno Domini
C MNCXXIV. in palatio archiepiſcopali habita eſt congregatio privata. Interfuere illuſtriſſimus dominus metropolitanus, reverendiſſimi domini epiſcopi omnes. Actum de prolatis a domino de Pitard, miſſuſque a parte concilii qui eum exquireret: cui deinde in congregatione privata ſiſtenti, ab illuſtriſſimo metropolitano oſtenſum quam longe abeſſet a vero, & a definitionibus ſacrorum conciliorum: proinde hanc mentem deponeret, curaretque ſatisfacere in congregatione publica; ea quæ heſterna die attulerat, ſane male prolata, retractaret, vel ita a ſe dicta explicaret, ut in bonam partem a patribus & ceteris procuratoribus acciperentur. Ceterum, concilium exiſtimare, nullo modo eum cogitaſſe proterve aliquid contra praxim
D eccleſiæ communem moliri: attamen concilium decreturum ſuper iis hoc modo:

« Sacro approbante concilio, decretis ultimi concilii provincialis Burdigalenſis inhærentes, opinionem quorumdam, qui auſi ſunt aſſerere, præter epiſcopos, quoſdam etiam alios habere vocem deciſivam in concilio provinciali, ut erroneam judicamus: quibuſcumque deinceps eamdem proponere, in concionibus agitare, docere, & tenere prohibentes. »

Quibus reſpondit ipſe dominus de Pitard, ſe hujuſmodi verba protuliſſe, non quod a ſummo Pontifice reclamaret, vel a debita obſervantia & obe-
E dientia erga ſanctam ſedem a ſe debita deficeret; & ab eccleſia, quam & verbis & ſcriptis propugnaret, vel tantillum deflecteret: ſed fervore & zelo partium capitularium ſuſtinendarum delatus, rationibus in contrarium allatis adductus, ea utrimque protuliſſe. Ceterum, ſe in congregatione publica acturum, ut quæcumque aliena forſan de ſe audirentur, verbis diſſolveret, & plene concilio ſatisfaceret, omnia ſua dicta & ſcripta eccleſiæ judicio ſubjiciendo.

Congregatio publica decima quarta.

Die decima ſexta Octobris, anno Domini

Anno Chriſti 1624.

MDCXXIV. in aula inferiori habita eſt congregatio publica. Interfuere omnes, illuſtriſſimus metropolitanus, & reverendiſſimi domini epiſcopi, præter dominum Pictavienſem, morbi cauſa abſentem: actum de variis rebus, & conceſſum ut decreta in congregatione publica legerentur die præcedente ſeſſionem. Præterea reverendus de Pitard, theologus canonicus Santonenſis, ita ac promiſerat in congregatione privata, illuſtriſſimo domino, & reverendiſſimis dominis epiſcopis, & omnibus, ſuper iis quæ de voce deciſiva & Papa ante dixerat, plene ſatisfecit.

Congregatio privata decima quinta.

Die decima ſeptima Octobris MDCXXIV. in palatio archiepiſcopali habita congregatio privata: interfuere omnes, illuſtriſſimus & reverendiſſimi domini epiſcopi. Actum variis de rebus.

Congregatio publica decima quinta.

Die decima ſeptima Octobris, MDCXXIV. in aula inferiori habita congregatio publica: interfuere omnes, præter dominum Pictavienſem, morbi cauſa: adfuere procuratores: lecta deinde decreta hucuſque [a] digreſſa, conceſſumque procuratoribus capitulorum, ſi quid haberent quod dicerent, notario concilii ſignificarent. Quibus dictis, reverendus decanus metropolitanus cum aliis ejuſdem eccleſiæ procuratoribus, ea retulit quæ ad capitulum hujuſmodi eccleſiæ videbantur pertinere: cui reſpondit illuſtriſſimus: Dicta conciliorum & reſponſa continentur in actis coram notario concilii * præfectis, quæ juſſit illuſtriſſimus præſentibus actis concilii inſeri, ut ſequitur:

[a] Forte, digeſta.

Poteſtatio Jacobi Deſaignes, decanus eccleſiæ Burdigalenſis, nomine capituli, ne decreta in hoc concilio vel jam facta, vel in poſterum facienda, eccleſiæ ſuæ juribus & privilegiis noceant. Quod inſtrumentum, quia Gallico idiomate conceptum eſt, hic omiſimus.

Tertia ſeſſio, die decima octava Octobris, MDCXXIV.

Die decima octava menſis Octobris, anno Domini MDCXXIV. in eccleſia metropolitana Burdigalenſi, habita eſt tertia ſeſſio concilii provincialis, hoc modo. Hora octava matutina, omnibus paratis, adfuere omnes in palatio archiepiſcopali reverendiſſimi domini epiſcopi, excepto reverendiſſimo domino Pictavienſi: convenere procuratores eccleſiarum, & doctores, & capitulum metropolitanæ, cum ſuperpelliceis & almutiis. Hinc proceſſum ad metropolitanam, ubi quiſque in loco aſſueto conſtitutus: reverendiſſimus dominus epiſcopus Aginnenſis ſacrum ſolemne celebravit: quo perfecto, illuſtriſſimus dominus metropolitanus in cathedra, & reverendiſſimi domini epiſcopi Pontificalibus in ſubſelliis induti, precibus ſolum perfectis, concioni a patre reverendo Bourdono Auguſtiniano adſtitere. Tuncque archidiacono Lerinenſi in manibus illuſtriſſimi domini metropolitani decreta reponente, acceſſit ad illuſtriſſimum dominum metropolitanum unus ex ſecretariis, qui accipiens de manibus illius decreta legenda, cum debitis inclinationibus ſuggeſtum conſcendit, decreta legit, & publicavit. Ad ſingula votis exquiſitis per alterum ſecretarium in præſentia notarii concilii, reſponderunt, *Placet*. Quibus illuſtriſſimo domino metropolitano nunciatis, pronunciavit: Decreta placuerunt patribus: ideo gratiæ Deo agendæ. Reſponderunt: *Deo gratias*. Decreta autem lecta ſunt de reſidentia paſtorali, de officiis divinis, de vita & honeſtate clericorum, de parochis, de prioratibus, & capellis, de canonicis & capitulis, de prædicatione verbi Dei, de epiſcopis. Tandem lectione decretorum perfecta, lectum decretum de prorogatione concilii, hoc modo:

Anno Chriſti 1624.

Illuſtriſſime & reverendiſſime domine, reverendiſſimi patres: Placetne vobis ad omnia accurate pertractanda & abſolvenda, præſentis ſeſſionis prorogationem, ſeu continuationem fieri, & in diem Jovis XXIV. præſentis menſis Octobris transferri? Votis exquiſitis, reſponderunt: *Placet*: Hinc data eſt benedictio ſolemnis ab illuſtriſſimo domino metropolitano, & publicatæ indulgentiæ centum dierum: ſurrectiſque patribus, perfecta ſeſſio eſt, & cuncti abſceſſere. Quia vero hora prima pomeridiana inſtabat in fine ſeſſionis, nihil actum a meridie.

Congregatio privata decima ſexta.

Die decima nona Octobris, MDCXXIV. habita eſt congregatio privata in palatio archiepiſcopali, hora matutina. Adfuerunt omnes, illuſtriſſimus dominus metropolitanus, & reverendiſſimi domini epiſcopi, præter reverendiſſimum Lucionenſem. Actum de abſentia reverendiſſimi domini epiſcopi Sarlatenſis, & de vicario generali in diœceſi Sarlatenſi conſtituendo, ad inſtantiam promotorum. Cumque reverendiſſimi domini epiſcopi, Aginnenſis & Petracoricenſis, judices ſuper excuſationibus abſentium conſtituti, ex auditione reverendi domini decani Sarlatenſis eccleſiæ a clero deputati, & reverendi domini de Brouſſe, canonici ejuſdem eccleſiæ a capitulo deputati, ad concilium retuliſſent, duodecim parochias circiter, omnino parochis deſtitutas, & harum eccleſias dirutas eſſe; plures vero alias nomine fiduciario occupatas: vicariumque generalem ab epiſcopo Sarlatenſi in ſua abſentia regularem Carmelitam Hiſpanum conſtitutum eſſe: omnibus agitatis, & penſatis, promotores inſtitere hoc modo:

Promotores ſacræ ſynodi provincialis Burdigalenſis requirunt, reverendiſſimum dominum Sarlatenſem epiſcopum ob abſentiam ejus vere contumacem, tertia parte fructuum, quos ipſe anno, ex eccleſia cui præeſt, perciperet, privari, fabricæ eccleſiæ cathedralis Sarlatenſis applicanda.

Unde ſententia lata hoc modo ſequitur:

Franciſcus, miſeratione divina ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Praxedis preſbyter Cardinalis de Sourdis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia archiepiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ primas, in concilio provinciali Burdigalæ exiſtenti, definientes:

Audita inſtantia promotorum concilii, & accepta relatione & probatione canonica ſuper reverendiſſimi Sarlatenſis epiſcopi ſuffraganei noſtri abſentia, & contumacia, variiſque Sarlatenſis diœceſis eccleſiis partim ſolo æquatis, & rectoribus deſtitutis, partim a primis loci viris nomine fiduciario intercedente occupatis; exceſſibus denique, ac ſocutioſo eccleſiæ regimine; ita ut ipſe Sarlatenſis epiſcopus diſcedens, in ea regularem Carmelitam, natione Hiſpanum, vicarium generalem conſtituerit: nos, ne diutius tanta patiatur eccleſia Sarlatenſis diſpendia, decernimus vicarium generalem in dicta diœceſi ....con-

Anno Christi 1624.

cilii conſtituendum eſſe, prout jam ad animarum ſalutem, & eccleſiarum optimum regimen animum intendentes; egregium virum, Magiſtrum Joannem de Carbonniere de Jayac, preſbyterum, in juribus baccalaureum, decanum eccleſiæ Sarlatenſis, ſufficientem, capacem & idoneum, & cujus experientia in rebus eccleſiæ bene gerendis perſpecta eſt & nota, vicarium generalem diœceſis Sarlatenſis in ſpiritualibus & temporalibus per annum dumtaxat dicimus, facimus & creamus: Eidem præcipue mandantes & injungentes, ut ſtatim atque Sarlatum ex concilio provinciali redierit, omnium eccleſiaſticorum ſynodum cogere aggrediatur: ut in ea cuncti diœceſani, capitula ſcilicet, priores, rectores, & alii eccleſiaſtici, qui de jure vel conſuetudine ſynodo Sarlatenſi intereſſe debent, ex omnibus ſacerdotibus eum ſyndicum totius diœceſis eligant & conſtituant, quem capacitate, probitate, & zelo ita commendari norint, ut impenſis communibus in eos qui ſordidæ confidentiæ nomine beneficia occupant & expilant eccleſiaſtica, debitis juris remediis, etiam vocato brachii ſæcularis auxilio, agere ſollicite valeat; tamdiuque negotium perſequatur, quoad amotis confidentiariis & expilatoribus, eccleſiis hujuſmodi eccleſiaſtici capaces & idonei debita impendentes obſequia conſtituantur: conſtituti vero, & pacifice beneficia obtinentes, ex fructibus dictorum beneficiorum impenſas in litibus diſceptandis a clero ſupportatas, ipſi clero rependant: ac inſuper curet idem vicarius generalis, ut eccleſiarum omnino deſtitutarum, in quibus, fugiente paſtore, pravitas hæret hæretica, decimæ, & quicumque proventus retineantur, & ſequeſtri ponantur, in reſtaurationem & reædificationem convertendi: provideatque omnibus melioribus viis & modis, ut deinceps divina officia in hujuſmodi eccleſiis perſolvantur, & prædicatio orthodoxæ fidei, langueſcentes animas, efficaci verbo percuſſas, ſonet tandem, & eccleſiæ reſtituat: omnia denique obſervet quæ ad tollendos exceſſus & ruinas reſervandas plurimum valere, pro prudentia judicabit. Committentes eidem eo nomine & concedentes omnia & ſingula quæ de jure vicariis generalibus diœceſium dari, committi, & concedi ſolent præſentibus; eadem pro expreſſis habentes, ita ac ſi de verbo ad verbum inſererentur ad regimina eccleſiæ neceſſaria plene dirigenda, de omnibus a ſe geſtis per ſemeſtrem, nos certiores faciendo. Hinc revocamus quoſcumque vicarios generales ab ipſo Sarlatenſi epiſcopo conſtitutos. Ceterum, quia idem epiſcopus Sarlatenſis ſuffraganeus debite monitus præſenti concilio adeſſe, noluit accedere, & adhuc contumaciam extendit, ſacrum concilium contemptui habens: nos ſacris canonibus innitentes, tertiam partem omnium & quorumcumque fructuum & obventionum unius anni epiſcopatus Sarlatenſis prædicto ſuffraganeo contumaci ſubtrahendam eſſe decernimus, prout præſenti decreto auferimus, detrahimus, eamdem fabricæ eccleſiæ Sarlatenſis attribuentes & applicantes: eoque fine, per ſequeſtrationem fructuum, proventuum, & obventionum hujuſmodi, debitis juris remediis utendo, procedendum eſſe præcipimus, vocato ad hoc poteſtatis ſæcularis auxilio.

Datum Burdigalæ, in concilio provinciali, die decima nona Octobris, anno Domini MDCXXIV.

Decrevere tamen patres, ſubſequentem clauſulam præſenti regiſtro inſerendam.

Non abnuimus tamen, ſacro annuente concilio, cum ſe prædictus ſuffraganeus per tres menſes ab hinc Burdigalæ appulerit, vel excuſationes per ſe, vel procuratorem debite conſtitutum, legitimas & probatas attulerit, & decretis concilii provincialis ſubſcripſerit, hujuſmodi applicationis & fructuum ſequeſtrationis debito gratioſe liberetur.

Ad libellum autem ſupplicationum ſyndici capituli cathedralis Sarlatenſis, neceſſitatem prædictæ eccleſiæ, & ruinas imminentes exponentis, ac pecunias ex non comparitione ad ſynodos diœceſanas poſtulantis, ut fabricæ eccleſiæ applicarentur; hæc edixere patres.

Reſtaurationi eccleſiæ Sarlatenſis providentes, decernimus, omnes & ſingulas pecuniæ ſummas nondum ſolutas ratione........ ſive comparitionis eccleſiaſticorum diœceſis Sarlatenſis, tum ad ſynodos antea habitas, tum ad ſynodum proximiorem, juſſu præſentis concilii habendam, proventura, fabricæ ejuſdem eccleſiæ applicandas, prout ex hoc tempore addicimus, [a] ſupplicamus. Actum in congregatione privata concilii provincialis Burdigalæ, die decima nona menſis Octobris, MDCXXIV.

[a] Lege, applicamus.

Congregatio privata decima ſeptima.

Eadem die decima nona Octobris, MDCXXIV. non eſt habita congregatio publica, ſed privata, in palatio archiepiſcopali. Interfuere omnes, præter reverendiſſimum dominum Lucionenſem. Actum de monachis, & variis rebus.

Dominica vigeſima Octobris, MDCXXIV.

Congregatio privata decima octava.

Die Dominica, vigeſima Octobris, MDCXXIV. hora matutina, non eſt habita ulla congregatio: a meridie habita eſt congregatio privata. Actum de variis rebus, ac præcipue relatum eſt negotium concubinatus domini de Saugean, Burdigalenſis, qui in concubinatu notorie monitus ab illuſtriſſimo metropolitano, futurus excommunicatus, nullaque pœnitentia motus, inſordeſcebat. Actum in concilio, ut iis benedictionibus præveniretur, quibus vel ipſa pervicacia, ſi adeſſet, miteſceret; datumque in mandatis uni ex ſecretariis, & notario concilii, ut hominem convenirent; miſerrimum ſtatum in quo volutabatur, repræſentarent; nulloque eum majori bono poſſe privari, quam ab uberibus dulcedinis matris eccleſiæ avulſum eſſe, quæ tamen illi conatum offerebat [b] exſugendæ. ſi ſuperba ſupercilia & contumacia, Deo, eccleſiæ, ac paſtori ſummitteret, & a ſe tanti mali cauſas arceret; e contra vero omnia mala, ni reſipiſceret, in eum occaſura.

[b] Forte, exſugendi.

Congregatio privata decima nona.

Die vigeſima prima Octobris, MDCXXIV. habita eſt congregatio privata: interfuere omnes, præter Lucionenſem: tota congregatio occupata fuit in diluendo ſcelere ſeneſcalli Santonenſis: pro cujus memoria hæc regiſtro inſita.

Cum ad concilium querelæ allatæ fuiſſent de exceſſibus irreligioſis domini temporalis baronis d'Authon, Santonenſis ſeneſchalli, quod eo rementatis paucis ante diebus deveniſſet, ut in ipſa eccleſia Caſtelli inſulæ d'Oleron, infra Miſſarum ſolemnia, concionatorem ordinis Patrum Recollectorum, & ex ipſo ſuggeſtu concionantem, deturbaret, & verbo Dei obſtruens multa inclamaſ-

ANNO CHRISTI 1624.

ſet ; & parochum, ut ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium perficeret, coëgiſſet : unde concilium, murum ſe pro eccleſia Dei opponens, quo patrati ſceleris pœnas ..... in caput auctoris a Rege Chriſtianiſſimo poſtulavit infundendas, auctorem ſceleris deferri ſatagebat : accidit ut ipſe Santonum ſeneſchallus, cum domino temporali de Pons, & marchione de Roitelin, qui eum comitatu ſunt, ſalutaribus motibus quaſſatus Burdigalam appulerit, pœnas ſceleris* declamaturus. Quare concilium ipſum, licet juſtitiam indutum, miſericordia etiam præventum eſt. Accedens igitur baro ſeneſchallus, & ingreſſus concilium, aſſidentibus patribus, timore judicii divini correptus, flexis in pœnitentiam genibus, peccatum ſuum confeſſus eſt, veniam deprecatus, & criminum abſolutionem. Quibus viſis & auditis, illuſtriſſimus dominus metropolitanus, de conſilio & aſſenſu reverendiſſimorum Patrum, eumdem baronem nomine proprio interpellans, ut ſurgeret, & ſtaret, curavit, uſque ſermonibus pœnitentem accepit, quibus turbatam & quaſſatam conſcientiam lenire exiſtimavit : præclara nimirum illius facinora, & bene anteactæ vitæ, pro Dei gloria, & Chriſtianiſſimo Franciæ ſtatu, recordationem efficere ut tanto mitius in delendo facinore tractaretur a concilio, quanto fortius ſpes, e pœnitentiæ tenebris, protegendæ demum a ſe eccleſiæ Dei concipiebatur. Quapropter cum & reatum agnoſcens pœniteret, & reſipiſcens omnia officia pro tuenda fide orthodoxa offerret : concilium, quantum in ſe erat, hanc noxam ab illo arcere, eumque pro ſalutari pœnitentia & abſolutione accipienda, monitis denique ſalutis ſuſcipiendis, ad reverendiſſimum dominum epiſcopum Santonenſem Ordinarium ſuum remittere. Quibus ipſe baro exhilaratus, gratias agens concilio, & confidens, ſe auctore Deo, tanto majora pro eccleſia Dei ſubiturum, quanto ſe ab obedientia ſanctæ matris ſubduxerat, e concilio diſceſſit. Hinc læti patres, quod homo potens, clarus, juſtitiæ Santonenſis primus, officio reſtitutus, exemplo obedientiæ præclaro, plurimos ad debita revocaret obſequia.

* Leg. declinaturus.

Congregatio privata decima.

Eadem die habita eſt congregatio privata, hora ſecunda pomeridiana, in reditu ab oratione habita per primarium collegii Aquitaniei, in aula publica ejuſdem collegii : interfuere illuſtriſſimus dominus, & reverendiſſimi domini epiſcopi. Actum de variis conſtitutionibus, & unionibus.

Congregatio privata vigeſima prima.

Die vigeſima ſecunda Octobris, MDCXXIV. in palatio archiepiſcopali, hora matutina, habita eſt congregatio privata. Illuſtriſſimus dominus metropolitanus, & reverendiſſimi domini epiſcopi omnes interfuere. Lecta decreta facta ab ultima ſeſſione, reſponſumque ad libellum ſupplicationum preſbyterorum præbendatorum metropolitanæ antea oblatum : quo petebant ut almutiis & cappis nigris uti liceret ad præſcriptum ultimi provincialis. Re diſcuſſa ab reverendiſſimis Aginnenſi, Petracoricenſi, judicibus controverſiarum, & relata ad ſynodum, pronunciatum hoc modo :

Auditis in concilio provinciali procuratoribus & deputatis eccleſiæ metropolitanæ, nos ultimi provincialis decretum exſequentes, decernimus ut ante dicti preſbyteri præbendarii, aliique dictæ eccleſiæ perpetuo inſervientes, almutiis & cappis nigris pro diverſitate temporis induantur & ornentur : differentia ſit tamen aliqua in almutiis ; & in cappis nulla ſint paramenta diverſi coloris. Non autem intendimus ex hoc, aliquod jus prædictis præbendatis acquiſitum ad potiora ſtipendia expetenda, aut præeminentias & prærogativas alias in eadem eccleſia obtinendas : ſed eadem prorſus jura quæ antea ipſis præbendatis competebant. Actum Burdigalæ, in congregatione privata concilii provincialis, die XXII. Octobris, MDCXXIV.

Congregatio publica ultima.

Die vigeſima ſecunda Octobris, MDCXXIV. hora prima pomeridiana, in aula inferiori habita eſt congregatio publica ultima. Interfuere reverendiſſimi : actum variis de rebus, & ſelecta pars decretorum hactenus conditorum.

Congregatio privata vigeſima tertia.

Die vigeſima tertia Octobris, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, hora matutina octava, in palatio archiepiſcopali habita eſt congregatio privata. Interfuere reverendiſſimi domini epiſcopi, Condomienſis Engoliſmenſis, Aginnenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, Lucinnenſis. Actum de decretis in fine concilii ferendis, & aliis rebus, tum præcipue de libris Milhardi de caſibus conſcientiæ editis, interdicendis ; actumque decretum hujuſmodi :

Cenſura librorum Milhardi.

Quia vero inter caſus conſcientiæ a Petro Milhardo vulgari ſermone in lucem editos, multa ſunt quæ potius animas puſillorum offendunt, quam ædificant ; dum ſimoniæ & uſuræ circumſtantias ita delineat, ut ejuſmodi peccatis quaſi viam aperire magis quam præcludere videatur : necnon libertinis anſam aliquam dedere, prætextu pravæ multorum conſuetudinis, impune violandi generalia illa præcepta eccleſiaſtica de audiendo ſacro diebus feſtis, & de jejunando Quadrageſimæ temporibus : nos his aliiſque permultis de cauſis lectionem librorum omnium, quos prædictus Milhardus de caſibus conſcientiæ quovis idiomate conſcripſit, & quocumque titulo cenſeantur, omnibus provinciæ fidelibus omnino interdicimus : invigilentque Ordinarii, cenſuris, cum opus fuerit, adhibitis, ne ejuſmodi aut aliis erroribus ſibi commiſſæ plebes inficiantur.

Congregatio privata vigeſima quarta.

Die vigeſima tertia Octobris, MDCXXIV. in palatio archiepiſcopali habita eſt alia congregatio privata, ut dictum fuerat in præcedenti, inter reverendiſſimos dominos epiſcopos, cum illuſtriſſimo domino metropolitano. Interfuerunt reverendiſſimi domini Condomienſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis. Lecta ſunt ibi decreta de propaganda fide, viſitatione, fine concilii ; & actum de variis rebus quæ ad finem concilii & ſeſſionem pertinebant : ac præterea actum de conſervatione jurium epiſcopalium ; hincque ſubſequens decretum.

NOs in concilio provinciali exſiſtentes & definientes ; cum ad ea quæ paſtoralia jura cuilibet epiſcopo in propria diœceſi conſervanda pertingunt, animum intenderemus ; & ut nulla ex parte

Anno Christi 1624.

imminuerentur, provideremus: hinc declaramus, A nulli epiſcopo prætextu cujuſvis abbatiæ, prioratus, aut alterius beneficii ab eo poſſeſſi, licitum eſſe uti baculo paſtorali in divinis officiis, niſi intra ſuam diœceſim fuerit prædictum beneficium: vel niſi in eodem plenam & epiſcopalem habuerit juriſdictionem, vel forte quoad hoc ſpeciali privilegio Apoſtolico ſit munitus.

Datum Burdigalæ, in congregatione privata concilii reverendiſſimorum epiſcoporum comprovincialium, die vigeſima tertia Octobris, MDCXXIV.

Continuatio ſeſſionis tertiæ.

Die Jovis, vigeſima quarta menſis Octobris, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo B quarto, fuit continuatio tertiæ ſeſſionis, ac tandem concluſum concilium. Hora ſeptima matutina, illuſtriſſimus dominus metropolitanus, reverendiſſimi domini epiſcopi omnes: canonici metropolitani, procuratores eccleſiarum, & doctores & officiales concilii, e palatio archiepiſcopali in metropolitanam proceſſere: ibique reverendiſſimus dominus Pictavienſis ſacrum ſolemne fecit de beata Virgine: illuſtriſſimo domino metropolitano, in cathedra ſub umbella, reverendiſſimis dominis epiſcopis, in ſubſelliis paratis, aſſidentibus. Perfecto ſacro, amictis pontificalibus indutis, & precibus de more actis, reverendiſſimus dominus epiſcopus Aginnenſis habuit concionem dilucidam in fine concilii, de eccleſiæ fortitudine, unione epiſcopo- C rum, & totius cleri. Qua feliciter & fructuoſe perfecta, unus ex ſecretariis acceſſit ad illuſtriſſimum, de manu illius decreta ſuſcipiens; quibus acceptis ſuggeſtum conſcendit, & legit omnia decreta, ſcilicet de ſacramentis, de feſtis, de ſepulturis, de viſitatione, de archipreſbyteris, & teſtibus ſynodalibus, & aliis, ſuis locis reponendis: de ſeminariis de promovendis ad beneficia, de propaganda fide, de monaſteriis, de monialibus, de concilio provinciali, & pœnis. Quæ votis a patribus exquiſitis placuiſſe eiſdem patribus publicatum eſt, & gratiæ Deo actæ.

De ſubſcribendo decretis concilii.

D

Hinc lectum eſt decretum de ſubſcribendo decretis concilii, ab eodem ſecretario qui in ſuggeſtu.

Decretum de ſubſcribendo.

Franciſcus, miſeratione divina ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Praxedis preſbyter Cardinalis, archiepiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ primas, admonet reverendiſſimos Patres omnes, qui huic ſynodo jure interſunt, & interfuerunt, ut poſt ſe ſinguli loco & ordine ad altare majus accedant, & iis quæ in hac ſancta ſynodo decreta ſunt, ſubſcribant.

Quod decretum cum omnes placere ſibi dixerint E Patres, illuſtriſſimus dominus metropolitanus acceſſit ad majus altare, inclinationem faciens ad reverendiſſimos epiſcopos: & primus ſubſcripſit, hoc modo:

Nos F. tituli ſanctæ Praxedis ſanctæ Romanæ eccleſiæ preſbyter Cardinalis, hujus baſilicæ archiepiſcopus, Aquitaniæ primas, hæc decreta a nobis definita ſubſcripſimus: F. Cardinalis archiepiſcopus Burdigalenſis.

Deinde ſucceſſere omnes, poſtquam illuſtriſſimus rediit ad cathedram ſuam: ſinguli cum accederent, debitas inclinationes facientes, tum ad illuſtriſſimum, tum ad altare, idque juxta ordinem, hoc modo:

Ego Antonius, epiſcopus Condomienſis, ſubſcripſi.
Ego Antonius, epiſcopus Engoliſmenſis eccleſiæ, ſubſcripſi.
Ego Claudius, epiſcopus Aginnenſis, ſubſcripſi.
Ego Henricus Ludovicus, epiſcopus Pictavienſis, ſubſcripſi.
Ego Franciſcus, epiſcopus Petracoricenſis, ſubſcripſi.
Ego Michaël Raoul, epiſcopus Santonenſis, ſubſcripſi.
Ego Henricus, epiſcopus Malleacenſis, ſubſcripſi.
Ego Emericus, epiſcopus Lucionenſis, ſubſcripſi.

De fine concilii.

Cumque omnes acceſſiſſent, & ad ſubſellia rediiſſent, actum de fine concilii: hincque ſecretarius in ſuggeſtu exiſtens, ait:

Reverendiſſimi Patres, placetne vobis, ad Dei omnipotentis laudem, hujus concilii provincialis finem jam fieri? Exquiſitis votis, reſponderunt; *Placet.*

Tum de mandato illuſtriſſimi metropolitani, ſecretarius legit decretum hoc modo:

NOs Franciſcus, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis tituli ſanctæ Praxedis, archiepiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ primas, Deo auctore & adjutore, cum abſoluta ſint quæ pro temporis ratione agi gerique poſſe videbantur; cumque paſtoralis cura reverendiſſimos epiſcopos, qui huic ſancto concilio interfuerunt, & interſunt, ad eccleſiarum ſuarum ſtatus & paſtorales vigilias revocet: propterea huic ſancto concilio finem imponi cenſuimus.

Hinc illuſtriſſimus dominus metropolitanus ad reverendiſſimos Patres pauca de ſollicitudine paſtorali præfatus, juſſit ut ſecretarius in ſuggeſtu exiſtens, legeret quæ præcipue in fine hujus ſancti concilii a Deo eſſent expetenda: quæ quidem in tria puncta ipſe illuſtriſſimus redegerat, hoc modo:

ORATIO MENTALIS.

I.

REverendiſſimi Patres, tota mente & pio affectu orate pro ſanctiſſimo domino noſtro Urbano Papa VIII. ut eum Deus Spiritu ſancto in ſalutari gratia gubernet, dirigat, & defendat.

II.

Reverendiſſimi Patres, toto cordis affectu orate, ut inclinet Deus ad preces humilitatis noſtræ aures miſericordiæ ſuæ, & in protectione eccleſiæ ſuæ ſanctæ antiqua ſui brachii operetur miracula: & maxime ut provincia hæc veſtris culta laboribus, in ſanctæ reformationis inſtitutis progrediatur: ut in omnibus & per omnia glorificetur Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti.

III.

Reverendiſſimi Patres, toto cordis affectu orate pro Chriſtianiſſimo Rege noſtro Ludovico, ut victoriam de inimicis Crucis Chriſti reportet feliciſſime, & præcedat eum Angelus Domini in cunctis illius operibus, & comitetur in via, donec afferatur illi ſceptrum regni æterni.

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1624.

His edictis illuſtriſſimus, & reverendiſſimi Patres, genibus flexis ante majus altare, in oratione mentali perſtiterunt per dimidiam horam.

Finita oratione, facta eſt proceſſio in eccleſia & in clauſtris: qua redeunte, diſtributæ tabellæ acclamationum, tum illuſtriſſimo domino metropolitano & Patribus, tum principibus viris ſupremi ſenatus, & aliis aſſiſtentibus, aſcendente interim ſuggeſtum uno e ſecretariis, qui & archidiaconus eccleſiæ metropolitanæ: ibique incipit hoc modo.

Acclamationes Patrum in fine concilii.

B *Arch.* Soli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

R. Laudamus te, Domine, qui illuminans mirabiliter a montibus æternis, ſacrum iſtud provinciale concilium ad optatum exitum mira benignitate perduxiſti: tibi laus, tibi poteſtas & imperium in ſæculum, & uſque in ſæculum ſæculi.

Arch. Beatiſſimo Urbano Papæ, & domino noſtro, ſanctæ univerſalis eccleſiæ Pontifici, anni permulti, ut cunctas gentes in obſequium Chriſti pro ſua paſtorali ſollicitudine pertrahat.

R. Impleat Dominus omnes petitiones ſanctiſſimi Patris, & ita omne conſilium ipſius adverſus inimicos crucis Chriſti confirmet, ut ad nihilum C deveniant, tamquam aqua decurrens, & ſicut deficit fumus, deficiant.

Arch. Patriarchis, & archiepiſcopis omnibus, quos Chriſtus fecit regnum & ſacerdotes Deo & Patri ſuo, accuratiſſima in creditos ſibi populos vigilantia.

R. Anticipent vigilias oculi eorum, & annos æternos in mente habeant, intendant ad viſitandas omnes gentes, quas lavit Agnus in ſanguine ſuo.

Arch. Chriſtianiſſimo Regi noſtro Ludovico, cujus laus in fines terræ, ob zelum domus Domini, perpetua & illibata felicitas.

D *R.* Deus primogenitum ponat illum excelſum præ Regibus terræ: in æternum ſervet illi miſericordiam ſuam, & dies ſuper dies ejus, ad diſſipanda conſilia hæreticorum, adjiciat.

Arch. Regibus, & Chriſtianis principibus, cunctiſque ſublimioribus poteſtatibus, ſalus & uberrima Omnipotentis benedictio.

R. Deduc eos, Domine, in portum voluntatis eorum, tuamque ipſis miſericordiam prætende: ut eccleſiæ vineam, quam plantavit dextera tua, adverſus inſidias ſatanæ concordiſſime communiant, omneſque populi, qualibet perturbatione ſubmota, liberis tibi mentibus deſerviant.

ANNO CHRISTI 1624.

Arch. Fidelibus provinciæ noſtræ, & populo Chriſtiano univerſo pax Chriſti æterna.

R. Vias tuas, Domine, demonſtra illis, & dirige eos in veritate tua, ut non oblivíſcantur operum Altiſſimi, & mandata ejus exquirant.

Arch. Reverendiſſimis hujus provinciæ epiſcopis ad eccleſias ſuas reditus, cum jam hauſerint aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

R. Proſperum iter faciat eis Deus ſalutarium noſtrorum, ut immolent ei ſacrificium laudis, & benedicant populo ſuo in pace.

Arch. Nos, Domine, memores mandatorum tuorum, & decretorum ſacri hujus conſeſſus, ad faciendum ea in ſanctuario quod firmaverunt manus tuæ, corpore tibi pariter famulemur & mente, intercedente beata Virgine Maria, ſanctis Apoſtolis Petro, Paulo, & Andrea, & omnibus ſanctis.

R. Amen, Amen.

Statim atque acclamationes perfectæ fuerunt, actæ Deo gratiæ, eoque fine cantatur, *Te Deum*: & cantico finito, & oratione pro gratiarum actione, ab illuſtriſſimo domino metropolitano recitata, ſinguli patres, ordine, cum mitris, factis inclinationibus debitis, acceſſere ad illum in cathedra ſub umbella ſtantem, & accepere oſculum pacis, & dedere: ac etiam omnes regreſſi ad ſubſellia, mutuis amplexibus inter ſe pacis oſculum dederunt, & acceperunt.

Quibus perfectis, illuſtriſſimus dominus metropolitanus dat benedictionem ſolemnem, & publicantur centum dierum indulgentiæ. Tandem idem ſecretarius, qui & archidiaconus, conclamat, cantando. *Recedamus in pace*: Et chorus reſpondet: *In nomine Domini.* Tum illuſtriſſimus dominus metropolitanus & reverendiſſimi domini epiſcopi, depoſitis ornamentis, receſſere.

EPISCOPORUM GALLIÆ LITTERÆ,

AD INNOCENTIUM PAPAM X.

Quibus rogant, ut de qninque propoſitionibus excerptis ex Cornelii Janſeni Iprenſis epiſcopi libro, qui *Auguſtinus* inſcribitur, pronunciet.

BEATISSIME Pater. Majores cauſas ad Sedem Apoſtolicam referre ſolemnis eccleſiæ mos eſt, quem fides Petri numquam deficiens perpetuo retineri pro jure ſuo poſtulat. Æquiſſimæ huic legi obſequentes, de graviſſimo circa religionem negotio Sanctitati tuæ ſcribendum eſſe cenſuimus. Decennium eſt, ex quo vehementiſſimis turbis Gallia magno noſtro mœrore commovetur, ob librum poſtumum & doctrinam reverendiſſimi Cornelii Janſenii Iprenſis epiſcopi. Tales quidem motus ſedari oportebat, tum concilii Tridentini auctoritate, tum bullæ illius, qua Urbanus VIII. felicis memoriæ adverſus Janſenii dogmata pro- E nunciavit, & decreta Pii V. ac Gregorii XIII. in Baïum edita confirmavit. Atque hujus bullæ veritatem ac robur novo diplomate vindicaſti: ſed quia nulli ſigillatim propoſitioni certa cenſuræ nota inuſta fuit, locus etiamnum aliquis quorumdam cavillis & effugio relictus eſt. Intercludendum autem penitus ſperamus: ſi ut precamur, Sanctitas tua quid hac in re ſentiendum ſit, clare diſtincteque definiat. Obteſtamur ergo, ut has præſertim propoſitiones, de quibus diſceptatio periculoſior, ac contentio ardentior eſt, Sanctitas tua expendat; ac perſpicuam & certam de unaquaque ſententiam ferat.

I. Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus & conantibus, ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia; deeſt quoque iis gratia, qua poſſibilia fiant.

II. Interiori gratia in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur.

III. Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione.

IV. Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare.

V. Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

Experta eſt nuper beatitudo tua, quantum Apoſtolicæ Sedis in gemini Eccleſiæ capitis errore profligando valuerit auctoritas: continuo ſedata eſt tempeſtas, atque ad Chriſti vocem & imperium venti & mare obedierunt. Quamobrem flagitamus, beatiſſime Pater, ut clara firmaque de propoſitionum iſtarum ſenſu prolata ſententia, cui reverendus ipſe Janſenius morti proximus opus ſuum ſubjecit, caliginem omnem diſcutias, animos fluctuantes componas, diſſidia prohibeas, eccleſiæ tranquillitatem ſplendoremque reſtituas. Dum hæc ſpes mentibus noſtris affulget, Sanctitati tuæ multos & proſperos annos, ſæculoque beatiſſimam æternitatem, Rex ſæculorum immortalis adjiciat, optamus ac vovemus.

INNOCENTII PAPÆ X. CONSTITUTIO.

De quinque propoſitionibus ex Janſenii libro excerptis.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CUM occaſione impreſſionis libri, cui titulus, *Auguſtinus Cornelii Janſenii, epiſcopi Iprenſis*, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præſertim in Galliis, controverſia ſuper quinque ex illis: complures Galliarum epiſcopi apud nos inſtiterunt, ut eaſdem propoſitiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam & perſpicuam ferremus ſententiam. Tenor vero præfatarum propoſitionum eſt prout ſequitur:

I. Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant.

II. Interiori gratia in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur.

III. Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione.

IV. Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare.

V. Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

Nos quibus inter multiplices curas, quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis cordi eſt, ut eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare, & tamquam navis in tranquillo mari, ſedatis omnium tempeſtatum fluctibus ac procellis, ſecure navigare, & ad optatum ſalutis portum pervenire poſſit:

Pro rei gravitate, coram aliquibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ad id ſpecialiter ſæpius congregatis, ac pluribus in ſacra theologia magiſtris, eaſdem quinque propoſitiones ut ſupra, nobis oblatas, fecimus ſingillatim diligenter examinari: eorumque ſuffragia, tum voce, tum ſcripto relata, mature conſideravimus: eoſdemque magiſtros, variis coram nobis actis congregationibus, prolixe ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet diſſerentes audivimus.

Cum autem ab initio hujuſcemodi diſcuſſionis ad divinum implorandum auxilium, multorum Chriſti fidelium preces, tum privatim, tum publice indixiſſemus, poſtmodum iteratis eiſdem ferventius, ac per nos ſollicite implorata ſancti Spiritus aſſiſtentia, tandem divino numine favente, ad infra ſcriptam devenimus declarationem, & definitionem.

Primam prædictarum propoſitionum: *Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant*: temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Secundam: *Interiori gratia in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur*: hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Tertiam: *Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ, non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione*: hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quartam: *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus; etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici; quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare*: falſam & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quintam: *Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe*: falſam, temerariam, ſcandaloſam: & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, impiam, blaſphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem, & hæreticam, declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, ne de dictis propoſitionibus ſentire, docere, prædicare aliter præſumant, quam in hac præſenti noſtra declaratione & definitione continetur, ſub cenſuris & pœnis contra hæreticos & eorum fautores in jure expreſſis.

Præcipimus pariter omnibus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis inquiſitoribus ut contradictores

tradictores & rebelles quoſcumque per cenſuras & A pœnas prædictas, ceteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, omnino coerceant & compeſcant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem & definitionem ſuper prædictis quinque propoſitionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii.

Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ MDCLIII. pridie Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno nono.

Hi. datarius.

G. GUALTERIUS.

P. CIAMPINUS.

ALEXANDRI PAPÆ VII.
CONSTITUTIO,

Qua præſcribitur formula, cui ſubſcribendum adverſus quinque propoſitiones Janſenii.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad B perpetuam rei memoriam.

REGIMINIS Apoſtolici divina providentia nobis quamvis immeritis commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea potiſſimum, quæ catholicæ religionis integritati & propagationi, animarumque ſaluti, & fidelium tranquillitati conſulere apta & idonea eſſe judicantur, animum & curam omnem, quantum licet in Domino, applicemus. Quamobrem Cornelii Janſenii hæreſim in Galliis præſertim ſerpentem, ab Innocentio X. felicis recordationis prædeceſſore noſtro fere oppreſſam, ad inſtar colu- C bri tortuoſi, cujus caput attritum eſt, in varios gyros & cavillationum flexus euntem, ſingulari conſtitutione ad hunc finem edita, altera aſſumptionis noſtræ anno extinguere conati ſumus. Sed ut multiplices hoſtis hominum generis artes adhibet, nondum plene conſequi potuimus, ut omnes errantes in viam ſalutis redirent: qui tamen unicus erat votorum & curarum noſtrarum ſcopus: quibus operam & induſtriam ſuam egregio ſane ſtudio venerabiles fratres noſtri archiepiſcopi & epiſcopi regni Galliæ, earumdem conſtitutionum Apoſtolicarum execution præcipue intenti, contulerunt; & cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex D Chriſtianiſſimus ſingulari pietate auxiliarem dextram ſtrenuo ac conſtantiſſimo animo porrexit. Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem religionis zelo ductus, per ſuum in Urbe oratorem nobis ſignificari exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium peſtiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi poſſe, quam ſi omnes certam formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam: in qua quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus, *Auguſtinus*, excerptas ſincere damnarent, ac proinde illam a nobis quantocitius expediri, ad quælibet effugia E præcludenda, omneſque removendos obtentus flagitaverit. Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benigne annuendum eſſe ducentes, formulam infra ſcriptam ab omnibus eccleſiaſticis, etiam venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, & epiſcopis, necnon aliis quibuſcumque eccleſiaſtici ordinis, tam regularibus quam ſæcularibus, etiam monialibus, doctoribus, & licentiatis, aliiſque collegiorum rectoribus atque magiſtris, ſubſcribi

distincte mandamus, idque intra tres menſes a die publicationis ſeu notificationis præſentium. Alias contra eos, qui intra terminum præſcriptum non paruerint, irremiſſibiliter procedi volumus juxta canonicas conſtitutiones, & conciliorum decreta.

Formula a ſupradictis ſubſcribenda.

EGo N. conſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X. datæ die XXXI. Maii, MDCLIII. & conſtitutioni Alexandri VII. datæ XVI. Octobris, MDCLVI. ſummorum Pontificum, me ſubjicio: & quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui nomen *Auguſtinus*, excerptas, & in ſenſu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio, ac damno, & ita juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

Decernentes inſuper præſentes litteras ſemper & perpetuo validas & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoscumque judices, ordinarios & delegatos, ubique judicari & definiri debere: ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate: ac irritum & inane eſſe, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis committimus & mandamus, ut ſinguli in ſuis diœceſibus ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque exequantur, & exſequi ac obſervari ab omnibus curent: & inobedientes quoſcumque per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, omnino compellant. Volumus autem, ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram conſtitutionem & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni-

potentis Dei, ac beati Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Erat annus 1665 Gallicana computatione.

Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ, MDCLXIV. XV. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno decimo.

J. Cardinalis prodatarius.

S. UGOLINUS.

Viſa de Curia. P. CIAMPINUS.

D. CIAMPINUS.

EJUSDEM

ALEXANDRI PAPÆ VII.

Innovatio conſtitutionum & decretorum in ſavorem ſententiæ aſſerentis, animam beatæ Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione, a peccato originali præſervatam fuiſſe, editorum.

Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam.

SOllicitudo omnium Eccleſiarum, quam licet meritis & viribus longe impares, Dei Optimi Maximi voluntate & providentia gerimus, in id nos anxie teoet intentos & vigilantes, ut ſcandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione & fragilitate neceſſe eſt ut veoiant, quantum fieri poteſt pauciſſima exoriantur; utque exorta quam celerrime & quam diligentiſſime amoveantur: nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus vero præbentur præſens afferunt labendi periculum; quorum nos pro noſtro Paſtoralis officii debito, & damnum ſummopere dolemus, & diſcrimine aſſidue urimur. Sane vetus eſt Chriſti fidelium erga ejus beatiſſimam Matrem Virginem Mariam pietas, ſentieotium, ejus animam in primo inſtanti creationis, atque infuſionis in corpus, fuiſſe ſpeciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritorum Jeſu Chriſti ejus filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præſervatam immunem, atque in hoc ſenſu ejus Conceptionis feſtivitatem ſolemni ritu colentium & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujuſmodi cultus poſt editas a ſel. rec. Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro in ejus commendationem Apoſtolicas Conſtitutiones, quas ſacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque obſervari mandavit. Aucta rurſus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam poſt erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pootificibus, religioſum Ordinem, & Confraternitates, ac conceſſas ab iiſdem indulgentias: ita ut accedentibus quoque pleriſque celebrioribus Academiis ad hanc ſententiam, jam fere omnes Catholici eam complectantur. Et quia ex occaſione contrariæ aſſertionis in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod nempe eadem beatiſſima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa ſcandala, jurgia, & diſſenſiones, rec. mem. Paulus Papa V. etiam prædeceſſor noſter vetuit horum opinionem præfatæ ſententiæ contrariam publice doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregorius Papa XV. ſimiliter prædeceſſor noſter ad privata etiam colloquia extendit; mandans inſuper in favorem ejuſdem ſententiæ, ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis tam publice, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant. Nihilominus, prout venerabiles fratres epiſcopi fere omnes Hiſpaniarum, cum eccleſiarum ſuarum capitulis, datis ad nos litteris expoſuerunt; accedente etiam inſinuatione cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi earumdem Hiſpaniarum regis Catholici, qui ſpecialem ſuper hoc miſit ad nos oratorem venerabilem fratrem Ludovicum epiſcopum Placentinum: per quem etiam delatæ fuerunt ad nos ſupplicationes regnorum earumdem Hiſpaniarum; pergunt aliqui contrariæ illius opinionis aſſertores contra præfatas prohibitiooes tum privatim, tum publice, præfatam ſententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem a Romanis Pontificibus cultui & feſto ſecundum illam præſtitum ita interpretari, ut fruſtrentur; immo eccleſiam Romanam huic ſententiæ & cultui juxta illam beatæ Virgini exhibito favere negant, pios Chriſti fideles e ſua pacifica quaſi poſſeſſione deturbare conando; unde offenſiones, ſcandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. noſter prædeceſſores, perdurant adhuc; & ex occaſione eorumdem adverſantium majora his incommoda in poſterum prudenter & merito timentur. Quapropter ſuper his tam præfati epiſcopi cum eccleſiarum ſuarum Capitulis, quam memoratus Philippus rex, ejuſque regna, nobis pro opportuno remedio inſtanter ſupplicari fecerunt. Nos conſiderantes quod Sancta Romana eccleſia de intemeratæ ſemperque Virginis Mariæ Cooceptione feſtum ſolemniter celebrat, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium olim ordinavit, juxta piam, devotam, & laudabilem inſtitutionem, quæ a Sixto IV. prædeceſſore noſtro emanavit; volenteſque laudabili huic pietati, & devotioni, & feſto, ac cultui ſecundum illam exhibito, in eccleſia Romana poſt ipſius cultus inſtitutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum exemplo favere; necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi beatiſſimam Virginem, prævemente ſcilicet Spiritus ſancti gratia a peccato originali præſervatam; cupienteſque in Chriſti grege unitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſedatis offenſionibus & jurgiis, amotiſque ſcandalis, conſervare: ad præfatorum epiſcoporum cum eccleſiarum ſuarum Capitulis, ac Philippi regis ejuſque regnorum oblatam nobis inſtantiam ac preces, Conſtitutiones & decreta a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & præcipue a Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem ſententiæ aſſerentis, animam beatæ Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione, Spiritus ſancti gratia donatam, & a peccato originali præſervatam fuiſſe, necnon & in favorem feſti, & cultus Conceptioni ejuſdem Virginis Deiparæ ſecundum piam iſtam ſeotentiam, ut præfertur, exhibiti, innovamus, & ſub cenſuris & pœnis in eiſdem Conſtitutionis contentis obſervari mandamus. Et inſuper omnes & ſingulos, qui præfatas Conſtitutiones ſeu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ ſententiæ, & feſto, ſeu cultui ſecundum illam exhibito fruſtrentur, vel qui hanc eamdem ſententiam, feſtum, ſeu cultum in diſputationem revocare, aut contra ea quoquomodo directe, vel indirecte, aut ſub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, ſive ſacram Scripturam, aut ſanctos Patres, ſive Doctores gloſſandi, vel interpretandi: denique alio quovis prætextu, ſeu occaſione, ſcripto, ſeu voce, loqui, concionari, tractare, diſputare, contra ea quid-

quam determinando, aut aſſerendo, vel argumenta contra ea aſſerendo, & inſoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo diſſerendo; auſi fuerint; præter pœnas & cenſuras in Conſtitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos ſubjacere volumus, & per præſentes ſubjicimus, etiam concionandi, publice legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa & paſſiva in quibuſcumque electionibus eo ipſo abſque alia declaratione privatos eſſe volumus: necnon ad concionandum, publice legendum, docendum, & interpretandum, perpetuæ inhabilitatis pœnas ipſo facto incurrere abſque alia declaratione; a quibus pœnis non niſi a nobis ipſis, vel a ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus abſolvi, aut ſuper iis diſpenſari poſſint: necnon eoſdem aliis pœnis noſtro & eorumdem Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pariter ſubjacere volumus, prout ſubjicimus per præſentes: innovantes Pauli V. & Gregorii XV. ſuperius memoratas Conſtitutiones, ſive decreta. Ac libros in quibus præfata ſententia, feſtum, ſeu cultus ſecundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut ſupra, aliquid ſcribitur, aut legitur, ſeu locutiones, conciones, tractatus, & diſputationes contra eadem continentur, poſt Pauli V. ſupra laudatum decretum edita, aut in poſterum quomodolibet edenda, prohibemus, ſub pœnis & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipſo facto abſque alia declaratione pro expreſſe prohibitis haberi volumus, & mandamus. Vetamus autem, Sixti IV. Conſtitutionibus inhærentes, quempiam aſſerere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum a Romana eccleſia & ab Apoſtolica Sede nondum fuerit hoc deciſum, prout nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem hæreſis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos ſubjecit Sixtus IV. aliique prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis ſubjicimus, quas in contrafacientes huic noſtræ Conſtitutioni ſuperius infliximus. Volentes quod contra hujus noſtræ Conſtitutionis tranſgreſſores, etiam Regulares cujuſvis ordinis, & inſtituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque eccleſiaſticas & ſæculares perſonas, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam eccleſiaſticæ, quam ſæcularis, ut præfertur, tam epiſcopi, & prælati ſuperiores, aliique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores procedant, & inquirant, atque in eos ſtricte animadvertant. Nos enim iis & eorum cuilibet contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi liberam facultatem & auctoritatem, iiſdem auctoritate & tenore tribuimus, & impartimur: in eoſque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire diſtricte præcipimus, & mandamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſvis indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſvis perſonis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, & quavis alia dignitate & honore conſtitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nequeant, quomodolibet conceſſis; quibus omnibus, & eorum ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de eis ipſorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clauſulas, mentio habenda, aut alia exquiſita forma obſervanda foret: tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem hæc noſtra conſtitutio, & præmiſſa omnia, ad eorum omnium, quorum intereſt, notitiam congruentius pervenire poſſint; in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna privationis ab ingreſſu eccleſiæ eo ipſo incurrenda præcipimus & mandamus, omnibus & ſingulis locorum Ordinariis, ac eorum vicariis, ſuffraganeis, & officialibus quibuſcumque, & aliis ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat & pertinet; quatenus hujuſmodi noſtram conſtitutionem ſingulis ſuæ diœceſis vel diſtrictus prædicatoribus, & aliis, quibus expedire judicaverint, opportune inſinuent, & publicent, ac inſinuari & publicari, faciant; ne quis in poſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa valeat excuſare. Volumus & ſimiliter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præſentes litteræ per aliquos ex noſtris curſoribus baſilicarum ſancti Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum, & cancellariæ Apoſtolicæ valvis, ac in acie campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio & publicatio ita omnes & ſingulos, ad quos ſpectet afficiat & arctet, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent, & quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus litteris adhiberetur, ſi oſtenſæ vel exhibitæ forent. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die VIII. Decembris, MDCLXI. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

S. UGOLINUS.

DECLARATION DU ROY,

pour l'execution de la Bulle de N. S. P. le Pape du *15.* Fevrier *1665.*

Edit du Roy pour la ſignature du Formulaire du Pape.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A tous preſens & à venir; SALUT. Le deſſein que nous avons de voir tous nos Sujets réünis dans une même créance ſur les matieres de la Foy & de la Religion, nous obligeant de veiller inceſſamment pour empêcher le progrez de toutes les nouveautez qui pourroient troubler le repos des conſciences, & la paix de l'Egliſe & de l'Etat; il n'y a point de ſoin que nous n'ayons apporté pour faire ceſſer toutes les contentions, & pour arrêter le cours des erreurs qui pouvoient alterer la pureté de la Foy, que nous avons reçûë de nos Ancêtres. Dans ce deſſein nous avons appuyé de nôtre autorité les Deciſions qui ont eſté faites par les Papes, & acceptées par l'Egliſe, pour détruire la nouvelle Secte qui s'eſt élevée à l'occaſion de la doctrine de Janſenius Evêque d'Ypre, contenuë en ſon Livre, intitulé Auguſtinus. *Et depuis la naiſſance de cette Secte, juſqu'à nôtre Declaration du mois d'Avril de l'année derniere 1664. Nous avons employé tous les moyens poſſibles pour en arrêter le cours: & même les Prelats de nôtre Royaume ayant jugé*

à propos après diverſes Déliberations, de dreſſer un Formulaire de profeſſion de Foy, & imploré le ſecours de nôtre autorité, pour obliger tous les Eccleſiaſtiques de nôtre Royaume à le ſouſcrire; Nous avons par noſdites Lettres de Declaration, regiſtrées en nôtre preſence en nôtre Cour de Parlement de Paris, autoriſé ledit formulaire, & ordonné que tous ceux qui refuſeroieut de le ſigner, lorſqu'il leur ſeroit preſcrit par les Mandemens de leure Evêques, demeureront privez de leurs Benefices, & declarez indignes d'en poſſeder à l'avenir, & qu'il ſeroit procedé extraordinairement contr'eux ſelon la vigueur des Conſtitutions Canoniques. Mais quoique Dieu ait beni nos ſoins par un heureux ſuccès, & que nous ayons tellement arrêté le cours de cette hereſie naiſſante, qu'il n'y ait plus preſentement qu'un bien petit nombre de gens, qui par un aveuglement affecté, & par des ſubtilitez étudiées, reſiſtent aux définitions reçûës par le conſentement unanime de l'Egliſe: Neanmoins comme les principaux chefs de cette cabale continuënt leurs efforts qu'ils ont toûjours faits pour éluder la condamnation de leurs erreurs, & mépriſant lee Déciſions du Saint Siege, le jugement dee Evêques, & l'avis de la Faculté de Theologie de Paris, refuſent de ſigner le Formulaire dreſſé par les Prelats de nôtre Royaume; Nous avons reſolu de metere la derniere main pour achever un ouvrage ſi utile & ſi avantageux au bien de la Religion & de l'Etat. Et quoique chacun connoiſſe la fauſſeté des prétextes les plus ſpecieux dont les Sectaires ſe ſont ſervi pour colorer le refus qu'ils ont fait juſques ici de ſigner le Formulaire; que la diſtinction du fait & du droit, dont ils ont fait leur principale défenſe ſoit aſſez détruite par le Bref des Papes Innocent X. & Alexandre VII. par leſquels ils ont nettement declaré, que le deſſein du Saint Siege a été de condamner les Cinq Propoſitions extraitee du Livre de Janſenius, au ſens de cet Auteur: & que l'autorité dee Aſſemblées generales du Clergé de France, jointe au conſentement preſque unanime des Archevêques & Evêques de nôtre Royaume, dût être d'un aſſez grand poids pour les engager à recevoir ledit Formulaire: Veu même que le Pape l'avoit ſuffiſamment approuvé, ſoit en loüant la conduite des Evêques par leſdits Brefs que Sa Sainteté leur a adreſſez, lors qu'ils lui ont donné connoiſſance de la reſolution par eux priſe d'en ordonner la ſignature; ſoit en blâmant ceux qui ont refuſé d'y ſouſcrire, ou qui vouloient en altorer le ſens par des diſtinctions captieuſes. Et neanmoins connoiſſant que toutes ces conſiderations n'ont pas été aſſez puiſſantee pour vaincre l'opiniâtreté de ceux qui veulent ſe ſignaler dans cee ſortes de conteſtations, & qui dans ce deſſein fomentent la diviſion de l'Egliſe; Nous avons crû que le meilleur moyen de détruire toutes les fauſſes ſubtilitez dont ils ſe ſervent, & d'ôter tout pretexte, même aux Evêques, qui ont fait refus juſques à preſent de ſigner & faire ſigner dane leurs Dioceſes, étoit de conſulter encore une fois le Chef de l'Egliſe; afin que joignant ſon autorité à celle des Archevêques & Evêquee de France, ce concours de Puiſſances les obligeât à ſe ſoumettre & à ſouſcrire ce qui avoit été ſi ſolemnellement decidé. Pour cette fin nous avons fait demander à Sa Sainteté, par nôtre Ambaſſadeur Extraordinaire en Cour de Rome, qu'il lui plût ordonner la ſignature d'un Formulaire: Et Sa Sainteté ayant répondu favorablement aux inſtances qui lui ont eſté faites de nôtre part, & ayant fait expedier ſa Conſtitution en datte du 15. du mois de Fevrier dernier, par laquelle elle auroit ordonné la ſignature d'un Formulaire inſeré en ladite Conſtitution; NOUS pour concourir par nôtre autorité à faire ceſſer toutes lee diviſions, qui juſques à preſent ont partagé noe Sujets ſur ces matieres, & à établir une entiere uniformité dans leurs ſentimens, à cet égard ayant reſolu d'appuyer ladite Conſtitution; Sçavoir faiſons, que pour ces cauſes & autres à ce Nous mouvans, après avoir fait examiner en nôtre Conſeil la Conſtitution de N. S. P. le Pape Alexandre VII. dudit jour 15. Fevrier de la preſente année 1665. enſemble le Formulaire inſeré en ladite Conſtitution, & reconnu qu'en icelle il n'y a rien de contraire aux libertez de l'Egliſe Gallicane, ni aux droits de nôtre Couronne, ni même au Formulaire dreſſé par les Evêque de nôtre Royaume; NOUS, de l'avis du Conſeil, &

A *de nôtre certaine ſcience, pleine puiſſance, & autorité Royale, avons par ces Preſentes ſignées de nôtre main, dit, ſtatué, & ordonné, diſons, ſtatuons, & ordonnons, Voulons & Nous plait, que ladite Conſtitution de N. S. P. le Pape, dudit jour 15. Fevrier 1665. cy-attachée ſous le Contreſcel de nôtre Chancellerie, ſoit reçuë & publiée en tout nôtre Royaume, Païs, Terres, & Seigneuries de nôtre obéïſſance, pour y être gardée & obſervée inviolablement ſelon ſa forme & teneur.*

EXHORTONS à cette fin, & neanmoins enjoignons aux Archevêques, Evêques de nôtre Royaume, & Terree de nôtre obéïſſance de ſigner, & de faire ſigner inceſſamment, par tous les Eccleſiaſtiques de leurs Dioceſes, tant Seculiers que Reguliers, ledit Formulaire, purement & ſimplement, aux termes auſquels il eſt conçu dans ladite Conſtitution, ſans uſer d'aucune diſtinction, interpretation,
B *ou reſtriction, qui déroge directement ou indirectement auſdites Conſtitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. par leſquelles les cinq Propoſitions extraites du Livre de Janſenius ont été condamnées d'hereſie, au ſens de l'Auteur. Comme auſſi de nous certifier par écrit par leſdits Archevêques & Evêques, qu'il aura été ſatisfait à la ſignature dudit Formulaire dans les trois mois portés par ladite Conſtitution, à compter du jour de la publication qui ſera faite des Preſentes dans le Bailliage, Sénéchauſſee, ou Siege Royal, au reſſort duquel eſt ſituée chaque Egliſe Metropolitaine ou Cathedrale.*

DECLARANT que ceux qui ſe ſerviront dans leurs ſignatures des diſtinctions, interpretations, ou reſtrictions ſuſdites, auront encouru les peines portées par ladite Conſtitution, & par ces Preſentes.

C *ET afin que les Ordonnances que leſdits Archevêquee & Evêques, ou leurs Grands Vicairee feront publier pour ladite ſignature ſoient executées ſans difficulté: Nous ordonnons à tous Eccleſiaſtiques, Seculiers & Reguliers, même aux Moniales, de ſigner ledit Formulaire dans ledit temps de trois mois, nonobſtant toutes Exemptions, Privileges, Loix Dioceſaines, Droits de Juriſdictions Epiſcopales, ou quaſi-Epiſcopales, qui pourroient être pretendus par aucuns Chapitres, Abbayes, Communautez, Seculiers ou Reguliers, ou par aucun en particulier: Auſquels Privileges, Exemptions, Droits de Juriſdictions & Loix Dioceſaines, nous avons en tant que beſoin eſt ou ſeroit, derogé par ces Preſentes pour ce regard, comme étant ce qui concerne la pureté de la Foi, & de la détermination des queſtions doctrinales, particulierement reſervé à la perſonne & au caractere de l'Evêque, & ne pouvant leur*
D *être ôté par aucun privilege.*

ET en cas de refus par aucuns Eccleſiaſtiques, Seculiers ou Reguliers, de ſouſcrire ledit Formulaire, Voulons qu'il ſoit procedé contre eux par les Evêquee, ou par leurs Officiaux, ſuivant les Conſtitutions Canoniques, & les Loix de nôtre Royaume, nonobſtant tous Privilegee, & toutes appellations ſimples ou comme d'abus, & ſans préjudice d'icelles, pour leſquelles ne voulons être differé, comme s'agiſſant de Police & diſcipline, dans laquelle les appellations comme d'abus ne doivent avoir aucun effet ſuſpenſif aux termes dee Ordonnances.

VOULONS en outre, que faute d'avoir par lee Eccleſiaſtiques, Seculiers ou Reguliers, ſouſcrit ledit Formulaire dans ledit tems de trois mois, les Benefices, Dignitez, Perſonnats, Offices, Seculiers ou Reguliers, même les Clauſtraux & amovibles, generalement toute ſorte de Benefices
E *dont ils ſeront pourvûs, & auſquels ils pretendront droit, demeurent vacants & impetrables de plein droit, ſans qu'il ſoit beſoin d'aucune Sentence, ny Declaration judiciaire, & ſans qu'ils puiſſent être rétablis dans leurſdits Offices & Benefices, encor qu'ils vouluſſent poſterieurement ſigner ledit Formulaire: & pour cette fin ordonnons que ceux qui auront été pourvûs en leurs lieux & places deſdits Benefices, ſoit par le Collateur ordinaire, ſoit en Cour de Rome, y ſoient maintenus: Enjoignons aux Collateurs ordinairee, d'y pourvoir incontinent aprés ledit temps de trois mois: & juſque à ce qu'il y ait été pourvû, Voulons que les fruits deſdits Benefices ſoient ſaiſis à la requête de noe Procureurs Generaux, ou de leurs Subſtituts, & employez au profit dee Hôpitaux des lieux.*

ET au cas qu'aucun Archevêque ou Evêque refuſe de ſigner ledit Formulaire, & n'en ordonne pas la ſignature dans ledit temps de trois mois, purement & ſimplement, comme il eſt ci-deſſus expliqué, Nous voulons & entendons qu'il y ſoit contraint par ſaiſie du revenu temporel de ſon Archevêché ou Evêché, & qu'il ſoit procedé à l'encontre de luy par les voyes Canoniques, ſuivant ce qui eſt porté par ladite Conſtitution: Et en outre que les autres Benefices de quelque qualité qu'ils puiſſent être, dont il ſe trouvera pourvû, demeurent vacants & impetrables de plein droit, ſans qu'il ſoit beſoin d'aucune Sentence ni Déclaration judiciaire; & que ceux qui auront été pourvûs en ſa place y ſoient maintenus, ainſi qu'il eſt expliqué ci-deſſus.

ET afin qu'à l'avenir nul n'ait rang ni autorité dans l'Egliſe qui puiſſe renouveller ces diviſions, ou troubler l'Etat, en adherant à ces nouvelles doctrines, Nous voulons pour la police & la paix de nôtre Royaume, que conformément à la Declaration publiée en nôtre preſence en nôtre Cour de Parlement de Paris, le 29. Avril 1664. aucune perſonne ne puiſſe être ci-aprés pourvû de quelque Benefice que ce ſoit, Seculier ou Regulier, qu'il n'ait auparavant ſouſcrit ledit Formulaire en perſonne entre les mains de ſon Evêque, ou à ſon refus, en celles de l'Archevêque Metropolitain; En cas de refus de l'un & de l'autre, en celles du plus ancien Evêque de la Province, étant ſur les lieux, qui aura ſigné & fait ſigner ledit Formulaire.

NOUS voulons pareillement que ceux qui ſeront d'oreſnavant promûs à l'Ordre de Souſdiaconat, ou qui prendront à l'avenir des degrez dans les Univerſitez de nôtre Royaume, ou ſeront élûs aux Charges, Principautez & Regences deſdites Univerſitez, ou des Colleges, en dépendans, ou qui ſeront reçûs à faire profeſſion à l'avenir dans les Monaſteres de nôtre Royaume, ou nommez pour exercer aucunes Charges ou Offices dans iceux, ſignent ledit Formulaire ci-deſſus en la maniere, & dans le temps porté par noſdites Lettres du mois d'Avril 1664. & ſur les peines y contenuës, ſi ce n'eſt qu'il y euſſent ſatisfait auparavant. Voulons auſſi que nul ne puiſſe être admis dans les Seminaires pour y enſeigner, qu'il n'ait ſigné ledit Formulaire, en la forme ci-deſſus exprimée.

VOULONS de plus, que nulle perſonne pourvûë de Benefice Seculier ou Regulier par Nous, par les Collateurs ordinaires, en Cour de Rome, ou en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, ne puiſſe prendre, ni ſe mettre en poſſeſſion du Benefice, ſans en avoir la permiſſion du Lieutenant General, & en ſon abſence du premier & plus ancien Officier du Bailliage ou Senechauſſée dans le reſſort D de laquelle ledit Benefice ſera ſitué, leſquels ne pourront donner ladite permiſſion qu'à ceux qui feront bien & dûëment apparoir par devant eux avoir ſouſcrit ledit Formulaire en la forme preſcrite ci-deſſus: & ſeront leſdites permiſſions delivrées gratuitement & ſans frais par les Greffiers deſdits Sieges, qui en garderont les minutes pour y avoir recours quand beſoin ſera: Enjoignons pour cette fin auſdits Lieutenans Generaux, auſdits Sieges, d'empêcher qu'aucun pourvû de Benefice n'en prenne poſſeſſion, ſans au préalable avoir obtenu ladite permiſſion.

ET parce que ledit Livre de Janſenius, intitulé Auguſtinus, a donné lieu aux derniers troubles & conteſtations des Catholiques, & aux nouvelles diviſions de l'Egliſe, Nous avons fait & faiſons tres-expreſſes & iteratives inhibitions & defenſes à tous nos Sujets, de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, de vendre ou debiter ledit Livre, ni même le garder ſans la permiſſion de l'Evêque ou de ſes Grands Vicaires; Enjoignons à tous Imprimeurs & Libraires qui en ont preſentement, de les porter, ou faire porter dans la quinzaine aprés la publication des Preſentes au Greffe de l'Archevêché ou Evêché dont ils ſeront, ou en ceux des Bailliages ou Senéchauſſées, dans le reſſort deſquelles ils ſont leur demeure, à peine de punition.

QUE d'ailleurs, comme cette diviſion qui avoit commencé à l'occaſion dudit Livre de Janſenius, a beaucoup augmenté par la liberté que pluſieurs perſonnes ont priſe d'écrire, compoſer, publier ou debiter pluſieurs libelles contre les Bulles des Papes Innocent X. & Alexandre VII. contre les déliberations des Evêques, & les cenſures de la Faculté A de Theologie, & principalement contre le Formulaire dreſſé pour établir la paix dans l'Egliſe, & l'uniformité dans les ſentimens; Nous afin d'empêcher ce deſordre, Avons auſſi par leſdites Preſentes, fait & faiſons tres-expreſſes inhibitions & défenſes à tous nos Sujets de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'écrire ou compoſer, imprimer, vendre ou debiter, directement ou indirectement, ſous quelque nom ou titre que ce puiſſe être, aucun Ouvrage, Lettres, ou Ecrits, tendans à favoriſer, ſoûtenir, ou renouveller en quelque maniere que ce ſoit la doctrine condamnée de Janſenius, ou à contredire ledit Formulaire, ſous peine d'être traitez comme Fauteurs d'Heretiques, & comme Perturbateurs du repos Public: Voulons que ceux qui ont écrit, enſeigné, ou prêché aucune choſe contraire auſdites Bulles, ſoient tenus en ſignant ledit Formulaire, de ſe retracter, dont ſera fait mention dans l'Acte qui ſera expe- B dié de leur ſouſcription.

N'ENTENDONS au ſurplus par ces Preſentes déroger au droit des Particuliers qui ont été pourvûs en Cour de Rome, ou nommés par Nous aux Benefices de ceux qui n'ont pas ſigné le Formulaire dreſſé par les Evêques de nôtre Royaume, en conſequence de nôtredite Declaration, ny à ce qui a été fait par la Faculté de Theologie de Paris, contre ceux qui ont refuſé de ſigner la Cenſure de ladite Faculté du premier jour de Fevrier 1656. ni auſſi aux Arrêts rendus en noſtre Conſeil contre aucuns des Chanoines du Chapitre de Beauvais le vingt-un Juillet, & deuxiéme Octobre 1659. que Nous voulons être executez ſelon leur forme & teneur, juſques à ce que leſdits Chanoines ayent ſouſcrit le Formulaire inſeré dans ladite Conſtitution de Nôtre Saint Pere le Pape, en la forme ci-devant ex- C primée.

SI DONNONS EN MANDEMENT à nos Amez & Feaux les Gens tenans nôtre Cour de Parlement de Paris, que ces Preſentes ils ayent à faire lire, publier & enregiſtrer; enſemble ladite Conſtitution, & le contenu en icelle, faire garder & obſerver en ce qui dépend de l'autorité de nôtredite Cour, en toute l'étenduë de ſon reſſort; ſans ſouffrir qu'il y ſoit contrevenu en aucune maniere: CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à toûjours, Nous avons fait mettre nôtre Scel à ceſdites Preſentes, ſauf en autres choſes nôtre droit, & l'autruy en toutes. DONNÉ à Paris au mois d'Avril, l'an de grace mil ſix cens ſoixante-cinq, & de nôtre Regne le vingt-deuxiéme. Signé LOUIS: Et plus bas, Par le Roy: DE GUENEGAUD.

Et à côté eſt écrit: Viſa SEGUIER, pour ſervir aux Lettres Patentes, ordonnées être expediées ſur la Bulle d'Alexandre VII. touchant l'hereſie de Janſenius, ſcellée du grand Sceau de cire verte.

Extrait des Regiſtres du Parlement.

CE jour toutes les Chambres aſſemblées, le Roy ayant commandé par la bouche de Monſieur le Chancelier, que les portes fuſſent ouvertes, a ordonné au Greffier en chef de faire la lecture des Lettres Patentes dudit Seigneur Roy en forme d'Edit. Donné à Paris au mois d'Avril 1665. Signé, LOUIS: Et plus bas, par le Roy, DE GUENEGAUD, & ſcellées ſur lac de ſoye verte & rouge E du grand Sceau de cire verte, par leſquelles, & pour les cauſes y contenuës il avoit Dit, Statué & Ordonné, vouloit & lui plaiſoit que la Conſtitution de Nôtre Saint Pere le Pape, du 15. Fevrier 1665. attachée ſous le Contre-ſcel deſdites Lettres, fût reçûë & publiée en tout le Royaume, Païs, Terres, & Seigneuries de ſon obéiſſance, pour y être gardée & obſervée inviolablement ſelon ſa forme & teneur: Exhortoit à cette fin, & neanmoins enjoignoit aux Archevêques & Evêques du Royaume, de ſigner & faire ſigner inceſſamment par tous les Eccleſiaſtiques de leurs Dioceſes, tant Seculiers que Reguliers, ledit Formulaire, purement & ſimplement, aux termes auſquels il étoit conçu dans leſdites Conſtitutions, ſans uſer d'aucune diſtinction, interpretation ou reſtriction, qui déroge directement ou indirectement aux Conſtitutions des Papes Innocent X.

& Alexandre VII. par leſquelles les cinq Propoſitions extraites du Livre de Janſenius ont été condamnées d'hereſie au ſens de l'Auteur : comme auſſi de lui certifier par écrit par leſdits Archevêques & Eveſques, qu'il auroit été ſatisfait à la ſignature dudit Formulaire, dans les trois mois portez par ladite Conſtitution, à compter du jour de la publication qui ſeroit faite des Preſentes dans le Bailliage, Senechauſſée & Siege Royal, au reſſort duquel eſt ſitué chaque Egliſe Metropolitaine ou Cathedrale : Declarant que ceux qui ſe ſerviront dans leurs ſignatures des diſtinctions, interpretations ou reſtrictions ſuſdites, auront encouru les peines portées par ladite Conſtitution, & par leſdites Lettres, ſuivant que plus au long eſt contenu en icelles, à la Cour adreſſantes. Ce fait TALON *pour le Procureur General du Roy a dit & requis, que ſur le repli des Lettres il ſera mis, qu'elles ont été lûës, publiées & regiſtrées : Oüy, & ce requerant le Procureur du Roy, pour eſtre executées ſelon leur forme & teneur ; & que Copies Collationnées en ſeront envoyées aux Sieges des Bailliages & Senechauſſées du reſſort, pour y eſtre pareillement lûës, publiées & regiſtrées : Et enjoint au Subſtitut du Procu-*

A *reur General du Roy, d'en certifier la Cour au mois. Auſſitôt Monſieur le Chancellier eſt monté, & a reçû la volonté du Roy, pris l'avis de Monſieur le Duc d'Orleans, du Duc d'Anguien, des Ducs & Pairs Eccleſiaſtiques & Laïques : dans le Parquet, pris celui des Preſidens, des Conſeillers d'honneur, Maîtres des Requeſtes, & Conſeillers de la Grand-Chambre, Preſidens & Conſeillers des Enqueſtes & Requeſtes. Après leſquels avis reçus, & étant remonté vers le Roy, il lui a fait la reverence, & auſſi-tôt remis en ſa place & couvert. A prononcé : LE ROY ſeant en ſon lit de Juſtice, a ordonné & ordonne, que ſur le repli*
B *des Lettres il ſera mis, lûës, publiées & regiſtrées : Oüy, & ce requerant le Procureur General, pour eſtre executées ſelon leur forme & teneur : & que Copies collationnées en ſeront envoyées aux Sieges des Bailliages & Senechauſſées, pour y eſtre pareillement lûës, publiées & regiſtrées. Enjoint aux Subſtituts du Procureur General d'y tenir la main, & d'en certifier la Cour au mois.* FAIT *en Parlement, le vingt-neuf Avril 1665.* Signé, ROBERT. *Et au deſſous, Collationné.* Signé, PHELYPEAUX.

INNOCENTII PAPÆ XII. EPISTOLÆ.

I. AD ARCHIEPISCOPUM ET EPISCOPOS BELGII.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Venerabiles fratres, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

NUPER ex litteris fraternitatum veſtrarum primum accepimus orta eſſe inter Theologos Belgii diſſidia ; dum alii alios incuſant, tamquam novarum opinionum ſectatores, qui cum verbo, tum ſcriptis, conſtitutiones fel. recordat. Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum noſtrorum, in quibus quinque propoſitiones ex libro Cornelii Janſenii, cui titulus eſt *Auguſtinus*, excerptæ & damnatæ, una cum Formulario juramenti in earum condemnationem præſtandi continentur, variis interpretationibus inutiles & inefficaces quodammodo reddere, non ſi-
D ne gravi animarum detrimento conantur. Cumque maximæ nobis curæ eſſe debeat, pro debito paſtoralis regiminis nobis ex alto commiſſi, ut ſemper firmæ prædeceſſorum noſtrorum conſtitotiones permaneant, in rebus quæ ad orthodoxæ fidei integritatem conducunt : ad diſſidia omnia, quæ eccleſiæ & fidelium pacem perturbant, compeſcenda, in primis prædictis conſtitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. exemplo prædeceſſorum noſtrorum firmiter inhærentes, eaſque in ſuo robore fuiſſe & eſſe declarantes ; fraternitatibus veſtris, de quarum zelo & pietate plurimum in Domino confidimus, mandamus, ut contra omnes & quoſcumque, cujuſlibet ſtatus,
E gradus, & conditionis exſiſtant, qui auſu temerario prædictas quinque propoſitiones ſic damnatas in conſtitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. publice vel privatim, tam in ſcholis, quam in concionibus, verbo vel ſcriptis defendere præſumpſerint, (ſervato tamen juris ordine,) procedatis, eoſque debitis pœnis in eiſdem conſtitutionibus contentis, puniri curetis ; cum ad comprimendum tam grave malum, quod jamdiu Catholicam eccleſiam vexat, efficacius remedium adhiberi non poſſe videatur.

Præterea fraternitatibus veſtris injungendum duximus, prout per præſentes injungimus, pro veſtra pietate & prudentia, facultate iſta, qua per Conſtitutionem Apoſtolicam muniti eſtis, ut Formularii
C ſubſcriptionem, ſeu juramentum, ad praxim reducatis ; ut in exigendo juramento prædicto zelus & caritas veſtra quam maxime eluceat, ne alicujus fama indebite lædatur, aut detractionibus & murmurationibus locus detur. Quare præcipimus, ut quemadmodum ii qui ad juramentum adigendi ſunt, illud præſtare debeant ſincere, abſque ulla diſtinctione, reſtrictione, ſeu expoſitione ; damnando eas propoſitiones, ex libro Janſenii excerptas, in ſenſu obvio, quem ipſamet propoſitionum verba præ ſe ferunt, prout ſenſum illum damnarunt ſummi Pontifices prædeceſſores noſtri, damnatumque haberi voluerunt a Chriſti fidelibus ; ita per fraternitates veſtras, ab iis qui Formulario prædicto ſubſcribent, ac juramentum præſtabunt, præter Formulam ipſam traditam, ver-
D baque in conſtitutione Apoſtolica præſcripta, aliquid aliud vel minimum declarationis, interpretationis, aut explicationis, verbo vel ſcripto exigatur, etiam ſub prætextu quod additiones ad nos tranſmiſſæ comprehendantur, ſeu contineantur in Formulario Alexandri VII.

Ceterum ad præcavendas omnes diſſidiorum cauſas, quæ Chriſtianam pacem dilacerant, nos quoſcumque alios ſenſus Formularii, præter eum quem ipſius verba exhibent, afferri vel uſurpari, aut de his diſputari interdiximus & prohibuimus ; ac ſuper ejuſdem Formularii interpretatione, ſicut & prædictarum propoſitionum, in alios ſenſus, præter eum quem ipſa verba per ſe exhibent, perpetuum
E ſilentium impoſuimus ; ut ex noſtris Decretis, tam ſuper ipſo ſilentio, quam ſuper prohibitione omnium librorum editorum & edendorum in hac materia plenius innoteſcet : cum ad ſummum Pontificem dumtaxat pertineat, ſenſum, quem in his propoſitionibus damnaverit, & ut damnatum a fidelibus credi cenſuerit, declarare.

Demum ad extinguenda Theologorum jampridem inter ſe diſſidia, fraternitatibus veſtris, quantum in Domino poſſumus, præſentibus noſtris mandatis injungimus, ne ulla ratione quemquam vaga iſta accuſatione, & invidioſo nomine Janſeniſmi traduci aut nuncupari ſinatis, niſi prius ſuſpectum eſſe conſtiterit aliquam ex his propoſitionibus do-

cuiſſe aut tenuiſſe; nec quemquam ſub hoc prætextu repelli ab officiis, negotiis, beneficiis, gradibus, & concionibus habendis, vel alia quacumque functione eccleſiaſtica permittatis, niſi ſervato juris ordine, eam pœnam, quæ viris alioquin Catholicis graviſſima eſt, commeruiſſe probatum fuerit. A

Hæc ad fraternitates veſtras reſcribenda decrevimus, non de veſtra voluntate & ſtudio erga eccleſias fidei veſtræ creditas diffidentes; ſed animi noſtri affectum & omnium eccleſiarum ſollicitudinem teſtificantes: ut tandem qui Paſtor paſtorum eſt, vigilaſſe nos in gregis noſtri cuſtodiam divino ſuo judicio comprobare dignetur.

Datum Romæ, *&c.* die VI. Februarii, MDCXCIV. B

Decretum Innocentii Papæ XII. cujus mentio facta eſt in epiſtola ſuperiore.

SAnctiſſimus D. N. D. Innocentius XII. auditis votis dominorum Cardinalium, ad præcavendas omnes diſſidiorum cauſas, quæ Chriſtianam pacem dilacerant tam verbis, quam ſcriptis, ſuper interpretatione ſeu declaratione Formularii Alexandri ſeptimi in condemnationem quinque propoſitionum ex libro Cornelii Janſenii, cui titulus eſt, *Auguſtinus*, exerceptarum, & damnatarum: quoſcumque alios ſenſus Formularii prædicti, præter eum quem in ſenſu obvio ipſius verba exhibent, afferri, urſurpari, aut de his diſputari interdixit, C & prohibuit, ac ſuper ejuſdem Formularii interpretatione, ſicut & prædictarum propoſitionum, in alios ſenſus, præter eum, quem ipſa verba per ſe exhibent, omnibus & ſingulis cujuſvis religionis, Ordinis, Congregationis, inſtituti, & Societatis etiam de neceſſitate exprimendæ, regularibus, & aliis quibuſcumque tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis cujuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis tam eccleſiaſticæ, quam ſæcularis, perpetuum ſilentium impoſuit. Omnes vero libros, tractatus, theſes, compoſitiones, ſcripta, ex profeſſo, vel incideoter, ſub quovis prætextu & occaſione in lucem editos vel edita ſuper hujuſmodi materia, prohibuit & pro prohibitis haberi voluit, & mandavit: iiſdemque D perſonis ſupra enumeratis diſtricte injungit, ne in poſterum audeant imprimere, vel imprimi facere, ſeu quoquo modo io lucem edere libros, tractatus, theſes, compoſitiones, & ſcripta de ſupradicta materia tractantes, ſeu tractantia. Et ut hujuſmodi decretum inviolabiliter ſuper omoibus io eo contentis obſervetur, præcepit & declaravit, contravenientes pœnas privationis dignitatum, & officiorum ſuorum, vocis activæ, & paſſivæ, facultatis concionandi, publice legendi, docendi, & interpretandi ipſo facto, abſque alia declaratione, incurrere; & aliis etiam pœnis Sanctitatis ſuæ, & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum arbitrio ſubjacere; libroſque omnes, tractatus, theſes, compoſitiones, & ſcripta, quos ſeu quæ contra dicti E decreti tenorem edi contingeret, abſque alia declaratione tamquam expreſſe prohibitos, vel prohibita haberi; & impreſſores, præter amiſſionem librorum, pecuniariis aliiſque corporalibus pœnis teneri, præcepit & mandavit.

JOSAPH BARTHOLUS
ſanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

II. AD EOSDEM.

Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Mechlinienſi, epiſcopis Antuerpienſi, Ruremundenſi, Brugenſi, Gandavenſi.

Venerabiles fratres, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

LItteras, quas decima nona Julii ad nos dediſtis, libenti animo accepimus; cum in illis veſtras ad hanc Sedem preces intellexerimus, quibus noſtrum judicium pro ſana doctrina veſtris in diœceſibus regulanda poſtuletis. Ex iiſdem autem literis aperte deprehendimus mala, quæ quoad Janſeniſmum exponitis, noo procedere ex eo quod Brevi a oobis ſexta Februarii, anni milleſimi ſexcenteſimi quarti ad vos dato, ſatis ipſis non ſit conſultum; ſed potius quia idem Breve exſecutioni fortaſſe, uti par eſſet, non oiandetur: cum illud nulla prorſus indigeat explicatione; aptumque ſit ut in ipſo præſeripta adimpleantur, efficax atque opportunum afferre remedium. Quod ſi prætenſi Janſeoiſtæ, interne & abſque eo quod deveniant ad ullum actum externum, dum jurant Formularium, non aliter damnent quinque propoſitiones, quam in ſenſu obvio, non habito reſpectu obvii ſenſus dicti Formularii, ſuoque arbitrio effingant ejuſmodi ſenſum obvium, eccleſia noo judicat de occultis, quæ ſoli Deo cordium ſcrutatori innoteſcunt. Sio vero iidem prætenſi Janſeniſtæ voce aut ſcriptis edant proprios ſenſus, Apoſtolicarum conſtitutionum prædictique Brevis ſenſui diſſentaneos; debent epiſcopi, prout de jure procedere, non tantum auctoritate ordinaria, ſed etiam ſpeciali facultate ipſis indulta a conſtitutionibus prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Innocentii X. & Alexandri VII. quas nos quoque confirmavimus: ita ut ſervatis ſervandis coogrue puniantur; cum ea omnia facile probari poſſint, quia agitur de actibus externis.

Non ſine admiratione intelleximus nonnullos iſtis in diœceſibus reperiri, qui verbis & calamo auſi fuerint affirmare, ſupradicto noſtro Brevi alteratam ſeu reformatam eſſe Conſtitutionem Alexandri VII. decima ſexta Octobris, anni MDCLVI. editam, nec oon formularium ab ipſomet pronunciatum; cum dicto Brevi utrumque ſpecifice coofirmetur; & omnino intenderimus & intendamus iiſdem adhærere, & nequaquam ſioere, ut aliquid addatur vel dematur a prædicto Formulario, illud quovis modo alteraodo in aliqua ejus minima parte, ſed quod in omnibus & ſingulis ejuſdem partibus, uti mandavimus, mandamus etiam ad amuſſim obſervari.

Quod attinet ad libros ſacræ Scripturæ idiomate vulgari traductos, & alios prohibitos, pateor conſtitutiones prædeceſſorum noſtrorum, & potiſſimum felicis recordationis Pii quarti: a quibus ſatis ſuperque abuſibus providetur; uti etiam confugia ad alia tribunalia a conſimilibus Conſtitutionibus inhibentur, quorum epiſcopi ſuis in diœceſibus obſervantiſſimi exſecutores eſſe debent.

Quod pertinet ad pendentes controverſias circa adminiſtrationem Sacramentorum; donec aliquid ſpecialius decernatur, ab iiſdem epiſcopis advigilandum eſt, ut juxta ſanctiones canonicas, ſtatuta conciliorum, & praxim eccleſiæ adminiſtrentur, habita caſuum atque eorum circumſtantiarum ratione. Etenim in præſens magna ſollicitudine diſcuſſioni propoſitionum, quæ inter alias abunde de-

latas ad hoc argumentum ſpectant, adlaboratur a conſultoribus & qualificatoribus ſupremæ hujus Inquiſitionis, qui omnes ſunt Prælati, ac doctrina præſtantes. De veſtra autem in hanc Sedem obſervantia adeo præclare ſentimus, ut plane confidamus, non omiſſuros vos ejuſdem mandata debita caritate & prudentia exſequi; firmam in ſpem venientes, reſtituendam tamdem iſti provinciæ tranquillitatem. Fraternitatibus interim veſtris Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XXIV. Novembris, MDCXCVI. Pontificatus noſtri anno ſexto.

MARCUS SPINULA.

CLEMENTIS PAPÆ XI.

Damnatio & prohibitio quorumdam foliorum impreſſorum, ſub titulo, *Lettre de M*** Chanoine de B... à M^r. T. D. A. &c. Cas de conſcience propoſé par un Confeſſeur de Province, touchant un Eccleſiaſtique, qui eſt ſous ſa conduite*, &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM nuper in lucem prodierint quædam folia Gallico idiomate edita, ſub titulo, *Lettre de M*** Chanoine de B... à M^r. T. D. A.* &c. *Cas de conſcience, propoſé par un Confeſſeur de Province, touchant un Eccleſiaſtique qui eſt ſous ſa conduite, & réſolu par pluſieurs Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris:* Quamplures autem ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quos ad examen dictorum foliorum ſpecialiter delegimus, audita ac diligenter perpenſa foliorum hujuſmodi cenſura, quæ coram nobis relata fuit; folia ipſa damnanda & prohibenda eſſe cenſuerint: Hinc eſt, quod nos, pro commiſſa nobis ab æterno Paſtore gregis ſui cura, Dominicas oves, quantum nobis ex alto conceditur, a noxiis præſervare cupientes, de memoratorum Cardinalium conſilio, folia prædicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, damnamus & reprobamus, ac legi & retineri prohibemus; illorumque impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, retentionem & uſum, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam ſpecifica & individua mentione & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis, per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate præfata mandantes, ut quicumque eadem folia penes ſe habuerint, illa ſtatim atque præſentes litteræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere atque conſignare teneantur. Ut autem præſentes eædem litteræ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, ut illæ ad valvas baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicentur; illarumque exempla ibidem affixa relinquantur: & ſic publicatæ omnes & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ & intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XII. Februarii, MDCCIII. Pontificatus noſtri anno tertio.

F. OLIVERIUS.

EJUSDEM EPISTOLA AD CHRISTIANISSIMUM REGEM LUDOVICUM XIV.

De eodem negotio.

CLEMENS PAPA XI.

Cariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem.

AUdivimus nuper, audaci plane ac ſubdola nonnullorum hominum opera, qui in id nati eſſe videntur, ut eccleſiæ ac reipublicæ pacem turbare non ceſſent, libellum quemdam prodiiſſe, cui titulus: *Cas de conſcience, propoſé par un Confeſſeur de Province, touchant un Eccleſiaſtique, qui eſt ſous ſa conduite, réſolu par pluſieurs Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris:* quo ſane plura pernicioſæ doctrinæ capita erroreſque damnati revocantur in lucem; & ipſa etiam hæretica Janſenii dogmata non obſcure foventur, dum editæ olim pro iis omnibus abolendis Apoſtolicæ conſtitutiones captioſis ſubtilitatibus eluduntur. Id porro in quantum Chriſti fidelium ſcandalum, atque utriuſque regiminis perturbationem vergat, Majeſtas Tua, cujus mentem tanta in gubernandis populis ſapientia illuſtravit Altiſſimus, ex ſe ſatis ipſa deprehendet. Quoniam vero contra iſtiuſmodi homines continua novitatum prurigine laborantes, non amplius legibus ac ſanctionibus, quæ ſatis multæ hactenus promulgatæ fuerunt, ſed gravium potius adhibitione pœnarum agendum videtur, ne malum toties compreſſum & quotidie reviviſcens, ulterius ſerpat: opportunum exiſtimavimus, damnato prius juxta Sedis Apoſtolicæ morem libello, dilecti filii noſtri LUDOVICI ANTONII S. R. E. Cardinalis DE NOAILLES, Eccleſiæ Pariſienſis Præſulis, zelum ac pietatem per Apoſtolica ſcripta

excitare;

Digitized by Google

excitare; ut in ejuſdem libelli auctores evulgatoreſque præcipuos, ſummo ſtudio conquiſitos, ſeverius animadvertat: Doctoreſque non paucos, qui Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, & Regia etiam Majeſtatis Tuæ decreta contemnentes, eidem libello palam ſubſcribere non ſunt veriti, debitis pœnis afficiat. Ea autem in re, qua non Eccleſiæ ſolum, quæ Majeſtati Tuæ maxime curæ eſt, ſed & ipſius regni utilitas quæritur; ſummopere decet regalis brachii tui in præfati Cardinalis auxilium exerceri poteſtatem; atque ita paucorum hominum temeritatem compeſci, ut palam fiat omnibus, eam hodie inter ſacerdotium & imperium, miſerante Domino, vigere concordiam, ut impune non liceat turbulentis ingeniis, ac numquam cavillandi finem facientibus, eccleſiaſticas ſimul ac regias leges infringere. Novit profecto, Cariſſime fili noſter, novit, & gratulatur eccleſia omnis, quanto pietatis ſtudio, quanta Regii nominis laude, eliminandis Catholicæ fidei ac diſciplinæ adverſis erroribus & novitatibus, præcipue vero radicitus exſtirpandis Janſenii dogmatibus, adlaboraveris. Tuæ nunc prudentiæ, tuæ religionis ac pietatis eſt, cœpto operi ſupremam manum adjicere; traditamque tibi ab Altiſſimo poteſtatem in ipſius atque eccleſiæ ſuæ obſequium exercere. Ne patiaris igitur, Cariſſime fili, ut tot labores ac ſtudia, quæ exterminandæ ex florentiſſimo regno tuo peſſimæ hæreſis contagioni adhibuiſti, paucorum hominum veſania, C fructu evacuentur. Sileant inquieti homines, coërceantur protervi, pareant contumaces: & quos eccleſiæ manſuetudo non flectit, poteſtas regalis compeſcat & conterat: ut ita, quam eccleſiæ Dei dederis, Deus ipſe donet regnis tuis ac perpetuo ſervet tranquillitatem. Eam interim ex animo precantes, Apoſtolicam ſimul benedictionem tibi amantiſſime impertimur.

Datum Romæ, die XIII. Februarii, MDCCIII.

EJUSDEM EPISTOLA AD EMINENTISSIMUM CARDINALEM DE NOAILLES, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM.

De eodem negotio.

Dilecto filio noſtro LUDOVICO, tituli ſanctæ Mariæ ſupra Minervam S. R. E. Presbytero Cardinali DE NOAILLES nuncupato.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte fili noſter, ſalutem. Non ſine magna paterni cordis noſtri amaritudine nuper accepimus, editum Pariſiis ac pervulgatum fuiſſe libellum quemdam, cui titulus eſt: *Cas de conſcience propoſé par un Confeſſeur de Province, touchant un Eccleſiaſtique, qui eſt ſous ſa conduite, & réſolu par pluſieurs Docteurs de la Faculté de Paris:* mole ſiquidem perexiguum, ſed multiplici noxiæ doctrinæ veneno abunde refertum: quo ſcilicet plures damnati errores pernicioſæque novitates adſtruuntur; ac ipſæ etiam felicis recordationis Alexandri VII. prædeceſſoris noſtri ad Janſenianam hæreſim non modo iterum damnandam, ſed præcluſis omnibus callidorum hominum effugiis ac A tergiverſationibus radicitus evellendam, tanta maturitate editæ conſtitutiones; quibus & nos firmiſſime inhæremus; indirecte quidem ac veluti per cuniculos impetuntur. Quid enim aliud eſſe dixerimus, libelli hujuſmodi auctores tam ſplendido verborum apparatu erga Pontificias conſtitutiones internam ſemper obſervantiam polliceri, cum eam interim exterius violent; & ut ſilentium polliceantur, quotidie ſilentium rumpere? Quid inanibus quæſtionibus, quæ ad nihil proficiunt, præterquam ad ſubverſionem audientium, eccleſiaſticarum ſanctionum perſpicuitati tenebras velle offundere; niſi malum quod corde fovent, per quamdam diſſimulationem aperire? Ita ut illud jure uſurpari poſſit: *Sermo eorum ut cancer* B *ſerpit:* & aliud: *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum.*

Ingemuimus plane, videntes homines, qui ſe Catholicos profitentur, eo temeritatis ac pervicaciæ deveniſſe, ut præfatis Apoſtolicis conſtitutionibus, ceteriſque hujus ſanctæ Sedis decretis adhuc obviam ire, eorumque vim emendicatis undique captioſis ſubtilitatibus eludere ſe poſſe confidant. Verum cum ſubdolis eorum artibus non modo, ut par eſſet, minime obſiſtere, ſed potius patrocinari ac veluti manum porrigere conſpexerimus non paucos Pariſienſis ſcholæ Doctores, qui libellum ipſum palam auſi ſunt ſuo calculo comprobare: obſtupuimus plane, & magna ſimul perturbatione C pro domo Dei exarſimus: ſtatimque, ne commiſſo nobis cælitus muneri deeſſe videremur, de valido adhibendo remedio cogitavimus. Quapropter libellum ipſum, prævio (ut moris eſt) Theologorum examine, Apoſtolica auctoritate damnavimus ac prohibuimus; ne ejus lectione fidelium mentes inficerentur. At vero quoniam, ut ſanctus Proſper præclare admonet, *Hujuſmodi hominum pravitati non tam diſputationum ſtudio, quam auctoritatis privilegio eſt reſiſtendum:* circumſpectionem tuam ſedulo admonemus, & zelum quo maxime ferves pro ſana doctrina eccléſiæque pace tuenda, excites, exſeraque, atque intendas, inveſtigandis omni ſtudio diligentiaque libelli hujus auctoribus, ac præcipuis promotoribus atque evulgatoribus: (ne- D que enim clam fieri potuit, quod nonniſi a multis valuit perpetrari:) ac in eos poſtmodum gravibus, ut tantæ debetur audaciæ, pœnis animadvertas. Porro doctores illos, quos ſane decebat magis expugnandis eccleſiæ teterrimis hoſtibus, quam convellendis Apoſtolicæ Sedis conſtitutionibus, nomen inſcribere; omnino volumus ſeveram adeo te puniente diſtrictionem ſubire, ut ceteri in poſterum a ſimilibus abſterreantur.

Cariſſimum inſuper in Chriſto filium noſtrum Regem Chriſtianiſſimum, & datis litteris, & per venerabilem fratrem Philippum Antonium Archiepiſcopum epiſcopum Imolenſem, Nuncium noſtrum, qui plura tecum hac de re differet, enixe rogamus, ut circumſpectioni tuæ in exſe- E quendis hiſce mandatis noſtris, pravorumque hominum nequitia coërcenda regalis quoque velit auxilii brachium impertiri. Quod quidem Majeſtatem ſuam, pro ſummo quem in compeſcendis hæreſum ac novitatum fautoribus hactenus oſtendit zelo, confidimus egregie præſtituram. Et tibi interim, dilecte fili, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, XIII. Februarii, MDCCIII.

EJUSDEM SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
CLEMENTIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XI.

Confirmatio & innovatio Conſtitutionum Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII. adverſus Janſenianam hæreſim editarum; cum nonnullis declarationibus pro debita illarum obſervantia adjectis.

A Clemens epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

VIneam Domini Sabaoth, quæ eſt Catholica eccleſia, pro commiſſo nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere cuſtodire, atque excolere omni ſtudio atque induſtria, jugiter ſatagentes, ea quæ a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad ſuccreſcentes in illa pernicioſarum novitatum vepres radicitus evellendos, prudenti ſalubrique conſilio conſtituta eſſe noſcuntur; ut quibuſcumque inimici hominis molitionibus dejectis, B firmius ſemper atque exactius obſerventur, Apoſtolici muniminis noſtri præſidio libenter roboramus: atque alias deſuper ſolicitudinis & providentiæ noſtræ partes interponimus: ſic ut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ad fidelem ac tutam orthodoxæ veritatis cuſtodiam, necnon animarum pretioſo Unigeniti Dei Filii Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanguine redemptarum ſalutem expedire in Domino arbitramur.

Sane poſtquam fel. rec. Innocentius Papa X. prædeceſſor noſter per quamdam ſuam deſuper editam conſtitutionem quinque famoſas propoſi- C tiones ex libro Cornelii Janſenii epiſcopi Iprenſis, cui titulus, *Auguſtinus*, excerptas, Apoſtolici cenſura judicii rite confixerat, rec. me. Alexander Papa VII. etiam prædeceſſor noſter ad ejuſmodi jam damnatos errores e Chriſti fidelium mentibus prorſus abolendos, publicæque tranquillitatis perturbatorum ſubtili tectas calliditate machinationes penitus evertendas, prædictam Innocentii prædeceſſoris conſtitutionem, toto illius inſerto tenore, confirmavit, novarumque declarationum acceſſione conſtabilivit, ſua in id pariter edita conſtitu- D tione, tenoris qui ſequitur, videlicet:

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad ſanctam beati Petri Sedem, & univerſalis eccleſiæ regimen, inſcrutabili divinæ providentiæ diſpoſitione, nullis noſtris ſuffraganibus meritis evecti, nihil nobis antiquius ex muneris noſtri debito eſſe duximus, quam ut ſanctæ fidei noſtræ, ac ſacrorum dogmatum integritati tradita nobis a Deo poteſtate opportune conſuleremus. Ac licet ea, quæ Apoſtolicis conſtitutioni- E bus abunde fuerunt definita, novæ deciſionis, ſive declarationis acceſſione nequaquam indigeant; quia tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium revocare, vel ſubdolis interpretationibus labefactare non verentur; ne morbus iſte latius divagetur, promptum Apoſtolicæ auctoritatis remedium cenſuimus non eſſe differendum.

Emanavit ſiquidem alias a fel. rec. Innocentio Papa X. prædeceſſore noſtro conſtitutio, declaratio, & definitio tenoris, qui ſequitur, videlicet:

A Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum occaſione impreſſionis libri, cui titulus, *Auguſtinus*, Cornelii Janſenii epiſcopi Iprenſis, inter alias ejus opiniones, orta fuerit, præſertim in Galliis, controverſia ſuper quinque ex illis: complures Galliarum epiſcopi apud nos inſtiterunt, ut eaſdem propoſitiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam & perſpicuam ferremus ſententiam. Tenor vero præfatarum propoſitionum eſt, prout ſequitur. Prima: Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, B & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia; deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant. Secunda: Interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur. Tertia: Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione. Quarta: Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare. Quinta: Semipelagianum C eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

Nos, quibus inter multiplices curas quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis cordi eſt, ut eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare, & tamquam navis in tranquillo mari, ſedatis omnium tempeſtatum fluctibus, ac procellis, ſecure navigare, & ad optatum ſalutis portum pervenire poſſit; pro rei gravitate coram aliquibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ad id ſpecialiter ſæpius con- D gregatis, ac pluribus in ſacra theologia magiſtris, eaſdem quinque propoſitiones, ut ſupra, nobis oblatas fecimus ſigillatim diligenter examinari: eorumque ſuffragia, tum voce, tum ſcripto relata mature conſideravimus: eoſdemque magiſtros, variis coram nobis actis congregationibus, prolixe ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet diſſerentes, audivimus. Cum autem ab initio hujuſcemodi diſcuſſionis, ad divinum implorandum auxilium multorum Chriſti fidelium preces, tum privatim, tum publice indixiſſemus; poſtmodum iteratis eiſdem E ferventius, ac per nos ſolicite implorata ſancti Spiritus aſſiſtentia, tandem divino numine favente ad infraſcriptam devenimus declarationem & definitionem.

Primam prædictarum propoſitionum: Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant: temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam:

Interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur : hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Tertiam : Ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione : hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam : Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei : & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare : falſam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam : Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe : falſam, temerariam, ſcandaloſam, & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus ſit ; impiam, blaſphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, ne de dictis propoſitionibus ſentire, docere, prædicare aliter præſumant, quam in hac præſenti noſtra declaratione, & definitione continetur, ſub cenſuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expreſſis. Præcipimus pariter omnibus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ut contradictores, & rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas prædictas, ceteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, omnino coërceant, & compeſcant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem ſuper prædictis quinque propoſitionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii. Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno nono.

Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii prædictas quinque propoſitiones, vel in libro prædicto ejuſdem Cornelii Janſenii non reperiri ſed ficte & pro arbitrio compoſitas eſſe, vel non in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe, aſſerere, magno cum Chriſti fidelium ſcandalo, non reformident.

Nos, qui omnia quæ hæc in re geſta ſunt, ſufficienter & attente perſpeximus, utpote qui ejuſdem Innocentii prædeceſſoris juſſu, dum adhuc in minoribus conſtituti, Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis congreſſibus interfuimus : in quibus Apoſtolica auctoritate, eadem cauſa diſcuſſa eſt, ea profecto diligentia, qua major deſiderari non poſſet : quamcumque dubitationem ſuper præmiſſis in poſterum auferre volentes, ut omnes Chriſti fideles in ejuſdem fidei unitate ſeſe contineant : ex debito noſtri paſtoralis officii, ac matura deliberatione, præinſertam Innocentii prædeceſſoris noſtri conſtitutionem, declarationem, & definitionem, harum ſerie confirmamus, approbamus, & innovamus : & quinque illas propoſitiones ex libro præmemorati Cornelii Janſenii epiſcopi Iprenſis, cui titulus eſt, *Auguſtinus*, excerptas, ac in ſenſu ab eodem Cornelio Janſenio intento damnatas fuiſſe declaramus, & definimus ; ac uti tales, inuſta ſcilicet eadem ſingulis nota, quæ in prædicta declaratione & definitione unicuique illarum ſigillatim inuritur, iterum damnamus : ac eumdem librum ſæpedicti Cornelii Janſenii, cui titulus *Auguſtinus*, omneſque alios, tam manuſcriptos, quam typis editos, & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta ejuſdem Cornelii Janſenii doctrina, ut ſupra, damnata defenditur, vel adſtruitur, aut defendetur, vel adſtruetur, damnamus itidem, atque prohibemus. Mandantes omnibus Chriſti fidelibus, ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo vel ſcripto exponant, vel interpretentur, publice vel privatim, palam vel occulte imprimant, ſub pœnis, & cenſuris contra hæreticos in jure expreſſis ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis

Præcipimus igitur omnibus venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, primatibus, metropolitanis, archiepiſcopis, epiſcopis, ceteriſque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ac judicibus eccleſiaſticis, ad quos pertinet, ut præinſertam ejuſdem Innocentii prædeceſſoris noſtri conſtitutionem, declarationem, ac definitionem, juxta præſentem noſtram determinationem, ab omnibus obſervari faciant, ac inobedientes & rebelles prædictis pœnis, aliiſque juris & facti remediis, invocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, omnino coërceant. Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, decimo ſeptimo Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Subinde vero, quo omnis Apoſtolicarum definitionum eludendarum aditus intercluderetur, memoratus Alexander prædeceſſor, priſcum eccleſiæ morem ſecutus, certam edidit Formulam ab omnibus eccleſiaſtici ordinis, tam ſæcularibus, quam Regularibus perſonis ſubſcribendam, per aliam ſusm hac in re promulgatam conſtitutionem tenoris ſequentis, videlicet :

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regiminis Apoſtolici divina providentia nobis, quamvis immeritis, commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea potiſſimum, quæ catholicæ religionis integritati & propagationi, animarumque ſaluti, & fidelium tranquillitati conſulere apta & idonea eſſe judicantur, animum & curam omnem, quantum licet in Domino, applicemus.

Quamobrem Cornelii Janſenii hæreſim, in Galliis præſertim, ſerpentem, ab Innocentio X. fel. record. prædeceſſore noſtro fere oppreſſam, ad inſtar colubri tortuoſi, cujus caput attritum eſt, in varios gyros & cavillationum deflexus euntem, ſingulari Conſtitutione ad hunc finem edita altero aſſumptionis noſtræ annn extinguere conati ſuimus. Sed ut multiplices hoſtis hominum generis artes adhibet, nondum plene conſequi potuimus, ut omnes errantes in viam ſalutis redirent qui tamen unicus erat votorum, & curarum noſtrarum ſcopus : quibus operam : & induſtriam ſuam egregio ſane ſtudio venerabiles fratres noſtri archiepiſcopi & epiſcopi regni Galliæ, earumdem Conſtitutionum Apoſtolicarum executioni præcipue intenti contulerunt, & cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Chriſtianiſſimus ſingulari pietate auxiliarem dexteram ſtrenuo ac conſtantiſſimo animo porrexit.

Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem religionis zelo ductus per ſuum in urbe oratorem nobis ſignificari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium peſtiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi poſſe,

» quam ſi omnes certam Formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam, in qua quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus, *Auguſtinus*, excerptas, ſincere damnarent, ac proinde illam a nobis quantocius, expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omneſque removendos obtentus, flagitaverit:

» Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benigne annuendum eſſe ducentes, Formulam infra ſcriptam ab omnibus eccleſiaſticis, etiam venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, & epiſcopis, necnon aliis quibuſcumque eccleſiaſtici ordinis, tam regularibus, quam ſæcularibus, etiam monialibus, doctoribus, & licentiatis, aliiſque collegiorum rectoribus, atque magiſtris, ſubſcribi diſtricte mandamus; idque intra tres menſes a die publicationis, ſeu notificationis præſentium; alias contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremiſſibiliter procedi volumus juxta canonicas conſtitutiones, & conciliorum decreta.

Formula a ſupradictis ſubſcribenda.

» Ego N. conſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X. datæ, die XXXI. Maii, MDCLIII. & Conſtitutioni Alexandri VII. datæ die XVI. Octobris, MDCLVI. ſummorum Pontificum, me ſubjicio; & quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui nomen, *Auguſtinus*, excerptas, & in ſenſu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio, ac damno, & ita juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

» Decernentes inſuper præſentes litteras ſemper & perpetuo validas, & efficaces exſiſtere & fore, ſuoſque plenos & integros effectus ſortiri & obtinere. Sicque per quoſcumque judices Ordinarios & delegatos ubique judicari & definiri debere, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

» Quocirca venerabilibus fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut ſinguli in ſuis diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque exſequantur, & exſecutioni mandari ac obſervari ab omnibus curent; & inobedientes quoſcumque per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, omnino compellant.

» Volumus autem, ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

» Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram conſtitutionem, & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

» Datum Romæ, apud ſanctum Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, quinto decimo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno decimo.

Sic equidem cauſa finita eſt; non tamen ſic, ut par erat, finitus eſt error Apoſtolico toties mucrone percuſſus. Neque enim defuere, nec adhuc deſunt, homines veritati non acquieſcentes, & numquam eccleſiæ contradicendi finem facientes, qui variis diſtinctionibus, ſeu potius effugiis ad circumventionem erroris excogitatis, eccleſiam ipſam turbare, eamque interminatis quæſtionibus, quantum in ipſis eſt, involvere & implicare conantur; quodque deterius eſt, ipſamet Apoſtolicæ Sedis decreta redarguendis eorum pravis ſenſibus condita, ac præſertim quaſdam piæ memoriæ Clementis Papæ IX die XIX. Januarii, MDCLXIX. ad quatuor Galliæ epiſcopos, necnon binas ſimilis memoriæ Innocentii Papæ XII. etiam prædeceſſorum noſtrorum, die VI. Februarii, MDCXCIV. & die XXIV. Novembris, MDCXCVI. ad epiſcopos Belgii in forma Brevis reſpective datas litteras, in erroris ſui patrocinium advocare, temerario plane auſu, non erubeſcunt; perinde ac ſi memoratus Clemens prædeceſſor, qui eiſdem ſuis litteris, ſe Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum conſtitutionibus ſupradictis firmiſſime inhærere, ac a dictis quatuor epiſcopis veram & totalem obedientiam, adeoque Formulæ a præfato Alexandro prædeceſſore, ſicut præmittitur, editæ, ſincere per eos ſubſcribi voluiſſe declaravit; aliquam in tam gravi negotio exceptionem, ſeu reſtrictionem, quam nullam prorſus ſe umquam admiſſurum fuiſſe proteſtatus fuit, re ipſa admiſiſſet; dictus vero Innocentius XII. prædeceſſor, dum ſapienter ac provide prædictas quinque propoſitiones ex memorato libro Janſenii excerptas in ſenſu obvio, quem ipſamet propoſitionum verba exhibent, ac præ ſe ferunt, damnatas eſſe pronunciavit, non de ipſomet obvio ſenſu, quem in Janſenii libro habent, quive ab eodem Janſenio intentus, ac a præfatis Innocentio X. & Alexandro VII. prædeceſſoribus damnatus fuit, ſed de alio quopiam diverſo ſenſu cogitaſſet; dictaſque Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum conſtitutiones temperare, reſtringere, aut alio quovis modo immutare voluiſſet iiſdem ipſis litteris, quibus eas in ſuo robore fuiſſe, & eſſe, ſeque illis firmiter inhærere verbis apertiſſimis aſſerebat.

Præterea iidem inquieti homines ſparſis undequaque ſcriptionibus ac libellis, exquiſita ad fallendum arte compoſitis, non ſine gravi Apoſtolicæ Sedis injuria, maximoque totius eccleſiæ ſcandalo docere non ſunt veriti: Ad obedientiam præfatis Apoſtolicis Conſtitutionibus debitam non requiri, ut quis prædicti Janſeniani libri ſenſum in antedictis quinque propoſitionibus, ſicut præmittitur, damnatum, interius, ut hæreticum, damnet; ſed ſatis eſſe, ſi ea de re obſequioſum (ut ipſi vocant) ſilentium teneatur. Quæ quidem aſſertio, quam abſurda ſit, & animabus fidelium pernicioſa, ſatis apparet, dum fallacis hujus doctrinæ pallio non deponitur error, ſed abſconditur; vulnus tegitur, non curatur; eccleſiæ illuditur, non paretur; & lata demum filiis inobedientiæ via ſternitur ad fovendam ſilentio hæreſim, dum ipſam Janſenii doctrinam, quam ab Apoſtolica Sede damnatam eccleſia univerſalis exhorruit, adhuc interius abjicere, & corde improbare detrectant.

Quin etiam eo impudentiæ nonnullos deveniſſe compertum eſt, ut veluti naturalis honeſtatis, nedum Chriſtianæ ſinceritatis obliti, aſſerere non dubitaverint, præfatæ Formulæ a memorato Alexandro prædeceſſore præſcriptæ ſubſcribi licite poſſe, etiam ab iis, qui interius non judicant, prædicto

Janſenii libro doctrinam hæreticam contineri. Quaſi vero, contra quam ſcriptum eſt : *Qui loquitur veritatem in corde ſuo.* Et : *Qui jurat proximo ſuo, & non decipit*, hujuſmodi erroris ſectatoribus liceat eccleſiam ipſam jurejurando decipere, ſimulque Apoſtolicæ Sedis providentiam fallere ; dum ejuſdem Formulæ conceptis verbis loquuntur quod eccleſia loquitur, quod tamen ſentit ipſa non ſentiunt ; ſeque parere Conſtitutionibus Apoſtolicis profitentur, quibus animo contradicunt.

Hinc eſt, quod nos ad opportunum & efficax tam exitiali morbo, qui ut cancer ſerpit, & quotidie in deterius vergit, remedium adhibendum, non minus demandatæ nobis omnium eccleſiarum ſollicitudinis debito, quam plurimorum venerabilium fratrum noſtrorum diverſarum partium, ac præſertim regni Galliarum epiſcoporum zelo ac precibus excitati ; ne hujuſmodi pravi homines Catholicæ eccleſiæ pacem ſubvertere impune pergant, & ſimplicium ac puſillorum mentibus imponere, docentes quæ non oportet ; neve ullus apud eos quoque, qui bona, ut aiunt, fide, ac falſis rumoribus decipi ſe fortaſſe patiuntur, de mente, ac ſententia Apoſtolicæ Sedis amplius ambigendi ſuperſit locus ; divino prius, tam privatis noſtris, quam publice indictis precibus, implorato præſidio, ac re mature diſcuſſa, de nonnullorum venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio, auditiſque complurium in ſacra theologia magiſtrorum ſuffragiis : primo quidem præinſertas Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum conſtitutiones, omniaque & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, approbamus & innovamus.

Ac inſuper, ut quævis in poſterum erroris occaſio penitus præcidatur, atque omnes Catholicæ eccleſiæ filii eccleſiam ipſam audire, non tacendo ſolum (nam & *impii in tenebris conticeſcunt*) ſed & interius obſequendo, quæ vera eſt orthodoxi hominis obedientia, condiſcant ; hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, obedientiæ, quæ præinſertis Apoſtolicis conſtitutionibus debetur, obſequioſo illo ſilentio minime ſatisfieri ; ſed damnatum in quinque præfatis propoſitionibus Janſeniani libri ſenſum, quem illarum verba præ ſe ferunt, ut præfertur, ab omnibus Chriſti fidelibus ut hæreticum, non ore ſolum, ſed & corde rejici, ac damnari debere ; nec alia mente, animo, aut credulitate ſupradictæ formulæ ſubſcribi licite poſſe ; ita ut qui ſecus, aut contra, quoad hæc omnia & ſingula, ſenſerint, tenuerint, prædicaverint, verbo, vel ſcripto docuerint, aut aſſeruerint, tamquam præfatarum Apoſtolicarum conſtitutionum tranſgreſſores, omnibus & ſingulis illarum cenſuris & pœnis omnino ſubjaceant, eadem auctoritate Apoſtolica decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus.

Decernentes pariter, eaſdem præſentes & præinſertas litteras ſemper & perpetuo validas, & efficaces exſiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere. Sicque per quoſcumque judices, ordinarios & delegatos, ubique judicari & definiri debere, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate ; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, & judicibus eccleſiaſticis, ad quos pertinet, committimus, & mandamus, ut ſinguli in ſuis reſpective diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, ipſas præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque exſequantur, & exſecutioni mandari & obſervari ab omnibus curent ; & inobedientes & rebelles quoſcumque per cenſuras & pœnas præfatas, aliaque juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, omnino coërceant & compellant.

Volumus autem ut earumdem præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, decreti, declarationis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinto, decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

J. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Viſa de Curia C. A. Fabronus.

Loco † plumbi.

P. Porta.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo quinto, indictione decima tertia, die vero decima ſexta Julii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri domini Clementis divina providentia Papa XI. anno quinto, ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, Magnæ Curiæ Innocentianæ, Montis Citatorii, in Acie Campi Floræ, & in aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis, per me Thomam de Uncombus ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſorem.

Joannes Græcus Mag. Curſ.

Regiſtrées, ouy, & ce requerant le Procureur Général du Roy, pour eſtre exécutées ſelon ſa forme & teneur, ſuivant l'Arreſt de ce jour. A Paris en Parlement, le quatre Septembre, mil ſept cens cinq. Signé, DONGOIS.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

contra Calvini dogmata, anno Domini MDCXLII.

Græcorum ſynodos, ex quo a Romana eccleſia ſeceſſerunt, colligere omnes inſtituti noſtri non eſt. Tres tamen ſubſequentes minime duximus eſſe prætermittendas, quoniam duabus prioribus, & ſubjuncta Doſithei Patriarchæ CP. reſponſione Calvini damnantur errores: poſtrema Palamiticam exponit ac defendit hæreſim, cujus infamiam habere perſpectam Theologorum maxime intereſt. Ordiamur a prima, quæ præſide Parthenio patriarcha CP. habita eſt, anno MDCXLII.

PARTHENIUS MISERICORDIA DEI archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ, & œcumenicus patriarcha.

A Præſidente ſynodice mediocritate noſtra, aſſidentibus ipſi ſanctiſſimis epiſcopis, & honoratiſſimis, dilectis in Spiritu ſancto fratribus, & comminiſtris, necnon ſpectatiſſimis clericis magnæ Chriſti eccleſiæ, quæ apud nos eſt: producta ſunt in medium capitula quædam inſcripta nomine deceſſoris noſtri patriarchæ ſenis domini Cyrilli: de quibus quæſitum eſt, eane oportet ut pia reputare & amplecti, B an vero ut ab Orientali noſtra & Apoſtolica Chriſti eccleſia longe aliena rejicere. Quare univerſa hæc ſacra ſynodus, horum ſingulis diligenter examinatis, & inveſtigata eorum quæ ſcripta erant, ſententia, cenſuit hæc omnia (præter ſeptimum) Calvinicam hæreſim profiteri, & a catholica Orientalium religione longiſſime diſcrepare.

Græcorum hæreſim hic articuli continent.

I. In primo enim æternam & ſubſtantivam Spiritus ſancti proceſſionem ex Patre Filioque conſtituit, præter catholicæ eccleſiæ mentem.

II. In ſecundo vero ſanctam ſcripturam ſine interpretationibus ſanctorum eccleſiæ Patrum recipiens, calumniatur quæ divino afflatu ab œcumeni- C cis ſynodis pronunciata ſunt; repudiatque traditiones, quæ per orbem univerſum obtinuerunt; ſine quibus fides omnis noſtra in vanum & tenue nomen abiret, inquit Baſilius.

III. In tertio autem Deum facit iniquiſſimum, tyrannica poteſtate utentem; aiens eum ſola ſua voluntate alios prædeſtinare ad gloriam, alios in pœnam mittere, nulla operum habita ratione. Quo quid magis impium proferri poſſit.

IV. Quartum autem cum præcedenti omnino pugnat. Si enim malorum cauſa non eſt Deus, quomodo propria voluntate reprobos de induſtria ad D peccandum impellit?

V. In quinto vero de divina providentia perperam loquitur: tribuens ipſi proprie ac primario, quæ a malis tum hominibus, tum Angelis, ex ejus permiſſione fiunt; ut liquet ex iis, quæ adducit, teſtimoniis. Hoc vero blaſphemiam omnem excedit.

VI. Sextum autem naturam humanam omnem obnoxiam peccato faciens, non originali tantum, ut & noſtra profitetur eccleſia, ſed & quod ex eo ſcaturit, voluntario ac mortali, quod illius fructum quemdam appellat; neminemque ab eo immunem volens, (mortali ſcilicet, quod condemnationi ob- E noxium reddit eum, qui ipſum operatur) ne maximum quidem inter natos mulierum, neque benedictam in mulieribus, aut patriarchas ullos, aut Prophetas & Apoſtolos: ut alienum a fide noſtra judicatum eſt.

VIII. In octavo vero ſanctorum interceſſiones tollit, & Angelorum protectiones; necnon eas, quæ a ſacerdotibus pro toto orbe fiunt, orationes & interceſſiones; quibus eccleſiam conſervari credimus.

ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

A Τῆς ἡμῶν μετριότητος συνοδικῶς προκαθημένης, συνεδριαζόντων αὐτῇ καὶ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων, καὶ ὑπερτίμων, τῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν, καὶ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, προηνέχθησαν εἰς μέσον κεφάλαιά τινα, ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοῦ πρὸ ἡμῶν πατριάρχου γέροντος κῦρ Κυρίλλου. περὶ ὧν ἐζητήθη, εἰ χρὴ ταῦτα ὡς εὐσεβῆ λογίζεσθαι καὶ κατέχειν, ἢ ὡς τῆς ἡμετέρας ἀνατολι- B κῆς καὶ ἀποστολικῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀλλότρια ἀποκρίνεσθαι. διὸ πᾶσα ἡ ἱερὰ σύνοδος αὕτη, ἕκαστον αὐτῶν ἐπιμελῶς ὑπεξελθόντες, καὶ τὸν νοῦν τῶν γεγραμμένων ἀνακρίναντες, εὗρον αὐτὰ πάντα (τοῦ ἑβδόμου ἐκτὸς) τῆς Καλβινικῆς ἀντεχόμενα αἱρέσεως, καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς χριστιανικῆς τῶν ἀνατολικῶν θρησκείας ἀπέχοντα.

α'. Ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ, τὴν ἀΐδιον καὶ ὑπαρκτικὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος πρόοδον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐστήσατο, παρὰ γνώμην τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

β'. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὴν ἁγίαν γραφὴν γυμνὴν ἐξηγήσεων τῶν τῆς ἐκκλησίας ἁγίων πατέρων δεχόμενος, τὰ τῆς οἰ- C κουμενικῆς συνόδους θεοπνεύστως ἐκφωνηθέντα διαβάλλει, καὶ τὰς ἀρχῆθεν κατὰ διαδοχὴν κρατησάσας ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀπορρίπτει παραδόσεις, ὧν ἐκτὸς εἰς ψιλὸν ὄνομα περιστείη τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ὥ φησι Βασίλειος.

γ'. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν θεὸν ἀπέφηνεν ἀδικώτατον, τυραννικῇ χρώμενον ἐξουσίᾳ, μόνῃ λέγων τῇ θελήσει αὐτοῦ τοὺς μὲν εἰς δόξαν προορίσαι, τοὺς δὲ ἀποβάλλειν εἰς κόλασιν, μηδαμῶς τὰ ἔργα αὐτῶν σκοπούμενον. οὗ τί ἂν ῥηθείη ἀσεβέστερον;

δ'. Τὸ δὲ τέταρτον τῷ πρὸ αὐτοῦ ὅλως ἀντίκειται. εἰ γὰρ οὐκ αἴτιος τῶν κακῶν ὁ θεός, πῶς τῷ οἰκείῳ θελήματι τοὺς D ἀδοκίμους ἐπὶ τῷ κακοποιεῖν ἐξεπίτηδες προτρέπεται;

ε'. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τὴν θείαν παρεξηγεῖ πρόνοιαν, περιάπτων αὐτῇ κυρίως καὶ προηγουμένως τὰ κατὰ παραχώρησιν αὐτῆς ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τε καὶ δαιμόνων γινόμενα, ὡς ἐξ ὧν παράγει μαρτυριῶν ἐπιδείκνυσι. τοῦτο δὲ πᾶσαν ὑπερβαίνει βλασφημίαν.

ϛ'. Τὸ δὲ ἕκτον· προσκληροῦν πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, οὐ μόνον τὴν προπατορικήν, ὡς καὶ ἡ ἐκκλησία ἡμῶν ὁμολογεῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ἀναβλύζουσαν προαιρετικήν, καὶ θανάσιμον, ἣν καρπὸν ἐκείνης ὀνομάζει, καὶ μηδένα ἐξαίρετον ταύτης, (τῆς θανασίμου δηλαδή, E τῆς κατάκριτον ἀποτελούσης τὸν ταύτην ἐργαζόμενον) οὔτε τὸν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζονα· οὔτε τὴν ἐν γυναιξὶν εὐλογημένην, τὴν ἄμωμον καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν· ἢ πατριάρχας τινάς, ἢ προφήτας, καὶ ἀποστόλους· ὡς ἀλλότριον ᾗ αὐτὸ τῆς πίστεως ἡμῶν κέκριται.

η'. Ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ τὴν τῶν ἁγίων ἀναιρεῖ μεσιτείαν, τάς τε τῶν ἀγγέλων προστασίας, καὶ μὴν καὶ τὰς τῶν ἱερέων ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου ἐντεύξεις τε καὶ μεσιτείας, αἷς τὴν ἐκκλησίαν διατηρεῖσθαι πιστεύομεν.

θ'. Ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ τὴν πίστιν γυμνὴν τῶν ἔργων σώζειν ὑπολαμβάνει· εἶναι δὲ ταύτην οὐκ ἔργον ἡμέτερον, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ μόνου, ἔξωθεν δικαιοῦντος τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου αὐτοῦ, ἵνα μὴ δόξῃ καὶ ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τι συμβάλλεσθαι σωτηρίαν.

ι'. Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ τήν τε ἐπίγειον, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐκκλησίαν συγχέων, τὴν ἀρχιερατικὴν ἀναιρεῖ ἐπιστασίαν, καὶ δι' αὐτῆς ὅλον τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα· οὗ τί ἂν εἴη ἀκοσμότερον;

ια'. Ἐν δὲ τῷ ἑνδεκάτῳ, μέλη τῆς ἐνταῦθα ἐκκλησίας μόνους τοὺς ἐκλεκτοὺς εἶναι βούλεται, καὶ οὐ τοὺς ἁπλῶς κοινωνοῦντας καὶ μετέχοντας τῶν ἐκείνης μυστηρίων μετὰ πίστεως, ὡς καὶ τὸν Παῦλον, ὅτε τὴν ἐκκλησίαν ἐπόρθει, μέλος ἐκείνης εἶναι, διὰ τὸ ἐκ κοιλίας αὐτὸν ἀφωρίσθαι· τὸν δὲ Ἰούδαν ὅμοια τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις δυνάμεις ἐκτελοῦντα, μὴ μέλος αὐτῆς τηνικαῦτα χρηματίσαι.

ιβ'. Ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἀγωνιζόμενος ὁ συγγραφεὺς τὰς τῶν πατέρων διδασκαλίας ἐκ μέσου ἆραι, τὴν ἐκκλησίαν φησὶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδάσκεσθαι· ὃ ἀληθὲς ὄν, αὐτὸς κακοήθως εἰσάγει. διδάσκεται μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ ἐκκλησία ἡμῶν, ἀλλ' οὐκ ἀμέσως, γλώσσαις δὲ καὶ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρημένου τοῦ πνεύματος. ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν οἵ τε προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, οἱ τὸν λόγον τοῦ κυρίου κηρύξαντες, καὶ γράψαντες. καίτοι τῶν λογίων ἐκείνων λεγομένων εἶναι τοῦ πνεύματος καὶ θείων, ὡς ἐκεῖθεν ἐμπνευσθέντων, καὶ μηδὲν κεκτημένων ἀνθρώπινον. καὶ ἡ ἐκκλησία γοῦν ὑπὸ θεοπνεύστων λογίων τῶν πατέρων διδαχθεῖσα, οὐ λέγεται ὑπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πνεύματος διδάσκεσθαι· ἐκεῖνοι γὰρ πνεύματι θείῳ κινούμενοι διδάσκουσιν ἡμᾶς, οὐ κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ καθ' ἣν ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἔλαβον ἔμπνευσιν· ὃ δῆλον ἐξ ἧς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι συμφωνίας. τὸ δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἀποφαίνεσθαι ἐν τῷ αὐτοῦ κεφαλαίῳ δυνατὸν εἶναι ἁμαρτάνειν, καὶ ταῦτα τὸ πνεῦμα κεκτημένην διδάσκαλον, καὶ τὸν Χριστὸν κεφαλὴν, περὶ ἧς εἴρηται, ὅτι σπίλον ἢ ῥυτίδα οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὅλη ἐστὶ καλὴ καὶ τελεία, ὡς δυσσεβὲς ἀποκεκήρυκται.

ιγ'. Τὸ δὲ δέκατον τρίτον ἐκβάλλει τὰ καλὰ τῶν ἔργων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ἀναιροῦν διὰ τούτου τό γ' ἐπ' αὐτῷ, οὐ μόνον ἀρετὴν πᾶσαν, καὶ βίον ἔνθεον, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἱερὰν γραφὴν, ἐπὶ τὰς ἀγαθὰς τῶν πράξεων παρορμῶσαν, ἐφ' ᾧ σωτηρίας τύχοιεν.

ιδ'. Τὸ δὲ τέταρτον καὶ δέκατον κατὰ τοῦ αὐτεξουσίου στρατευόμενον, τὴν ἀνθρωπίνην παρασκευάζεται φύσιν ἀνατρέψαι, τὸ εἶναι αὐτῆς κεκτημένην ἐν τῷ λογικῷ τε, καὶ αὐτεξουσίῳ.

ιε'. Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ πέμπτῳ τὰ πέντε τῆς ἐκκλησίας ἀρνεῖται μυστήρια, τὴν ἱερωσύνην, τὸ ἱερὸν μύρον, τὸ εὐχέλαιον, τὴν διὰ τῆς μετανοίας ἐξομολόγησιν, καὶ τὸν τίμιον γάμον, ἃ πάντα ὡς ἱερὰ, καὶ θείας χάριτος μεταδοτικὰ, ἡμῖν ἡ ἀρχαία κατέλιπε παράδοσις.

ιϛ'. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ δύο καθομολογῶν μυστήρια, ἐν τοῖς δυσὶν ἐφεξῆς κεφαλαίοις οὐχ ὑγιῶς τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐκτίθησι. τῷ μὲν γὰρ βαπτίσματι οὕτω δικαιοῦσθαι οἴεται τὸν βαπτιζόμενον, ὡς μὴ οἷόν τε εἶναι κατ' οὐδένα τρόπον ἀπολέσθαι, ἐπιλανθανόμενος τῶν μὴ τοῦτο φυλαξάντων ἀμόλυντον, μήτε τὴν πίστιν μέχρι τέλους τετηρηκότων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν τῷ λουτρῷ ἀπονασαμένων, ἀλλὰ τῇ αἰωνίῳ καταπεμφθέντων κολάσει.

ιζ'. Τὴν θείαν δὲ εὐχαριστίαν οὕτω διαρρήγνυσιν, ὡς μηδὲν αὐτῇ ἕτερον εἰ μὴ τύπον ψιλὸν ἐγκαταλείπειν, ὡς ἂν εἰ ἔτι τῇ σκιᾷ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐλατρεύομεν. οὐ γάρ φησιν εἶναι σῶμα Χριστοῦ ἀληθινὸν τὸν ὁρώμενον καὶ ἐσθιόμενον ἄρτον, ἤδη ἁγιασθέντα, ἀλλὰ τὸ νοούμενον πνευματικῶς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, φανταζόμενον· ὃ πάσης ἀσεβείας ἀνάπλεων.

IX. In nono vero fidem ſine operibus ſalvare ſtatuit; eſſe autem hanc non opus noſtrum, ſed Chriſti unius extrinſecus juſtificantis hominem per vitam ac mortem ſuam, ne videatur quidquam ad ſalutem ſuam homo conferre.

X. In decimo autem, terreſtrem ac cæleſtem eccleſiam confundens, Pontificiam poteſtatem tollit; & per ipſam, totam eccleſiæ perfectionem. Quo quid perturbatius eſſe poteſt?

XI. In undecimo vero, terreſtris hujus eccleſiæ membra ſolos electos eſſe vult, neque eos præciſe, qui ejus myſteriorum cum fide ſunt participes; quemadmodum & Paulum, dum eccleſiam perſequeretur, membrum illius fuiſſe, quod ex utero prædeſtinatus eſſet: & Judam, cum perinde atque Apoſtoli ceteri, miracula faceret, ejuſdem membrum tunc minime fuiſſe.

XII. In duodecimo vero enitens ſcriptor Patrum doctrinas e medio tollere, eccleſiam ait a Spiritu ſancto doceri; quod verum cum ſit, ab eo eſt maligne pronunciatum. Nam docetur quidem a Spiritu ſancto eccleſia noſtra, ſed non immediate; at hominum manibus atque linguis utente Spiritu. Homines enim erant, & Prophetæ, & Apoſtoli, qui verbum Domini prædicaverunt, conſcripſeruntque, quamvis oracula illa dicerentur eſſe Spiritus ſancti & divina, quaſi inde afflata, nihilque humani habentia. Eccleſia igitur inſpiratis divinitus Patrum oraculis edocta, non ab homine, ſed a Spiritu ſancto doceri dicitur. Illi enim divino impulſi ſpiritu nos docent, non ſecundum hominem, at ſecundum eum, quem a Spiritu acceperunt, afflatum: quod ex ea, quæ inter illos eſt concordia manifeſtum eſt. Quod vero hoc ipſo in capite dicatur fieri poſſe ut erret eccleſia, idque cum & doctorem Spiritum, & Chriſtum caput habeat, quam neque maculam habere, neque rugam, ſed totam pulcram & perfectam eſſe dictum eſt, ut impium eſt damnatum.

XIII. Decimum tertium autem nullam vult eſſe bonis operibus in hominum ſalute partem: hoc uno tollens, quantum quidem in ipſo eſt, non ſolum virtutem omnem, cæleſtemque vitam, ſed & ſcripturam omnem ſacram, quæ homines hortatur ad bonas actiones, ut ſalutem conſequantur.

XIV. Decimum quartum autem contra liberum arbitrium pugnans, naturam humanam evertere molitur; cujus eſſe, in ratione ac libertate poſitum eſt.

XV. In decimo quinto negat eccleſiæ ſacramenta quinque; ſacerdotium, ſacram unctionem, ſacrum oleum, confeſſionem cum pœnitentia, & honorabiles nuptias; quæ omnia ut ſacra, & divinam gratiam conferentia, antiqua nobis traditio reliquit.

XVI. Duo vero alia ſacramenta admittens, duobus deinceps in capitibus eorum virtutem non recte exponit. Nam baptiſmo quidem ita juſtificari baptizatum putat, ut perire is nullo modo poſſit; reſpectum ad eos non habens qui ſacramentum hoc incontaminatum non cuſtodierunt, neque fidem ſervaverunt ad finem uſque, adeoque fructum lavacri nullum cepere, ſed æternis ſuppliciis damnati ſunt.

XVII. Divinam autem euchariſtiam ita convellit, ut nihil ipſi aliud, niſi nudam figuram relinquat, quaſi adhuc in umbra veteris legis ſerviremus. Negat enim eum, qui videtur, & comeditur, panem jam ſanctificatum, eſſe verum Chriſti corpus, ſed ſpiritaliter tantum intellectum, aut potius imaginando fictum, quod omni impietate plenum eſt,

Neque enim dixit Jesus, Hoc eſt figura corporis mei; ſed, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus; hoc ſcilicet quod videtur, & accipitur, & comeditur, & frangitur, ſanctificatum jam & benedictum.

XVIII. Poſtremum vero omnium, ut prætextum videlicet quærat rejiciendi ignis purgatorii, id agit ut repudiet ſolemnes nobis ac legitimas pro defunctis commemorationes, per quas ſperamus requiem iis, & reſpirationem ab acerbitatibus, quæ illos premunt, a Deo eſſe concedendam.

Præterea prodierunt & interrogationes, quas capitulis adjunxit, & judicatæ illæ ſunt univerſæ huic ſynodo nihilo capitulis meliores. Non ſolum enim ſcripturæ interpretationes a patribus noſtris elaboratas, ut prius, rejicit; ſed & libros ejus aliquos abrogat, quos ſanctæ & œcumenicæ ſynodi, ut canonicos receperunt. Ad hæc omnia, venerabilium & ſanctarum imaginum relativum cultum reſpuit, quem ſancta œcumenica ſynodus ſeptima confirmavit.

Quapropter, & hæc capitula, & interrogationes, communi ſuffragio plene (aït ſacra ſynodus) ſubvertimus, & ab aula noſtra repellimus, tamquam hæreſibus repleta, & omnino ab orthodoxa noſtra religione aliena; eumque qui iſta conſcripſit, exſortem fidei noſtræ judicamus: omnibus declarantes eorum ſcriptorem falſo nos criminari, dum aït privatam ſuam fidem eſſe Orientalem Chriſtianæ fidei Græcorum profeſſionem, cum ſit Calvinica, non noſtra. Eos vero, qui hæc capitula, ut vera & pia ſcilicet legunt, & pertinaciter retinent, eaque ſive verbis, ſive ſcriptis defendunt, tamquam conſentientes & communicantes ejus hæreſibus, & corruptores eccleſiæ Chriſti, arcemus a congregatione fidelium, & tamquam ethnicos ac publicanos haberi præcipimus, nullam habentes communionem nobiſcum, cujuſcumque conditionis ſint: & ſunto æterno anathemati obnoxii, & ſegregati a Patre, Filio, & Spiritu ſancto, uno ſecundum naturam, ſolo Deo; & in hoc futuroque ſæculo, & maledicti, & expertes veniæ, & inſolubiles poſt mortem, & æternæ damnationis participes. Neque enim unquam eccleſia noſtra talibus dogmatibus delusa eſt: atque utinam numquam in poſterum tantopere præcipitetur, gratia regentis ipſam & gubernantis Spiritus. In confirmationem vero & auctoritatem præſentis actionis, mandata ſunt præſentia ſacro codici magnæ Chriſti eccleſiæ, quæ apud nos eſt, ſubſcripta propriis manibus ſanctiſſimorum epiſcoporum, & ſpectatiſſimorum clericorum.

Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo; menſe Maïo; Indictione decima.

Parthenius miſericordia Dei archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ, & œcumenicus patriarcha.

Synodicæ huic epiſtolæ ſanctiſſimi patris & paſtoris noſtri, patriarchæ Conſtantinopolitani, conſentiens in omnibus ego Petrus Mogilas, humilis archiepiſcopus metropolitanus Ciobi, & Haliciæ, & omnis Ruſſiæ, exarchus ſancti Apoſtolici throni Conſtantinopoleos, archimandrita lauræ Pierzarii, ſubſcribo propria manu, tum meo nomine, tum nomine omnis eccleſiæ Chriſtianæ, orthodoxæ & catholicæ, quæ eſt in Ruſſia minore.

Athanaſius Puſinas, epiſcopus Luccorii, & Hoſtrogii.

Arſenius Zelborſcius, epiſcopus Leopoleos Haliciæ, & Caminiciæ Podoliæ.

ὁ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ εἶπε, τοῦτό ἐστιν ὁ τύπος τοῦ σώματός μου· ἀλλά, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τοῦτο δηλαδὴ τὸ ὁρώμενον, καὶ λαμβανόμενον, καὶ ἐσθιόμενον, καὶ κλώμενον, ἁγιασθὲν ἤδη, καὶ εὐλογηθέν.

ιή. Ἔσχατον δὲ πάντων, ὅτι προφάσει δῆθεν τοῦ καταβαλεῖν τὸ καθαρτήριον πῦρ, τὰς νενομισμένας ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἀποιχομένοις μνείας ἐκβαλεῖν κατεπείγεται, δι' ὧν ἐλπίζομεν ἄνεσιν αὐτοῖς, καὶ ἀναψυχὴν παρὰ Θεοῦ παραπέμπεσθαι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν.

Πρὸς τούτοις ἐνεφανίσθησαν, ἃς τοῖς κεφαλαίοις προσέθηκεν, ἐρωτήσεις, καὶ ἐγνώσθησαν πάσῃ τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, οὐδὲν ἀμείνους τῶν κεφαλαίων ὑπάρχουσαι. Οὐ μόνον γὰρ τὰς τῆς γραφῆς ἑρμηνείας, τὰς τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐκπονηθείσας, ὡς καὶ πρότερον, παραιτεῖται, ἀλλὰ καί τινα τῶν ἐκείνης ἀθετεῖ βιβλίων, ἅπερ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, ὡς κανονικὰ ἐδέξαντο. καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὴν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων σχετικὴν ἀποβάλλεται προσκύνησιν, ἣν ἡ ἑβδόμη ἐκύρωσεν οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος.

Διὰ τοῦτο τά τε κεφάλαια ταῦτα, καὶ τὰς ἐρωτήσεις, κοινῇ ψήφῳ τελείως (φησὶν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη) ἀνατρέπομεν, καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀπελαύνομεν, ὡς αἱρέσεων πεπληρωμένα, καὶ πάντῃ ἀλλότρια τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν θρησκείας· τόν τε συγγράψαντα ξένον τῆς ἡμῶν κρίνομεν πίστεως, πᾶσι δηλοποιοῦντες, ὡς καταψεύδεται ἡμῶν ὁ τούτων συγγραφεύς, λέγων τὴν ἰδίαν αὐτοῦ πίστιν ἀνατολικὴν ὁμολογίαν εἶναι τῆς χριστιανικῆς πίστεως τῶν Γραικῶν, Καλβινικὴν οὖσαν, καὶ οὐχ ἡμετέραν. τοὺς δὲ ταῦτα τὰ κεφάλαια, ὡς ἀληθῆ καὶ εὐσεβῆ δῆθεν ἀναγινώσκοντας, καὶ διακρατοῦντας, ὑπερμαχοῦντας αὐτῶν, εἴτε λόγοις, εἴτε συγγράμμασιν, ὡς συμφρονοῦντας, καὶ συγκοινωνοῦντας αὐτοῦ ταῖς αἱρέσεσι, καὶ λυμεῶνας τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, ἀποβάλλομεν τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, καὶ ὡς ἐθνικοὺς καὶ τελώνας λογίζεσθαι διαγορεύομεν, μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχοντας μεθ' ἡμῶν, ὁποίας ἂν εἶεν καταστάσεως. καὶ ἔστωσαν τῷ αἰωνίῳ ἀναθέματι ὑπόδικοι, καὶ ἀφωρισμένοι παρὰ πατρός, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἑνὸς τῇ φύσει, μόνου Θεοῦ, ἔν τε τῷ νῦν αἰῶνι καὶ τῷ μέλλοντι, καὶ κατηραμένοι, καὶ ἀσυγχώρητοι, καὶ ἄλυτοι μετὰ θάνατον, καὶ μέτοχοι τῆς αἰωνίου κολάσεως. οὔτε γάρ ποτε ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία τοῖς τοιούτοις κατεσχέθη δόγμασι· μήτε μὴν εἰς τοσοῦτον τοῦ λοιποῦ κατενεχθείη, χάριτι τοῦ ὁδηγοῦντος αὐτήν, καὶ κυβερνῶντος πνεύματος. Εἰς πίστωσιν δὲ τῆς τοιαύτης πράξεως καὶ ἀσφάλειαν, κατεγράφη τὸ παρὸν ἐν τῷ ἱερῷ κώδικι τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ὑπογραφὲν ἰδίαις χερσὶ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων, καὶ λογιωτάτων κληρικῶν.

Ἐν ἔτει σωτηρίῳ χιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ, ἐν μηνὶ Μαΐῳ, Ἰνδικτιῶνος δεκάτης.

Παρθένιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Τῇ συνοδικῇ ταύτῃ ἐπιστολῇ τοῦ παναγιωτάτου πατρός, καὶ ποιμένος ἡμῶν, πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, συμφωνῶν ἐν πᾶσι καὶ συναινῶν ἐγὼ Πέτρος Μογίλας, ταπεινὸς ἀρχιεπίσκοπος μητροπολίτης Κιέβου, καὶ Αλιτζίας, καὶ πάσης Ῥωσίας, ἔξαρχος τοῦ ἁγίου ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἀρχιμανδρίτης τῆς λαύρας Πετζαρίου, ὑπογράφω ἰδίᾳ χειρί, δι' ἐμέ τε, καὶ ἐκ προσώπου πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἐκκλησίας τῆς ὀρθοδόξου, καὶ καθολικῆς, τῆς οὔσης ἐν τῇ μικρᾷ Ῥωσίᾳ.

Ἀθανάσιος Πουσίνας, ἐπίσκοπος Λουτζκείου, καὶ Ὀστρογίου.

Ἀρσένιος Ζελιβόρσκιος, ἐπίσκοπος Λεοπόλεως Αλιτζίας, καὶ Καμινιτζίας τῆς Ποδολίας.

Σίλβεστρος

Anno Christi 1642.

Σίλβεστρος Οὐλεβίτζιος Βοευτίνσκιος, ἐπίσκοπος Πρεμισλάου, καὶ Σαμβωρίου.

Σίλβεστρος Κόσσοβος, ἐπίσκοπος Μστισλαβίας, Ορσίας, καὶ Μογιλαβίας.

Ο Ηρακλείας, Ιωαννίκιος.

Ο Λαρίσσης, Γρηγόριος.

Ο Χαλκηδόνος, Παχώμιος.

Ο Σερρῶν, Δανιήλ.

Οἱ ἐπίτροποι τῆς συνόδου.

Ο Κυζίκου, Ανθιμος.

Ο πρώην Νικαίας, Πορφύριος.

Ο Κορίνθου, Γρηγόριος.

Ο Φιλίππων, Γεράσιμος.

Ο Χίου, Ιερεμίας.

Ο Νικαίας, Πορφύριος.

Ο Προύσης, Χρύσανθος.

Ο Βιδύνης, Σωφρόνιος.

Ο Φιλιππουπόλεως, Γαβριήλ.

Ο Λήμνου, Ιγνάτιος.

Βαρλαὰμ μητροπολίτης Σοτζάβας, καὶ πάσης Μολδοβλαχίας, καὶ ἔξαρχος Πλαγηνῶν.

Εὐλόγιος, ἐπίσκοπος Ρωμάνου.

Αναστάσιος, ἐπίσκοπος Ραδαουτζίου.

Γεώργιος, ἐπίσκοπος Χουσίου.

Σωφρόνιος ἱερομόναχος, καὶ καθηγούμενος τῆς ἡγεμονικῆς μονῆς τῶν τριῶν ἱεραρχῶν τῆς ἐν Γιασίῳ Μολδοβλαχίας.

Ο κῆρυξ τοῦ εὐαγγελίου Μελέτιος Συρίγος, ἱερομόναχος.

Ο μέγας ἀρχιμανδρίτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Φιλόθεος.

Ο μέγας πρωτοσύγκελλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Νικηφόρος.

Ο μέγας λογοθέτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Λάσκαρις.

Ο μέγας οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Χριστόδουλος, ἱερεύς.

Ο μέγας σακελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Θεολόγος, ἱερεύς.

Ο μέγας χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Εὐστάθιος, ἱερεύς.

Ο μέγας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Δανιήλ.

Ο νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Παρασκευᾶς, ἱερεύς.

Ο σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Γεώργιος.

Ο πρωτεκδικος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Θωμᾶς.

Ο πρωτονοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Φίλιππος.

Ο μέγας πριμμικήριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Φίλιππος.

Ο δικαιοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Μιχαήλ.

Ο μέγας διερμηνευτὴς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Ράλης.

Ο λογοθέτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Νικόλαος.

Ο ὑπομνηματογράφος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Κωνσταντῖνος.

Ο πρωτοαποστολάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Κωνσταντῖνος.

Ο λογοθέτης τοῦ γενικοῦ, Χρυσόσκουλος.

Ο νοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Δημήτριος.

ΤΩ ΕΚΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ

καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ δουκί, θεοσεβεστάτῳ τε αὐθέντῃ καὶ ἡγεμόνι πάσης Μολδοβλαχίας, κυρίῳ, κυρίῳ Ιωάννῃ Βασιλείῳ Βοεβόνδᾳ, σωτηρίαν παρὰ Θεοῦ.

Σοι ἴδ' ὡς ἀληθῶς, δοὺξ μεγαλοπρεπέστατε, τύποις ἐκδοῦναι καὶ τὰ συνοδικὰ ταῦτα γράμματα. ἐπειδὴ γάρ σοι τὸ σῶμα δέδωκεν ὁ κύριος, τοῦ εἶναί σε τῆς ὀρ-

A Silvester Ulebitzius Boeutinſcius, epiſcopus Premiſlai, & Samborii.

Silveſter Coſſovus, epiſcopus Mſtiſlaviæ, Orſiæ, & Mogilaviæ.

Joannicius, Heracleæ.

Gregorius, Lariſſæ.

Pachomius, Chalcedonis.

Daniël, Serrarum.

Curatores ſynodi.

Anthimus, Cyzici.

Porphyrius, qui ante Nicææ fuit.

Gregorius, Corinthi.

B Geraſimus, Philipporum.

Jeremias, Chii.

Porphyrius, Nicææ.

Chryſanthus, Pruſæ.

Sophronius, Bidynæ.

Gabriël, Philippopoleos.

Ignatius, Lemni.

Barlaam metropolitanus Sotzavæ, & omnis Moldaviæ, & exarchus Plagenarum.

Eulogius, epiſcopus Romani.

Anaſtaſius, epiſcopus Rhadautzii.

Georgius, epiſcopus Chuſii.

C Sophronius hieromonachus, & præfectus monaſterii trium præſulum, quod eſt Iaſii Moldaviæ.

Meletius Syrigus, hieromonachus, prædicator evangelii.

Philotheus, magnus archimandrita magnæ eccleſiæ.

Nicephorus, magnus protoſyngellus magnæ eccleſiæ.

Laſcaris, magnus logotheta magnæ eccleſiæ.

Chriſtodulus, ſacerdos, magnus œconomus magnæ eccleſiæ.

Theologus, ſacerdos, magnus ſacellarius magnæ eccleſiæ.

Euſtathius, ſacerdos, magnus chartophylax magnæ eccleſiæ.

D Daniël, magnus eccleſiarcha magnæ eccleſiæ.

Paraſcevas, ſacerdos, nomophylax magnæ eccleſiæ.

Georgius, minor ſacellarius magnæ eccleſiæ.

Thomas, protecdicus magnæ eccleſiæ.

Philippus, protonotarius magnæ eccleſiæ.

Philippus, magnus primicerius magnæ eccleſiæ.

Michaël, dicæophylax magnæ eccleſiæ.

Rhales, magnus interpres magnæ eccleſiæ.

Nicolaus, logotheta magnæ eccleſiæ.

Conſtantinus, a commentariis magnæ eccleſiæ.

E Conſtantinus, protapoſtolarius magnæ eccleſiæ.

Chryſoſculus, logotheta ærarii generalis.

Demetrius, notarius magnæ eccleſiæ.

ILLUSTRISSIMO ET

magnificentiſſimo duci, religioſiſſimoque domino & principi omnis Moldaviæ, domino domino Joanni Baſilio Boibonda, ſalutem a Deo.

Tum erat certe, Dux magnificentiſſime, typis etiam ſynodicas haſce litteras committere. Etenim cum hanc tibi poteſtatem dederit Dominus,

Anno Christi 1642.

M

ANNO CHRISTI 1642.

ut eſſes ejus eccleſiæ propugnator, & generoſus ſubverſor hæreſum, te uno ex omnibus terræ principibus electo tamquam ſibi utili: cuinam alteri incumberet pravas opiniones proſcribere, niſi religioſiſſimæ tuæ magnificentiæ? Qui cum vidiſſes Chriſtianas eccleſias perturbatas ob Calviniaca quædam capitula, quæ recens prodierant, contendebanturque noſtra eſſe, quod inſcriberentur, Orientalis confeſſio Chriſtianæ fidei; haudquaqum pigritatus es, ſed funem omnem movere non deſtitiſti, donec evocatis vicem gerentibus ſanctiſſimi & Apoſtolici throni œcumenici, & univerſa ſacra illius ſynodo, & ex Ruſſia legatis ejus, quæ illic eſt, eccleſiæ, cum ipſis adulterina omnia dogmata convulſiſti, publicis litteris conſignans, rataſque faciens ſinceras Orientalis eccleſiæ doctrinas. Nunc autem omnibus Chriſtianis orthodoxis detegens abſconditum illis capitulis virus, publice proſtare voluiſti, quid de iis ſentiat magna Chriſti, quæ apud nos eſt, eccleſia: ut poſſent ubique dignoſcere oves Domini, quibus a pabulis abſtinere oporteat, & quænam ad paſcua indubitanter accedere. Quapropter gratias Deo reddentes propter ea, quæ per te nobis ab ipſo proviſa ſunt, toto ex animo ipſum precamur, ut præſentem tibi vitam longævam ac pacificam donet, principatus thronum ad finem uſque ornanti, in ipſius gratia: in futura vero e terreſtribus ad cæleſtia te palatia tranſmittat.

κλησίας αὐτοῦ πρόμαχον, καὶ τῶν αἱρέσεων γενναῖον καταλύτην, σὲ μόνον ἐκ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἡγεμόνων, ὡς εὔχρηστον αὐτῷ ἐκλεξάμενος· τίνι ἂν ἄλλῳ ἐπέκειτο τὰς κακοδοξίας ἐκκηρῦξαι, εἰ μὴ ἄρα τῇ σῇ θεοσεβεστάτῃ μεγαλονοίᾳ; ὃς ἰδὼν τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας θορυβουμένας ἐπὶ τοῖς νεωστὶ ἀναφανεῖσι Καλουϊνικοῖς κεφαλαίοις, διατεινομένους ἡμετέρους εἶναι, τῷ ἐπιγράφεσθαι, Ανατολικὴ ὁμολογία τῆς χριστιανικῆς πίστεως· οὐδόλως κατενάρκησας, ἀλλὰ πάντα κάλων ἐκίνησας, ἕως οὗ μεταπεμψάμενος τοποτηρητὰς τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ οἰκουμενικοῦ, καὶ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν ἱερᾶς συνόδου, καὶ ἀπὸ Ῥωσίας λεγάτους τῆς ἐκεῖθεν ἐκκλησίας, σὺν αὐτοῖς πάντα τὰ νενοθευμένα κατέῤῥαξας δόγματα, δημοσίαις βίβλοις ἐκρίνας τε, καὶ κυρώσας τὰ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας γνήσια διδάγματα. καὶ νῦν πᾶσι τοῖς χριστιανοῖς ἡμῶν ὀρθοδόξοις ἐκκαλύψαι τὸν ἐγκεκρυμμένον ἐν τοῖς κεφαλαίοις ἐκείνοις, κοινῶς προτεθῆναι ἐθέλησας, ἵνα ἔχῃ δόξαν περὶ αὐτῶν ἡ καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλη ἐκκλησία· ἐφ' ᾧ ἔχοι πανταχοῦ τὰ τοῦ κυρίου πρόβατα διαγινώσκειν, ὁποίων βρωμάτων ἀπέχεσθαι χρή, καὶ ποίαις ταῖς νομαῖς ἀναμφιβόλως προσπελάζειν· διὸ χάριτας τῷ θεῷ ἀποδιδόντες, ἐπὶ τοῖς διὰ σοῦ παρ' αὐτοῦ οἰκονομηθεῖσιν, ἐξ ὅλης ψυχῆς ἱκετεύομεν αὐτὸν, τὴν παροῦσαν ζωὴν, μακραίωνά τε καὶ εἰρηνικήν σοι δωρήσασθαι, τὸν τῆς ἡγεμονίας θρόνον μέχρι τέλους κοσμοῦντι, ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι, ἐκ τῶν ἐπὶ γῆς, εἰς τὰ οὐράνια μεταθεῖναί σε βασίλεια.

Legati Conſtantinopolitani, & exarchi patriarchici, miſſique ex Ruſſia legati.

Porphyrius, qui ante Nicææ fuit.
Meletius Syrigus, hieromonachus, & prædicator evangelii.
Eſaias Trophimus, præfectus ſancti Nicolai.
Ignatius Xenovicius, prædicator evangelii.
Joſeph Cononovicius, præfectus ſanctorum Theophaniorum.

Οἱ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως λεγάτοι, καὶ ἔξαρχοι πατριαρχικοί, καὶ οἱ ἀπὸ Ῥωσίας λεγάτοι.

Ὁ πρώην Νικαίας, Πορφύριος.
Μελέτιος Συρίγος, ἱερομόναχος, καὶ κῆρυξ τοῦ εὐαγγελίου.
Ἡσαΐας Τροφίμος, ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Νικολάου.
Ἰγνάτιος ὁ Ξενοβίτζης, ὁ κῆρυξ τοῦ εὐαγγελίου.
Ἰωσὴφ Κονονόβιτζης, ἡγούμενος τῶν ἁγίων Θεοφανίων.

SYNODUS HIEROSOLYMITANA

adverſus Calviniſtas, anno MDCLXXII. ſub Patriarcha Hieroſolymorum Doſitheo celebrata.

DUCE CHRISTO.

Clypeus orthodoxæ fidei, ſive Apologia ab ſynodo Hieroſolymitana ſub Hieroſolymorum Patriarcha Doſitheo compoſita adverſus Calviniſtas hæreticos, Orientalem eccleſiam de Deo rebuſque divinis hæretice cum ipſis ſentire, mentientes.

UNIVERSIS UBIQUE TERRARUM,

ſive etiam in mari agentibus, orthodoxis Epiſcopis, fratribus & comminiſtris noſtris in Spiritu ſancto: & omnibus omnino piis ac fidelibus Chriſtianis filiis, dilectis noſtris, in Domino ſalutem.

Latine vertit Dominus M. F. e Congregatione S. Mauri, Ordinis S. Benedicti: editdique Pariſiis, anno 1676. Verſio hæc eſt ſubinde recognita.

TEmpus loquendi, & tempus tacendi, monet ſapiens, Eccleſiaſtes: hinc quidem ſuum rei cuilibet tempus eſſe ſignificans; quemadmodum alibi dixit: Loquendi non inſtante neceſſitate, tace;

ΧΡΙΣΤΟΣ ΗΓΕΙΣΘΩ.

Ἀσπὶς ὀρθοδοξίας, ἢ ἀπολογία καὶ ἔλεγχος πρὸς τοὺς διασύροντας τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν αἱρετικῶς φρονεῖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων, ὡς κακοφρονοῦσιν οὗτοι αὐτοὶ οἱ Καλουΐνοι δηλονότι· συντεθεῖσα παρὰ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις τοπικῆς συνόδου, ἐπὶ Δοσιθέου πατριάρχου Ἱεροσολύμων.

ΤΟΙΣ ΑΠΑΝΤΑΧΟΥ ΓΗΣ

καὶ θαλάσσης, ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι· καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς εὐσεβέσι, καὶ ὀρθοδόξοις χριστιανοῖς τέκνοις, ἀγαπητοῖς ἡμῶν, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ex Bibliotheca Regia, ubi MS. exemplar aſſervatur, ab ipſomet Patriarcha Hieroſolymitano miſſum ad Chriſtianiſſimum Regem Ludovicum XIV.

ΚΑιρὸς τοῦ λαλεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ σιγᾶν, ὁ σοφὸς ἐκκλησιαστὴς παραινεῖ, ἐν οἷς που καιρὸν εἶναι παντὶ πράγματι ἀποφαίνεται. ὡσπερεὶ ἔλεγεν· ἀνάγκης μὴ οὔσης σίγα,

Anno Christi 1672.

A χαιροῦ δὲ κατεπείγοντος λάλει. ἀνάγκη μὲν γὰρ λαλεῖν οὐκ ἔστι τινὸς μὴ ἐρωτώμενον, ἐρωτώμενον δὲ περί τινος χρησίμου καὶ ἀναγκαίου λόγου, ἐπιστάμενόν τε, καὶ μὴ ἀποκρινόμενον, ἐσχάτης ἂν εἴη μοχθηρίας. εἰ δέ που τὸ ἐρωτώμενον περὶ Θεοῦ ἢ θείων πραγμάτων καθέστηκε, πῶς οὐκ ἀσεβείας γραφήσεται ὁ εἰδὼς, καὶ σιγὴν ἄγειν ἑλόμενος; ἡμεῖς γ' οὖν ὅσον τὸ καθ' ἡμᾶς ἀμφοτέρων τούτων, σιγῆς καὶ λόγου φημὶ, ἐξαιρέτως μεμαθήκαμεν οἷος κατὰ τὸν εἰπόντα· οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει· μάλιστα δὲ σιωπῆς Θεοῦ ἐπιτάττοντος· σιώπα γὰρ, φησὶ, καὶ ἄκουε, Ἰσραήλ. (οὐ γὰρ μόνον λαλεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀκούειν τὰ χρήσιμα λεγόντων προσετάχθημεν·) καὶ αὖθις λαλεῖν τούτου κελεύοντος, καὶ στόμα ἀνοίγοντος, καὶ φωνὴν διδόντος. μεμαθήκαμεν γὰρ πρὸς μὲν τὸν Ἰεζεκιὴλ πολλάκις εἰρηκέναι· υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὸν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. καὶ ἐν B ἑτέρῳ πάλιν πρὸς αὐτόν· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ διανοιχθήσεταί σου τὸ στόμα, καὶ λαλήσεις, καὶ οὐ μὴ ἀποκωφωθήσῃ ἔτι. πρὸς δὲ τὸν Μωϋσῆν σταλησόμενον πρὸς Φαραὼ, ὑποστελλόμενον δὲ διὰ τὸ ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος· πορεύου, ἔφη, καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου, καὶ συμβιβάσω σε ἃ μέλλεις λαλῆσαι. τούτοις οὖν καὶ τοῖς τοιούτοις γραφικοῖς παραδείγμασιν εὐσεβῶς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι, καιρὸν οἴδαμεν σιωπῆς μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, καὶ πρὸς λαλιὰν παρορμῶντος· ἐπειγόμεθα δὲ αὖ ἐρωτώμενοι, ἢ καὶ ἄλλως πως τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος, φωνὴν ἀφιέναι. ὅταν μὲν γὰρ περὶ πίστεως, ἢ τῶν πιστευομένων τινὸς πραγμάτων λόγον ἀπαιτώμεθα, δεινὸν ἡγούμεθα τὸ ὑποστέλλεσθαι. ἐὰν δὲ ἢ ἀσεβείας, ἢ αἱρέσεως ἄλλης πως ἐγκαλούμεθα παρ' ἑτεροδόξων ἀνθρώπων, καὶ πρὸς C οὐδὲν ἄλλο χρήσιμον ἀποβλεπόντων, ἢ πρὸς τὸ συστῆσαι τὴν ἑαυτῶν δόξαν ἐκ τοῦ διαβάλλειν τοὺς ἄλλους· τότε δὴ τὸν Ἠλιοῦ ζῆλον ἀναλαβόντες, θερμότερον ἐγχειρούμεθα πρὸς ἀπάντησιν· καὶ πάσχοντες τὰ τοῦ Ἱερεμίου, τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φθεγγόμεθα· τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου· μαιμάσσει ἡ ψυχή μου, σπαράσσεται ἡ καρδία μου· οὐ σιωπήσομαι, ὅτι φωνὴν σάλπιγγος ἤκουσεν ἡ ψυχή μου, καὶ κραυγὴν πολέμου. σάλπιγγος γὰρ αἰνῆς ἠχωδέστερα, καὶ πολέμου δεινοῦ βαρύτερα βροντῶσι τὰ ἔναγχος ἀπὸ Γαλλίας ἐλθόντα πρὸς ἡμᾶς (ὡς μὴ ὄφελον ἀκουσθῆναι, καὶ παρ' ἡμῖν) μηνύματα. οἱ γὰρ ἐν ἐκείναις διατριβόμενοι Καλουΐνοι ἐθελοντὶ κακουργοῦντες φασὶ τὴν ἀποστολικὴν καὶ D ἁγίαν ἡμῶν ἐκκλησίαν, τὴν ἀνατολικὴν δηλαδὴ, φρονεῖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων, ὡς αὐτοὶ ἐκεῖνοι κακοφρονοῦσιν. οὐ μόνον δὲ λόγοις, ἀλλὰ καὶ συγγράμμασιν οἱ αἱρετικοὶ οὗτοι, ὡς φαίνεται περί τινι Κλαυδίῳ ὑφηγητῇ τοῖς ἐν Καρεντονίᾳ Καλβίνοις, ἐπιχειροῦσιν ἡμῶν κατηγορεῖν, ὃ καὶ μάλιστα εἰς τὸ προκείμενον ἔργον ἡμᾶς παροτρύνει, μὴ εἰδότες μήτε ἃ λέγουσιν, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται, ἵν' αἰδούμενοι οὔτε κἂν τοὺς ἀνθρώπους, ὧν ἐνώπιον τοιαῦτα ψεύδεσθαι κατατολμῶσι.

Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ἐπειδὴ χάριτι Χριστοῦ συνήλθομεν χάριν ἐγκαινίων τοῦ θειοτάτου ναοῦ τῆς ἐν Βηθλεὲμ κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ καὶ Θεοῦ· ὃν ὁ κύριος ἀνοικοδομηθῆναι ἐν τοῖς πανδεινοῖς τούτοις καιροῖς E τοῦ διωγμοῦ, καὶ χαρισθῆναι κεκαλλωπισμένον τοῖς πανταχοῦ γῆς γνησίοις τέκνοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ηὐδόκησεν· διατριβόντων μεθ' ἡμῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς ἐπιδημούντων προσκυνητῶν ἱερέων, κληρικῶν, καὶ λαϊκῶν χριστιανῶν, εὕρομεν δεῖν ἐν συνόψει τὴν περὶ ὧν ἡ μήτηρ ἡμῶν ἀποστολικὴ ἐκκλησία κατηγορεῖται, δόξαν εἰπεῖν, ἵνα καὶ δι' ἡμῶν ἡ παραδοθεῖσα παρὰ τοῦ κυρίου, καὶ κηρυχθεῖσα παρὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ φυλαχθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, πίστις ἡμῶν φανερὰ ᾖ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ τὸ ψεῦδος τῶν ἐναντίων φωραθῇ, (καί τοι προεφωραμένον πρὶν, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὡς τραγελάφους πλάττον, καὶ ὑπὸ πολλῶν τῶν πρὸ ἡμῶν) ἡ ἀλήθεια ὡς εἰκὸς λαμπρότερον ἡλίου λάμ-

A inſtante, loquere. Quemadmodum autem interrogante nemine, nulla loquendi neceſſitas; ita interroganti quæ noſti, reſponſum continere, ſumma malitia eſt. Porro ſi de Deo rebuſque divinis interrogatio fuerit, impietatis in notam quomodo non incurrat, qui reſponſioni par cum eſſet, ei tamen ſilentium antetulit? Nos quidem cum tacendi, tum loquendi modum ſatis ille docuit, qui dixit: *Diſponet ſermones ſuos in judicio*; maxime cum & ſilentium Deus indicat, aït enim: *Tace, Iſraël, & audi*; (quippe non loquendi modo mandatum accepimus, verum & eos qui utilia loquuntur, audiendi:) & loqui rurſum ipſe præcipiat, os noſtrum aperiat, & vocem nobis impertiatur. Legimus enim B ad Ezechiëlem paſſim dictum eſſe: *Fili hominis, dic domui Iſrael.* Et rurſus ad ipſum: *In die illa aperietur os tuum, & loqueris, & non ſilebis ultra.* Moyſi vero, quem Pharaoni mittebat, impeditioris & tardioris linguæ cauſa formidanti, dixit: *Vade, & ego aperiam os tuum, & inſtruam qua locuturus es.* His igitur & conſimilibus exemplis in Scriptura expreſſis & nos religioſe obſequentes, nemine quidem rogante & ad loquendum provocante, tempus eſſe ſilendi novimus; urgente vero interrogatione, aut quapiam alia loquendi neceſſitate, ſermoni quamprimum nos accingimus. Cum enim de fide rebuſve credendis interpellamur, indignum ducimus ut loqui reformidemus. Si vero ab hominibus C hæreticis, atque ſuam ut obtrectatione ceterorum gloriam obfirment, modo ſtudentibus, impietatis aut falſi cujuſdam dogmatis inſimulamur; tunc Heliæ inſtar zelo ſuccenſi, reſponſionem animoſiores aggredimur, ac Jeremiæ paſſionum conſcii, ejuſdem eructamus & verba: *Ventrem meum doleo, & ſenſoria cordis mei; fluctuat anima mea, dilaceratur cor meum; non tacebo, quoniam vocem tubæ audivit anima mea, clamorem prælii.* Etenim terribili ſonantiores buccina, & duro graviores bello, e Galliis ad nos uſque tonant modo rumores, utinam apud nos numquam audiri. Quippe improbitati gratis indulgentes, qui in illis habitant, Calviniſtæ, ſuas de Deo rebuſque divinis hæreſes, Apo- D ſtolicæ noſtræ ac ſanctæ Orientali Eccleſiæ affingunt; atque id quidem non modo ſermonibus, verum etiam & ſcriptis imponere nobis hæreticos hujuſmodi ſuſcepiſſe nemo neſcit, qui Claudium quemdam Carentonenſium Calviniſtarum Miniſtrum perlegerit. Id vero ad ſuſceptam Apologiam nos vehementius accendit, quoniam quod dicunt, quod affirmant, neſciunt: qui vel homines metuere debuiſſent, coram quibus talia mentiri nec verentur.

His igitur ſe ſe ita habentibus, cum ad perficiendam ſacratiſſimæ Ædis Bethleemiticæ, ubi Salvator ac Deus noſter Chriſtus ſecundum carnem natus eſt, dedicationem conveniſſemus, quam per id miſerrimæ ætatis ac perſecutionis reſtaurari Domi- E no placuit, ac veris Eccleſiæ Catholicæ ubique terrarum agentibus filiis eleganter ornatam reſtitui; adſcitis etiam nobiſcum Sacerdotibus, Clericis, necnon & Chriſtianis ceteris, qui e terræ finibus illuc adoraturi convenerant; matris noſtræ Apoſtolicæ Eccleſiæ doctrinam ſuper his quæ affinguntur illi, exponendam duximus, ut quæ a Domino nobis tradita, ab Apoſtolis promulgata, & ab ſanctis Patribus conſervata eſt fides noſtra, nobis edicentibus, univerſo manifeſta fiat mundo; ac retecto adverſariorum noſtrorum mendacio, (etſi jampridem ab anteceſſorum noſtrorum quamplurimis deprehenſum eſt, ac ſuopte delapſum, utpote ad hircocervorum inſtar conflatum) ceu ipſo rutilantior ſola

Anno Christi 1672.

Quin & hoc impoſſibile eſt: homines quippe cum ſimus, alia ratione quam verbis & ſignis id quod in mente habemus, manifeſtare aliis haudquaquam poſſumus. Porro Cyrilli confeſſioni contraria & verbis & ſignis, proin & corde, Orientales in omnibus credere atque confiteri jam antea demonſtratum eſt.

Rurſus, ſi utique Calviniſtis corde Orientales adhæſere; ſi minus verbis & factis licuit eis (nonnulla fortaſſis haud ſinente cauſa) conſentire, at nequaquam ita vehementer eos excipere debuiſſent. Verum ita graviter illis ſuccenſent, ut Dominica poſt diem Octobris undecimam, & prima magnæ Quadrageſimæ Dominica, (quam propterea Ὀρθοδοξίαν vocant) ad-

οἴκων ἐκβάλλωσι τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ τῷ σημείῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ μὴ κατασφραγίζωνται, τὰ τῶν ἁγίων λείψανα μὴ τιμῶσι, μήτε μὴν τούτοις ὕμνους καὶ ἑορτὰς δημοσίας γεραίρωσι· τῶν δὲ τῶν κεκοιμημένων μνημοσυνῶν, καὶ λιτανειῶν ἀπέχωνται, καὶ τὴν ἁγίαν μυσταγωγίαν, ὡς αὐτοὶ οἱ ἀντίπαλοι βούλονται, ἐπιτελῶσιν.

Ἀλλ' οὔτε τὶ τοιοῦτο περὶ τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπράχθη πώποτε· ὅσῳ οὐ μόνον ἁπλῶς ἑπτὰ εἶναι τὰ μυστήρια ὁμολογοῦσιν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν καθαγιάζονται ἑκάστοτε. καὶ οὐ μόνον εὐκτήριος οἶκος, ἀλλ' οὐδὲ οἶκος τῶν τινὸς χριστιανοῦ ὅλως ἄμοιρος εἰκόνων ἁγίων, καὶ σημείου τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ὃν καὶ κατὰ δαιμόνων ἔχουσιν ἀεὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον. καὶ οὕτω τιμῶνται παρ' αὐτοῖς τὰ ἅγια λείψανα, ὥστε καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀσθενείαις, ὡς δεῖ τὰ παρὰ τούτοις ἰατροῖς χρῶνται, καὶ τιμῶσιν αὐτοὺς ὡς θεράποντας τοῦ Θεοῦ· ὡς μαρτυρεῖ τὰ παρ' αὐτοῖς ἑκάστοτε ᾀδόμενα, τὸ παρακλητικὸν, τὸ τριῴδιον, καὶ τὰ δώδεκα μηναῖα. ἀλλὰ καὶ περὶ μνημοσύνων οὕτω φιλοσοφοῦσιν, ὥστε πάντοτε καὶ κατ' ἐξοχὴν κατὰ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέρας ἑορτασίμους προσφέρουσι τῷ Θεῷ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ πάσης ψυχῆς τῶν χριστιανῶν ἁπλῶς ζώντων, καὶ τεθνεώτων, ἐλεημοσύναις τε καὶ θείοις ἀναθήμασιν ἐξιλεοῦνται τὸ θεῖον. καὶ τίνος εἰπεῖν οὕτω προσέχουσιν οἱ ἀνατολικοὶ τῇ πίστει τῶν λεγομένων κεφαλαίων, ὥστε, ὡς εἴρηται ἀνωτέρω, κατὰ διάμετρον ἐκείνῃ ἀντίκεινται, μηδαμῶς τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατριαρχικῶν παραδόσεων ἀφιστάμενοι, ἄχρι καὶ τῶν ἐλαχίστων. ἀδύνατον ἄρα τοὺς ἀνατολικοὺς εἰδέναι τὴν Κυρίλλου ὁμολογίαν.

Ἐχόμενον δ' ἐστὶν εἰπεῖν, καὶ περὶ τοῦ ἑτέρου μέρους, ὅτι εἰ τυχὸν δοτέον τοὺς ἀνατολικοὺς πεπιστευκέναι ποτὲ, ὡς οἱ ἀντιπαλαίοντες βούλονται, ἀδύνατον αὐτοὺς εἶναι χριστιανούς. τῷ γὰρ πιστεύοντι τρία τινὰ μάλιστα ἀναγκαίως συμβαίνει· καρδίας πίστις ἀναμφίβολος εἰς δικαιοσύνην, στόματος ὁμολογία εἰς σωτηρίαν, καὶ ὁ καρπὸς τῆς πίστεως, καὶ τῆς ὁμολογίας· ἅπερ ἐστὶ τὰ θεάρεστα ἔργα τοῦ κατὰ Χριστὸν βίου.

Οἱ οὖν ἀνατολικοὶ πιστεύοντες, ὡς ἡ Κυρίλλου βούλεται ὁμολογία, λόγοις μὲν οὐκ ἐπίστευσαν, ἐπειδὴ καὶ ἕως τῆς ὥρας ταύτης τὴν ἐναντίαν τῇ ἐν τοῖς κεφαλαίοις πίστιν ὁμολογοῦσιν.

Ἀλλ' οὐδὲ ἔργοις αὐτοῖς πώποτε Καλουΐνοις ἐοίκασιν οἱ ἀνατολικοὶ, ὡς εἴρηται ἀνωτέρω· ἄρα καρδίᾳ μέν γε (ῥητέον γάρ τι γελοιότερον πρὸς τοὺς παῖς φασὶ συντάξοντας Καλουΐνους) τοῖς αἱρετικοῖς συμφώνησαν, καὶ τὴν τῶν κεφαλαίων πίστιν ἐκδεδώκασιν. εἰ δὲ ἀληθὲς τοῦτο, ἀδύνατον αὐτοὺς εἶναι χριστιανοὺς, ἐπειδὴ ὁ ἄλλα μὲν πιστεύων τῇ καρδίᾳ, ἄλλα καὶ ὁμολογῶν τῷ στόματι, καὶ τοῖς ἔργοις, (οἷον συμβέβηκε γεγονέναι, ὡς ὑπετέθη, τὸν Κύριλλον) ἀναπόδεικτος ἀνάξιος καὶ αὐτῆς τῆς χριστιανοῦ προσηγορίας, μὴ ὅτι γε τῆς τοῦ Χριστοῦ μερίδος. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ Ἰούδας πιστεύσας, καὶ προφανῶς μὲν ὢν μαθητὴς, κρυφίως δὲ προδότης, τῷ αἰωνίῳ παρεπέμφθη πυρί.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀδύνατον. ἀνθρώπους γὰρ ὄντας ἡμᾶς, πῶς ἂν ἄλλως τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κοινωνήσαιμεν ἀλλήλοις, εἰ μὴ διὰ φωνῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ σημείων· ἀλλὰ τοῦτο προαποδέδεικται τοὺς ἀνατολικοὺς πάντα πιστεύειν, καὶ ὁμολογεῖν, τῇ τε φωνῇ καὶ τοῖς σημείοις ἐναντία τῇ Κυρίλλου ὁμολογίᾳ, ἄρα καὶ τῇ καρδίᾳ.

Εἰ οἱ ἀνατολικοὶ εἴπερ τῇ καρδίᾳ ἐνέδωκαν Καλουΐνοις, ἔδει αὐτοὺς, εἰ μὴ καὶ τῷ στόματι καὶ τοῖς ἔργοις, διά τι ἐμπόδιον, μὴ συμφωνεῖν ἐκείνοις, κἂν μὴ κατ' ἐκείνων φέρεσθαι ἀσυμπαθῶς. ἀλλ' οὕτω κατ' ἐκείνων φέρονται, ὥστε καὶ τῇ μετὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς κυριακῇ, καὶ ἐν ἑκάστῃ τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, κυριακῇ, πρώτῃ, (ἣν καὶ Ὀρθοδοξίαν ἐπωνύμως τῇ σημασίᾳ καλοῦσι) ἀνα-

ANNO CHRISTI 1672.

δόγματι τοὺς εἰκονομάχους, καὶ τοὺς εἰκονικῶς, ἢ ὁμοιωματικῶς, ἢ τροπικῶς, καὶ μεταφορικῶς, ἢ μὴ πραγματικῶς καὶ ἀληθῶς μεταβάλλεσθαι τὸν τῆς εὐχαριστίας ἄρτον καὶ οἶνον μετὰ τὸν ἁγιασμόν, εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ κυρίου σῶμα καὶ αἷμα ἀποφαινομένους καθυποβάλλουσι.

Εἰ δὲ δοκεῖ παράθωμεν καὶ ταυτὶ ἔνια τῶν ἐν ταῖς εἰρημέναις ἑορταῖς λεγομένων.

Κυριακῇ μετὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ παρόντος (δηλαδὴ τοῦ Ὀκτωμβρίου) μηνὸς μνήμην ἐπιτελοῦμεν τῶν ἁγίων πατέρων τῆς ἑβδόμης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δεύτερον, ἐπὶ καθαιρέσει καὶ ἀνατροπῇ τῶν ἀθέων δογμάτων, τῶν μισοχρίστων, καὶ χριστιανοκατηγόρων, εἰκονομάχων, ἔτι Κοπρωνύμου, καὶ τῶν αὐτῷ συμφρονούντων ἐπισκόπων, καὶ ἀνιέρων ἀρχιερέων, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀθέσμου καὶ ἐξαγίστου συνεδρίου. καὶ τὰ μὲν τῆς ἑορτῆς ταύτης ἀρκεῖ ἡ ἐπιγραφὴ καὶ μόνη δηλῶσαι, ὁποῖα ἐν ταύτῃ τὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν φιλοσοφούμενα τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἐκ δὲ τῆς Ὀρθοδοξίας ὀλίγα ἔνια μετὰ τὴν ἐπιγραφὴν ἐκθήσω. ἔστι δὲ τοῖς βουλομένοις τὰ λεγόμενα πάντα ἐν ταύτῃ τῷ τριῳδίῳ ἐντυχοῦσιν εἰδέναι.

Τοῖς τὰς καθ' ἑκάστην προσαγομένας θυσίας, ὑπὸ τῶν παρειληφότων ἀπὸ Χριστοῦ τὴν τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίαν, μὴ δεχομένοις τῇ ἁγίᾳ τριάδι προσάγεσθαι, ὡς ἀντιφθεγξαμένοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις πατράσιν·

Ἀνάθεμα τρίς.

Τοῖς ἀκούουσι μὲν τοῦ σωτῆρος περὶ τῆς παρ' αὐτοῦ παραδοθείσης τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίας λέγοντος· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· μὴ ἐκλαμβανομένοις δὲ ὀρθῶς τὴν ἀνάμνησιν, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλην εἶναι ταύτην παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ σωτῆρος τετελεσμένην εἰσάγουσι, καὶ πρὸς ἐκείνην φανταστικῶς καὶ εἰκονικῶς ἀναφερομένοις, ὡς καταλύουσι τὸ τῆς φρικτῆς καὶ θείας ἱερουργίας μυστήριον, δι' οὗ τὸν τῆς μελλούσης ζωῆς ἀρραβῶνα λαμβάνομεν· καὶ ταῦτα τοῦ θείου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ χρυσορρήμονος, διατρανοῦντος τῆς θυσίας τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι φάσκοντος, ἐν πολλαῖς τῶν τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητῶν ἐξηγήσεσιν·

Ἀνάθεμα τρίς.

Τῷ φρυαξαμένῳ συνεδρίῳ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων,

Ἀνάθεμα τρίς.

Τοῖς ἐκλαμβάνουσι τὰς παρὰ τῆς θείας γραφῆς ῥήσεις κατὰ τῶν εἰδώλων, εἰς τὰς σεπτὰς εἰκόνας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ,

Ἀνάθεμα τρίς.

Τοῖς κοινωνοῦσιν ἐν γνώμῃ, τοῖς ὑβρίζουσι καὶ ἀτιμάζουσι τὰς σεπτὰς εἰκόνας,

Ἀνάθεμα τρίς.

Τοῖς λέγουσιν, ὅτι ὡς θεοῖς οἱ χριστιανοὶ ταῖς εἰκόσι προσῆλθον,

Ἀνάθεμα τρίς.

Τοῖς τολμῶσι λέγειν, τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν εἴδωλά ποτε δεδέχθαι, ὡς ὅλον τὸ μυστήριον ἀνατρέπουσι, καὶ τὴν χριστιανῶν ὑβρίζουσι πίστιν,

Ἀνάθεμα τρίς.

Εἴ τις τῆς χριστιανοκατηγορικῆς αἱρέσεως ὄντα τινά, ἢ ἐν αὐτῇ τὸν βίον ἀπορρήξαντα δικαιοῖ,

versus Iconomachos, & eos qui imagine aut ſimilitudine tenus dumtaxat, ſive etiam figura aut metaphora, non autem realiter & vere, panem & vinum in euchariſtia poſt conſecrationem converti aſſerunt, anathema pronuncient.

Videtur autem ex his quæ in prædictis diebus feſtis dicuntur, hic nonnulla ſubjicere.

Dominica poſt diem menſis currentis (id eſt, Octobris) undecimam, ſanctorum Patrum, qui ad amputanda ſubvertendaque tum Iconomachorum Chriſto Chriſtianiſque infenſiſſimorum, tum & Copronymi, epiſcoporumque ac impiorum patriarcharum illi conſpirantium; tum etiam exſecrandi eorum conciliabuli athea dogmata, ſanctæ & œcumenicæ Nicænæ ſynodo II. interfuere, memoriam celebramus. Et quidem qualia adverſus hæreticos in ea profiteatur eccleſia, vel ex uno ejuſdem feſti titulo facile deprehenditur.

Ex Dominica item, quæ Ὀρθοδοξία dicitur, nonnulla proferamus titulum proxime ſequentia. Hæc autem omnia noſſe ex hujuſmodi Triodo quiſque poteſt, qui in illud inciderit.

Iis qui ſacræ ſcripturæ ac ſanctorum Patrum ſenſui contradicentes, ſingula, quæ illi, qui divina celebrandi myſteria a Deo poteſtatem accepere, offerunt ſacrificia, ſanctiſſimæ Trinitati negant oblata,

Ter anathema.

Iis qui Chriſtum quidem audiunt de ea, quam tradidit ipſe ſacrorum myſteriorum celebratione dicentem: *Hoc facite in meam commemorationem*; ſed verbum commemorationis ita interpretantur, ut ab eo quod initio Salvator celebravit ipſe, aliud eſſe ſacrificium iſtud colligant, & hoc ceu figuram dumtaxat & imaginem ad illud referant; itáque tremendum divinæ Liturgiæ ſacramentum, quo futuræ vitæ pignus accipimus, penitus tollant; cum ſanctus pater noſter Joannes Chryſoſtomus omnem prorſus hoc in ſacrificio removeat diverſitatem, immo unum & idem eſſe, in ſuis ſupra magni Pauli epiſtolas commentariis paſſim aſſeveret:

Ter anathema.

Injurioſo in ſanctas imagines conciliabulo,

Ter anathema.

Iis qui contra venerandas Chriſti Dei noſtri ſanctorumque ejus imagines, ſacræ ſcripturæ ſententias adhibent adverſus idola prolatas,

Ter anathema.

Iis qui venerandas imagines aſpernantium atque in illas injurioſorum ſententiæ communicant,

Ter anathema.

Iis qui dicunt Chriſtianos ſanctorum imagines ceu quaſdam Divinitates adorare,

Ter anathema.

Iis qui dicere non verentur idola apud Orientalem eccleſiam aliquando fuiſſe recepta, totum ita religionis evertentes ſacramentum, & extremam Chriſtianorum fidei injuriam referentes,

Ter anathema.

Ei qui in Chriſtianorum calumniatrice hæreſi verſantem, aut cum ea defunctum, defendit,

ANNO CHRISTI 1672.

Ter anathema.

Ei qui Domini noſtri Jeſu Chriſti depictam humana ſpecie imaginem adorare renuerit,

Ter anathema.

Hæc igitur, & quidem talia Orientales cum amplectantur, corde toto excipiant, confiteantur, & quotidie publice decantent; profecto cum Calviniſtis circa ea, in quibus petulanter iſti gloriantur, nullatenus umquam conſenſere.

Deinde ſi quid hujuſmodi Orientali contigiſſet eccleſiæ, unus id totum metus effeciſſet. Fuiſſet autem metus iſte vel ſpiritualis, id eſt, Dei; vel humanus. Si Dei, in omnibus neceſſario recte ſenſiſſent; neque enim aliud mente tenere, aliud ore confiteri (miſerrimum cum ſit) licet iis quos verus Dei timor poſſidet. Si vero humanus, nequaquam id quod corde credebant, palam confiteri propterea deſtitiſſent; id enim exſecrandis quidem ac deicidis, qui apud Hiſpanias agunt, Judæis ſolitum, ab catholica vero Chriſtianorum profeſſione prorſus alienum. Quippe nec Chriſtiani vel nomine dignus eſt, qui gloriam magis hominum dilexerit, quam Dei. Atqui ab Orientalibus id ſceleris funditus alienum. Etenim ſi ita in errorem induci poſſent illi, ut corde quidem Chriſtianos eſſe poſſe arbitrarentur, ore vero in eamdem cum iis quorum imperio ſubſunt, fidei convenire profeſſionem; id ipſum utique non omitterent, quo ab duriſſimis, quas ſub eorum dominatu patiuntur, ſe ſe anguſtiis eximerent. At enim ne in cogitationem quidem cadere id Orientalibus poteſt, longe minus igitur tantum ab ipſis ſcelus admitti; ab impietate etenim ut differre videatur impietas, ad eumdem tamen quos inficiunt, finem, æternam nempe punitionem, ambæ perducunt. Quamobrem omni prorſus ab impietate ceu pœnæ interminabilis advectrice, ſibi cavere debet quiſquis ad æternam ſalutem vult pervenire.

Deinde, quidnam ab Imperatoribus ſuis timent Iberi, tam qui circa Pontum Euxinum habitant, quam qui circa mare Caſpium & Colchi? Quid timent Leci & Zenychi, Caucaſi montis incolæ, & qui vulgo appellantur Apchaſi, quorum alii quidem Iberis & Colchis per omnia ſimiles ſunt; alii vero cum ceteris, qui hic recenſentur, fidem tenent orthodoxam? Quid timent, qui majorem minoremque & albam Ruſſiam, ac florentiſſimum Moſcoviæ regnum, a Poloniæ finibus ad ªpenitiſſimos Orientales, & a Gotthia ſive Sphetzia, uſque ad Unos & Caſpii incolas, & a Tyrba, quem & Niſtrum vulgo dicunt, necnon & ab Tauroneſo ſive Cherſoneſo, uſque ad oceanum, habitant? Quid timent Poloni & Orientalis eccleſiæ filii, qui in inſulis & apud Venetos, item in Lybia & Perſide habitant, qui omnes Orientalium Imperatoribus haud parent, & eamdem nobiſcum fidem profitentur: quin pernicioſiſſimam adverſariorum doctrinam, ſi ſalutarem æſtimant, amplectantur? eamdem fortaſſis arbitrantur egregii homines iſti nos ab aliquibus in negotio fidei vim impune pati, quam agentes apud Hungariam fratres noſtri ab ipſis patiuntur. Hos ſiquidem illi quotidie modis omnibus affligant, ut ſuas ad partes eos pertrahant; & modo quidem definiunt eſſe ab æterno prædefinitionem, ſeu divinum decretum, ut hic quidem juſtificetur, alter vero ſine cauſſa damnetur; modo ceu tyranni & evangelicæ doctrinæ corruptores ad ſuæ profeſſionis dementiam tyrannice fideles impellunt, nullo quidem fundamento ſubnixi, atque ad nutum ſui præpoſiti, ne ſatanæ dicamus, tamquam nubes ſine aqua, circumacti. Si igitur nequaquam ab Imperatoribus ſuis ad ejurandam

ANNO CHRISTI 1672.

Ἀνάθεμα τρίς.

Εἴ τις οὐ προσκυνεῖ τὴν κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν εἰκόνι περιγραφεῖσαν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ὄψιν,

Ἀνάθεμα τρίς.

Εἰ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν Γραικῶν φιλεῖται, στέργεται, ὁμολογεῖται καὶ ὑμνεῖται δημοσίως ἀδιαλειμμάτως, οὐ ποτε πρότερον Καλουΐνοις ἐν οἷς ἐκεῖνοι ἐξαυχοῦνται λέγοντες, ἐκοινώνησαν.

Ἔπειτα εἰ τοιοῦτόν τι συμβέβηκε τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ ἐμποιῆσον οὐδὲν ἕτερον ἂν ἦν, εἰ μή τις φόβος. οὗτος δὲ σχεδὸν τοῦ φόβου διττοῦ, ἢ πνευματικοῦ δηλονότι, ἢ σωματικοῦ. εἰ μὲν ὁ φόβος τῶν ἀνατολικῶν ἦν θεῖος καὶ πνευματικός, ἀδύνατον αὐτοὺς ὀρθῶς ἐν ἅπασι μὴ ὁμολογηκέναι. ὅπου γὰρ θεῖος φόβος, οὐ δεῖ ἕτερα μὲν πιστεύειν, ἕτερα δὲ ὁμολογεῖν. ἄδηλον γάρ. εἰ δὲ ὁ φόβος ἦν ἀνθρώπινος, καὶ δῆτα δηλαδὴ φόβον ἀνθρώπων, τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ μὴ διεκάλυπτον παῤῥησίᾳ κηρύττειν, ὡς συμβαίνει τοῖς ª κατεσχισμένοις καὶ ἀλιτηρίοις ἐν Ἰσπανίαις διεσπαρμένοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῇ ὀρθοδόξῳ τῶν χριστιανῶν πίστει ἀνοίκειον. ὁ γὰρ προτιμῶν τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, οὐδ᾽ ὅλως δύναται εἶναι χριστιανός. ἀλλὰ οὐκ ἴδιον τοῦτο τὸ πλημμέλημα τοῖς ἀνατολικοῖς. ἐπειδὴ εἰ ἦν τοῦτο δυνατὸν παρ᾽ αὐτοῖς, ἦν ἂν δυνατὸν καὶ τῇ καρδίᾳ μὲν εἶναι χριστιανοὺς τῷ σώματι δὲ καὶ τοῖς σημείοις ἓν εἶναι αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει μετὰ τῶν κρατούντων. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τῶν δεινῶν ἃ ὑποφέρουσιν ἦσαν ἀπηλλαγμένοι. ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον εἰς ἀνατολικοὺς οὐδ᾽ εἰς ἔννοιαν λαβεῖν, ἄρα κἀκεῖνο ἀδυνατώτερον. ἀσέβεια γὰρ ἀσεβείας εἰ καὶ δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλ᾽ εἰς ἓν τέλος, ἄγουσιν ἀμφότεραι τοὺς οἰκείους, εἰς τὴν αἰώνιον κόλασιν δηλαδὴ, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ἑκάστην ἀσέβειαν ὡς προξενοῦσαν κολάσεως ἀτελευτήτου, φευκτέον τὸν θέλοντα σωτηρίας τυχεῖν.

ª Pro, περιτετμ.

Ἔπειτα τίς φόβος παρὰ τῶν κρατούντων τοῖς τε ἐγγὺς τοῦ Εὐξείνου Πόντου, καὶ τοῖς παρὰ τῇ Κασπίᾳ Ἴβηρσι, καὶ τοῖς Κολχοῖς; τίς φόβος τοῖς οἰκοῦσι τὸν Καύκασον Λέκοις, καὶ τοῖς Ζηνύχοις, καὶ κοινῶς λεγομένοις Ἀπχάζοις, ὧν οἱ μὲν παντάπασιν εἰσὶν Ἴβηρες, καὶ Κολχοί, οἱ δὲ πλείους εἰσὶν οἱ ἀριθμηθέντες λοιποὶ ὀρθόδοξοι; τίς φόβος τοῖς τὴν μεγάλην καὶ μικρὰν καὶ λευκὴν Ῥωσίαν, καὶ τὴν πολυθρύλητον βασίλειαν Μοσχοβίας οἰκοῦσιν, ἀπὸ Πολωνίας ἕως τῶν ἀνατολικωτάτων ἐθνῶν, καὶ ἀπὸ Γοτθίας εἴτουν Σφετζίας, ἕως Οὔνων καὶ Κασπίας οἰκούντων, καὶ ἀπὸ Τύρβα, ὃν καὶ Νίστρον καλοῦσι κοινῶς, καὶ τῆς Ταυρονήσου ἢ Χερσονήσου ἕως ὠκεανοῦ; τίς φόβος τοῖς ἐν τῇ Πολωνίᾳ, καὶ τοῖς οὖσιν ἐν ταῖς νήσοις, Ἑνετίᾳ, Λιβύῃ, καὶ Περσίδι τέκνοις τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, οἱ πάντες καὶ τοῖς κρατοῦσι τῶν ἀνατολικῶν ἀνυπότακτοι, καὶ ἡμῖν σύμφωνοι ἐν τοῖς περὶ πίστεως, ἵνα εἰ τὴν τῆς ἀπωλείας ταύτην τῶν ἀντικειμένων δόξαν [illegible], μὴ πιστεύωσιν; ἢ τάχα οἱ καλοὶ οὗτοι ἄνδρες νομίζουσιν ἡμᾶς ἐν τοῖς περὶ πίστεως, οὕτως ἀδεῶς βιάζεσθαι παρά τινων, ὡς αὐτοὶ οὗτοι ποιοῦσι τοῖς ἐν Οὐγγαρίᾳ ἀδελφοῖς ἡμῶν, οὓς ὁσημέραι ταλαιπωροῦσι τρόποις παντοίοις, ἵν᾽ ἐκείνοις προστεθῶσι· καὶ ποτὲ μὲν ὁρίζοντες τὸν προορισμὸν εἶναι προαιώνιον τοῦ Θεοῦ βούλησιν, ἵν᾽ οὗτος μὲν δικαιωθῇ, οὗτος δὲ ἀναιτίως κατακριθῇ· ποτὲ δὲ ὡς τύραννοι, καὶ τοῦ εὐαγγελίου ἀντίδοξοι προσάγεσθαι τοὺς εὐσεβεῖς προστιθέναι τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ, μηδενὶ θεμελίῳ ἐπικείμενοι, ἀλλ᾽ ὡς νεφέλαι ἄνυδροι συμπεριφερόμενοι τῷ ἰδίῳ αὐτῶν προστάτῃ, ἵνα μὴ λέγωμεν τῷ σατανᾷ. εἰ οὖν οἱ τῶν ἀνατολικῶν κρατούν-

τες οὐ βιάζονται οὕτως ἀλλ᾽ ὡς τοὺς ἀνατολικοὺς ἀξιουμένους τὴν πίστιν, οἱ δὲ κατήγοροι βιάζουσι, πολλῷ φιλανθρωπότεροι ἐκείνων οὗτοι. καὶ οὐδεὶς φόβος ἡμῖν μὴ ὁμολογεῖν ὃ βουλόμεθα.

Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἀφ᾽ ἑξακοσίων ἐτῶν τῆς σωτηρίας ἕως χιλίων τετρακοσίων καὶ τριάκοντα, ὑποδεῖται κατὰ μέρος ὁ Ῥωμαίων γῆ παρὰ τῶν κρατούντων, καὶ νῦν οἱ νῦν κρατοῦντες καὶ ταλαιπωροῦντες σύμπασαν, ὡς μηδένα πεπλασθῆναι παρὰ τινος ἀρχῆς ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασι μηδὲν ἴσως ὑπέστη. ἀλλ᾽ οὕτως εἰσὶν ἀνώτεροι τοῦ φόβου, καὶ τῶν ἀπειλῶν, ὥστε συμβαίνειν αὐτοῖς λάμπειν εἰς μάρτυρας, οὐ καθ᾽ ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ὥραν, καὶ στιγμήν, καὶ οὕτω καταγελῶσι τῇ καταιγίδι ταύτῃ, ἣν οἱ ἀντίδικοι μόνῃ ἀκοῇ καὶ φρίττουσι καὶ θαυμάζουσιν· ὥστε καὶ χαρὰν ἡγοῦνται τὸ θλίβεσθαι ὑπὲρ Χριστοῦ, φιλοτιμοῦντες ἐν τοῖς παθήμασι τοῦ Χριστοῦ, καὶ κοινωνοὶ γενέσθαι διὰ τῆς ὑπομονῆς, τοῖς τε Ἀποστόλοις, Προφήταις, καὶ Μάρτυσιν, ἐν οἷς καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ πληροῦνται· ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. καὶ· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.

Ἐπειδὴ τοίνυν οὐδὲν τὸ κωλύον τοὺς ἀνατολικοὺς πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν, ὡς βούλονται, ἀδύνατον ἐστὶ τὸ συκοφαντεῖν, ὅτι ἄλλα μὲν ὡμολογήκασιν διὰ ῥήματος καὶ σημείων, ἄλλα δὲ πεπιστεύκασι τῇ καρδίᾳ· ἀλλὰ καρδίᾳ καὶ ῥήματι καὶ σημείοις μίαν τὴν ἀρχῆθεν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δόξαν πεπιστεύκασι· πιστεύουσι καὶ ὁμολογοῦσι δι᾽ ἣν καὶ θάνατον χαίροντες ὑπομένουσι, καὶ ἀνώτεροι εἰσὶ τῆς κατηγορίας τῶν ἐναντίων.

ΚΕΦΑΛ. ε΄.

ΟΥ μόνον δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ὅτι συμφρονοῦσι Καλουΐνοις οἱ ἀνατολικοὶ ἐπεὶ δήποτε τρόπῳ τινί, ἀλλὰ τοὺς τῇ κατ᾽ εἰκόνων ἀπιστίᾳ τῶν εἰκονομάχων, καὶ ἀρτοσημαιονείων(?), καὶ τὴν πίστιν ἐπὶ ψιλοῖς ῥήμασιν ἔχοντας, καὶ κατὰ Κυρίλλου δὲ συνοδικῶς ἐξήλωσαν ζῆλον κυρίου παντοκράτορος. Κύριλλος γὰρ ἐπιβιώσας μετὰ τῶν τύπων τῶν κεφαλαίων χρόνον ἐτῶν ἕξ, καὶ ἀποσχηματισάμενος μεθ᾽ ὅρκου μὴ εἶναι ἐκεῖνον τὸν τῶν κεφαλαίων πατέρα, μήτε μὴν τὴν ἐν τοῖς κεφαλαίοις πίστιν πρεσβεύειν, καὶ τοῖς τ᾽ ἐναντία τοῖς κεφαλαίοις διδάξαντι ἐπ᾽ ἐκκλησίας, μόνον ὅτι οὐ συνέγραψε κατ᾽ αὐτῶν προφασιζόμενος, ὅπερ ἴσως ἀληθὲς μὲν ἦν, οὐκ ἀνύποπτον δέ, καὶ ἀνάξιον ὀρθῆς ὑπολήψεως ἀληθοῦς ποιμένος· ὅτι δηλαδὴ τὰ κεφάλαια ἐκεῖνα τινος συστάσεως τοῦ εἶναι Κυρίλλου ἔκθεσιν, ἢ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ὁμολογίαν ὑστεροῦνται· ἐν οἷς δὲ οὐ χρεία κατεπείγουσα κονδυλίζεσθαι, παρὰ τῶν πατέρων κεκώλυται. ταῦτα μὲν ἴσως ὀρθῶς εἴρηκεν, ὀρθότερον δ᾽ ἦν αὐτὸν μνησθῆναι, ὅτι καὶ μικρὸς σπινθὴρ ἀνάπτει μεγάλην φλόγα.

Ἐπειδὴ ἐν τῇ θεολογίᾳ μάλιστα μικρᾶς κατασειομένης ἀρχῆς πολλὰ εἴωθε συμπαραβαίνειν τῶν μετὰ τὴν ἀρχὴν ἰδεῖν λογισμὸν αὐτὸν τὸν σκοπὸν τῶν πατέρων εἰδέναι κωλύοντα ἔκθεσιν πίστεως συνεχῶς ἀπὸ ἀκαίρως, καὶ τὸ βουλόμενον συζητεῖν περὶ ὁποιωνοῦν τῶν τῆς πίστεως δογμάτων, ἐξ ὧν πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεται, ὡς ἔστι καὶ ἡ ἔκθεσις τῶν κεφαλαίων αὐτοῦ τοῦ Κυρίλλου, (ὡς ὑπετέθη) μὴ ἐμποδὼν δὲ εἶναι τοῦ ἐπειδὰν χρεία ἑτοίμους ἡμᾶς δεῖν εἶναι σάλπιγγος ἠχούσης τρανότερον φθέγγεσθαι περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. καὶ εἴπερ αὐτῷ Κυρίλλῳ δυσχερὲς ἦν τὸ κοπιάσαι ὑπὲρ Χριστοῦ, ἀλλὰ κἂν ἐν ὀλίγοις συγγράψαι κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχρῆν· ὥς που καὶ Βασίλειος ὁ μέγας συκοφαντηθείς, εἰ καὶ μὴ κατὰ τῶν κατηγόρων συνέγραψεν ἐν πολλοῖς, ἀλλ᾽ οὖν ἐν μιᾷ πρὸς ὀρθόδοξον(?) ἀδελφὸν ἐπιστο-

A fidem ſuam Orientales adiguntur, a calumniatoribus vero hæreticis impune coguntur; hos illis conſtat eſſe ferociores. Porro ea confiteri quæ volumus, nullo metu continemur.

Sed & hoc etiam adjicere poſſumus, nimirum Græciam, quam ab anno ſalutis ſexcenteſimo ad uſque quadringenteſimum trigeſimum ſupra milleſimum Imperatores ex parte vaſtabant, univerſam modo dominationi duriſſimæ, & gravioribus, quam illo umquam ſub imperio in re civili gens aliqua ſuſtinuerit, ærumnis eſſe mancipatam. Verum contra terrorem ac minas ita ſuperiores illi ſunt, ut glorioſiſſimos ex illis Martyres non ſinguli dies, non horæ ſingulæ, ſed horarum ſingula viderint momenta. Ac tanta cum ſecuri- B tate hancce procellam irrident, (quam non tantum demirantur adverſarii noſtri, ſed ejuſdem vel una recenſione contremiſcunt:) ut lætitia ex hoc geſtirent, quod Chriſti paſſionibus ita tribulati communicarent, quod Apoſtolorum, Prophetarum & Martyrum per patientiam conſortes fierent, quod in ſe ipſis impletum agnoſcerent Davidis oraculum: *Quia propter te mortificamur tota die.* Et, *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.*

Cum itaque libertime id quod volunt Orientales, & credant & profiteantur: impoſſibile atque a veritate prorſus alienum eſt, eos alia quidem verbis & ſignis fuiſſe confeſſos, alia vero in corde credidiſſe. Quin immo ſolam, quæ ab initio apud Orientalem eccle- C ſiam fuit, fidem & corde & ore & ſignis credidere: ſed & modo ita credunt & confitentur, ut pro illa prompto atque hilari animo martyrium patiantur. Suorum igitur adverſariorum calumnias vicere.

CAPUT V.

NOn ſolum autem cum Calviniſtis nullatenus umquam Orientales conſenſere, verum etiam præterquam quod Iconomachos & myſteriorum irriſores, necnon & ore tantum tenus fideles, anathematizant; ex omnipotentis Domini zelo ſynodaliter etiam Cyrillum adverſus bis proceſſere. Cum enim editioni dictorum capitulorum annos ſex Cyrillus ſupervixerit, quin & ſuum non eſſe fetum, neque contentam in illis do- D ctrinam approbare ſe, adhibito etiam jurejurando aſſeruerit, ac denique contraria illis in eccleſia publice docuerit; quia tamen ea impugnare ſcripto noluit, obtentum adhibens, etſi forte verum, at non ſuſpicione vacantem, & veri paſtoris bonæ famæ haudquaquam conſentaneum; ſcilicet, dicta capitula opus eſſe ſuum, aut Orientalis eccleſiæ confeſſionem, argumento nullo probari, & ſuper rebus illis concertare, ad quas neceſſitas nulla compellit, a Patribus prohiberi; ea utique una de cauſa duplici anathemate ſynodali Cyrillus percuſſus eſt. Vera quidem fortaſſis adhibebat ille; meminiſſe tamen debuiſſet, maximam ex minima ſcintilla flammam accendi.

Quia vero in Theologia maxime, concuſſo vel minimo principio, octas ex illo concluſiones plurimas E neceſſe eſt ruere; ſcire ille debuiſſet, patres frequentem profeſſionis fidei expoſitionem, & intempeſtivam rei cujuſcumque ad fidem pertinentis tractationem, ob multa ſolum quæ inde conſequuntur abſurda, cujuſmodi opus iſtud eſt capitulorum ipſius Cyrilli, (uti ſuppoſuimus) prohibuiſſe; nequaquam vero, ubi loqui foret opus, ſilentium impoſuiſſe; ſiquidem ad expromendam apertius tuba reſonante ſpem noſtram, oportet nos numquam non eſſe paratos. Sin vero Cyrillo turpe videbatur pro Chriſto laborare: at paucis ſaltem debuiſſet in ejus inimicos ſcribere; quemadmodum & magnus Baſilius, qui ſuos in calumniatores, etſi non multa ſcripſit, at ſuam in epiſtola ad fratrem

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1672.

orthodoxum paucis compoſuit Apologiam. Non enim A tam ad verba, etſi veriſſima, attendere ſolent homines, quam ad ſcripta, ut ſuum de eo qui accuſatur, ferant ſuffragium. Quamobrem Cyrillum, etſi ignota ſibi prorſus eſſe dicta capitula, uti dictum eſt, jurantem; eo dumtaxat quod ea ſcriptis impugnare renuit, duabus in ſynodis zelus Orientalium ceu proditorem, una cum capitulis anathematizavit: in quibus ſi quod forte pietatis veſtigium, totum ad fraudem, ad illuſionem & ad ſimpliciorum ſeductionem, non ſecus ac ad latentes in mari ſcopulos, naves confringuntur, fuit inſperſum.

Ne itaque ut ſanctum adverſarii noſtri jactent Cyrillum: non enim, uti dicere ipſi ſolent, injuſte aut pro Chriſti nomine fuit ille peremptus, quatenus ita B celebretur; immo vero propter ſummam prælaturæ cupiditatem, (quam Luciferianum Baſilius Magnus morbum appellavit;) ex qua, etſi ab clericis millies ejectus atque vexatus, thronum Conſtantinopolitanum, præter primam quæ legitima videbatur, poſſeſſionem, ter occupavit; (ad hoc quidem inexplebili extraneorum cupiditate, ac Oratoris Batavorum uſus ope, unde & majorem in ſuſpicionem apud eccleſiam venit:) ignominioſam mortem illam *(laqueo nimirum ſuffocatus)* oppetiit. Hunc igitur adverſus eccleſiam Chriſti talia molitum, ut alicujus forte pietatis exſtiterit, habemus uti peccatorem, & talem utique, quem ob illata eccleſiæ mala non levis apud Deum pœna maneat: nunc autem auctorem impietatis factum, nedum C non ut ſanctum, ſed miſerum agnoſcimus, atque omnis cum Chriſto participationis extorrem.

Hic porro prædictæ duplicis ſynodi Acta ex magno codice, in confirmationem eorum quæ dicta ſunt, tranſſcribimus, quibus & nos per omnia conſentimus.

Decretum ſynodi Conſtantinopolitanæ contra Cyrilli Lucaris, permiſſione divina olim Patriarchæ Conſtantinopolitani, hæretica capitula.

Summa ſollicitudine commiſſi ſibi gregis ad utilitatem, maxime vero in iis quæ religionem attinent, ut paſtores incumbant, Patrum conſtitutio eſt, immo & Dei præceptum; utpote qui inter oracula Propheta- D rum, ortum paſtoris incuria gregis diſpendium de manibus ejus, interminatus eſt, ſe ſe repetiturum. Arguendum itaque, & in malum acrius invehendum; ac tum potiſſime, cum non ſimplex ac nudum, ſed ſub doloſis inanium verborum involucris ceu bonum exhibetur; ne ſcilicet hac larvata boni ſpecie ſimpliciores deludantur. Tales quippe ab initio tum hoſtis ille, noſtrorum primus auctor malorum, cum & ejus aſſeclæ, machinas adhibuere. Cum igitur Lucaris Cyrillus contra divinas humanaſque leges haud ita pridem in Patriarchalem Conſtantinopoleos ſedem intruſus, mortifero utique exundans veneno, atque inſanabili circa præcipua fidei capita hæreſeos morbo correptus, hoc ipſo uſus fuerit in evulgandis dogmatibus ſuis artifi- E cio: (quippe non ſolum ab recta fide aliena ſentiebat, verum etiam confiteri ſe orthodoxam, quæ jam pridem in Orientali eccleſia exſtitit, doctrinam, apud perverſæ mentis ac depravati ſenſus homines malitioſe ſimulabat; ita ut ipſum fraudis ejus dedecus in fidem orthodoxam talis verſutia converteret;) Nos, quos regiam hanc in urbem divina providentia congregavit, Patriarchæ, ac reliquorum cœtus epiſcoporum, tamquam hiſce de rebus rationem redditurí, impellente neceſſitate, juxta ſanctorum ac Spiritu ſancto repletorum Patrum, qui in ſynodis, cum opus fuit, eximie geſſere, præſcriptum ac normam, hunc publice denunciandum duximus, & anathemati ſubjiciendum;

A καὶ ἀπολογίαν. σύνηθες γὰρ τοῖς ἀνθρώποις οὐδὲν μὴ οὕτω προσέχειν τοῖς λεγομένοις, εἰ καὶ ἀληθέσιν, ὡς τὰ γραφόμενα δέχεσθαι, πρὸς μαρτυρίαν ἐν ταῖς ψήφοις τοῦ, ὁποῖος ὁ κατηγορούμενος. καίτοι λοιπὸν ἀποφαινόμενον Κύριλλον, ὃν πρώην εἴρηται, μηδ᾽ ὅλως ἔχειν εἴδησιν τῶν κεφαλαίων, μόνον δὲ τὸ μὴ κατ᾽ ἐκείνων συγγράψαι ἐθελῆσαι, ὁ τῶν ἀνατολικῶν ζῆλος, προδότην ἡγησάμενος, δὶς ὑπὸ συνόδων πανηγυρικῶς ἀνεθεμάτισε σὺν τοῖς κεφαλαίοις, ἐφ᾽ οἷς καὶ εἴ τι ἔδοξεν εὐσεβὲς εἶναι, πρὸς ἀπάτην ἦν, καὶ ὕπουλον πρὸς ἁρπαγὴν τῶν ἀπλουστέρων, ὃν τρόπον φασὶ ποιεῖν τὰς ναῦς αἱ ὕφαλοι τῶν πετρῶν.

Μηδὲ γὰρ ὡς ἐφ᾽ ἁγίῳ ἐγκαυχάσθωσαν Κυρίλλῳ οἱ ἐναντίοι, ὅτι οὐ τέθνηκεν ἀδίκως, ὡς αὐτοὶ χαίρουσι λέγειν, B ἢ ἕνεκα τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα καὶ τοιοῦτος ὑμνῆται, ἀλλ᾽ ἀμέτρως κατενεχθεὶς τῆς φιλαρχίας τῷ ἐγκλήματι, ὃ καὶ νόσον τοῦ ἑωσφόρου ὁ μέγας οἶδε Βασίλειος, τοὺς παρ᾽ αὐτῶν μὲς, ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῇ δικαίᾳ νομίμῃ, καταδυναστεύσας τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως, μετὰ μυρίων ἐξώσεων καὶ ἐλαστικῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν (τῇ τῶν ἔξω ἀπληστίᾳ, καὶ τῇ τῆς * φιλάστρας πρεσβείας συμμαχίᾳ χρώμενος, δι᾽ ὃ καὶ ἐν ὑποψίᾳ μᾶλλον ἦλθε τῇ ἐκκλησίᾳ) τὸν ἐπονείδιστον ἐκεῖνον εἴληφε θάνατον. ὃν τοιαῦτα περὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ πραγματευσάμενον, εἰ καὶ εὐσεβῆ συμβέβηκεν εἶναι, ὡς ἁμαρτωλὸν ἔχομεν, καὶ ἁμαρτωλὸν τοιοῦτον, ὃς δίκας οὐκ ἔμελλε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἕνεκα τῶν κακῶν ἃ τῇ ἐκκλησίᾳ εἰργάσατο ἀδελφός· νῦν δὲ καὶ ἀσεβείας γενόμενον πατέρα, ὡς C οἱ ἐναντίοι διισχυρίζονται, οὐχ ἅγιον, ἀλλ᾽ ἄθλιον, καὶ ὡς μὴ ἔχοντα ὅλως μετὰ Χριστοῦ μερίδα γινώσκομεν.

* Φρο, Φλάνδρων.

Ἐκτίθεται δὲ ἐνταῦθα καὶ τὰ τῶν συνόδων πρακτικὰ μεταγραφέντα ἐκ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς κώδικος εἰς πίστωσιν τῶν εἰρημένων, οἷς καὶ αὐτοὶ συμφωνοῦμεν ἐν ἅπασι.

Ψῆφος τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου κατὰ τῶν αἱρετικῶν κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ Λουκάρεως τοῦ παραχωρήσει Θεοῦ πατριαρχεύσαντος ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Πάντων μὲν τῶν κοινῇ συντελούντων δεῖ πεπιστευμένους τοῦ πῶς δεῖ φέρεσθαι εἰκάζειν, φροντίδα ποιεῖν, διαφερόντως D δὲ τῶν εἰς εὐσέβειαν ὁρώντων, θεσμὸς πατρῷος· μᾶλλον δὲ Θεοῦ τοῦ ἐν προφήταις τὸ τοῦ ποιμνίου ἀπολλύμενον ὑπ᾽ ἀμελείας γεγονός, ἀπειλοῦντος ἐκ τῶν τῶν ποιμένων ἐκζητήσειν χειρῶν, πρόσταγμα. ἐλέγχειν δεῖ οὖν, καὶ στηλιτεύειν εἰκὸς τὸ κακὸν, ἵνα μὴ ὑπ᾽ ἐπινοίας ὡς ἀγαθοῦ δόξαν ἀντέχωνται οἱ ἀπλούστεροι. καὶ τοῦτο ὅταν προτιθέμενος οὐ γυμνὸν, ἀλλ᾽ ὡς ἀγαθὸν, κουφολογίαις τισὶ, καὶ δολίοις περιβληθῇ προκαλύμμασι. τοιαῦτα γὰρ τοῦ ἀρχεκάκου ἐχθροῦ ἀρχῆθεν ἦν, καὶ τῶν αὐτοῦ ὀπαδῶν τὰ μηχανήματα. ἐπειδὴ οὖν τοιοῦτος ἦν ἐν τοῖς δόγμασιν ὁ θανατηφόρου ἰοῦ μεμεστωμένος, ὁ περὶ τὰ καίρια ἀνιάτως νοσήσας, καὶ ἀθέως τε καὶ πατριαρχεύσας πρὸ ὀλίγου ἐν Κωνσταντινουπόλει Λούκαρις Κύριλλος· (οὐ μόνον γὰρ ξέ- E να τοῦ ὀρθοῦ ἐφρόνει λόγου τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ πανούργως ὑπεκρίνετο πρὸς τοὺς μὴ ἀρτίους τὰς φρένας, καὶ βεβηλώσας τὸν νοῦν, ὁμολογεῖν τὰ ἔκπαλαι ὀρθὰ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας διδάγματα· ὥστε ἐκ τοιαύτης συναρπαγῆς ὑπουλότητος περιβάλλεσθαι τὸ αἶσχος τῆς κακίας αὐτοῦ, τῷ ὀρθῷ λόγῳ τῆς πίστεως·) καταπειγούσης ἀνάγκης οἱ νῦν ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων θείᾳ προνοίᾳ τυχόντες, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δώσοντες λόγον μέλλοντες πατριάρχαι, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων χορός, δεῖν ᾠήθημεν κατὰ τὸν τῶν ἱερῶν καὶ πνευματοφόρων πατέρων, τῶν κατὰ καιροὺς ἀναγκαίως ἐν συνόδοις διαπρεψάντων θεσμὸν καὶ τύπον, δημοσιεῦσαι τοῦτον πᾶσι, καὶ ἀναθέματι καθυποβαλεῖν

καὶ ὅτι

ANNO CHRISTI 1672.

ϗ ὃν (ἵνα μὴ τὸ ἀκριβὲς τῆς ἀληθείας ὑπό τινων ἀπαίκτως περιηχούντων ἐμποδίζηται) τοῖς αὐτοῦ δεσμοῖς περιβάλλειν δεῖ ὡς ἀληθεῖς ἀποδεχομένους τὰς αὐτοῦ εἰκαιολογίας.

Κυρίλλῳ τῷ ἐπίκλην Λουκάρει τὴν πᾶσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ τῶν περιηγμένων αὐτοῦ κεφαλαίων ἐπιγραφῇ Καλβινοφρονοῦσαν συκοφαντήσαντι, Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ δογματίζοντι ϗ πιστεύοντι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐνδεχόμενον εἶναι ψεύδεσθαι· φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ, ταύτην μὴ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδάσκεσθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπου· ϗ τὸν ἄνθρωπον ἐνδεχόμενον ἁμαρτῆσαι ἐξ ἀγνοίας, ϗ ἀπατῆσαι ϗ ἀπατηθῆναι· ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων· ἀληθὲς ϗ βέβαιόν ἐστιν ἐν ταῖς ὁδοῖς δύνασθαι ἁμαρτῆσαι τὴν ἐκκλησίαν, B ϗ ἀντὶ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος ἐκλέγεσθαι. ἐπεὶ ἐκ τούτων ἐρεσχελιῶν, μᾶλλον δὲ ἐκ τοιαύτης σαφοῦς μανίας, ἀναγκαίως ἂν συμπεράνειεν τις τὸν θεάνθρωπον Ἰησοῦν, τὴν [illegible] ψεύδεσθαι, ϗ μεθ' ἡμῶν (τοῦτ' ἐστι μετὰ τῆς ἐκκλησίας) ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος μὴ διατελεῖν, ὡς ὑπέσχετο· ϗ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα μὴ λαλεῖν ἐν αὐτῇ, ϗ πύλας ᾅδου (δηλαδὴ αἱρέσεις ἀθέων) κατισχύειν τῆς ἐκκλησίας· ϗ πρὸς τούτοις ἀμφιβάλλειν ϗ ἐνδοιάζειν ἕκαστον, εἰ ἀληθὲς τὸ ἀνὰ χεῖρας θεῖον εὐαγγέλιον ἐστι τὸ ἐκ πνεύματος ἁγίου, ὅτι ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παρεδόθη, ϗ μὴ ἕτερον. ἐνδεχόμενον γάρ φησιν ἀπατῆσαι, ϗ ἀπατηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀντὶ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος ἐκλέγεσθαι. τῷ τοιούτῳ, φαμέν, παγκακίστῳ αἱρετικῷ, Ἀνάθεμα. C

Κυρίλλῳ δογματίζοντι ϗ πιστεύοντι, τοὺς μὲν τὸν ἀγαθὸν Θεὸν πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐκλέξαι εἰς δόξαν, ϗ προορίσαι ἔργων χωρίς, τοὺς δὲ πρὸ τοῦ τὸν αἰῶνα ἀποβεβληκέναι αἰτίας χωρίς, ϗ μηδαμῶς τὰ ἔργα ἀρκετὰ εἶναι ἀντιμισθίαν αἰτῆσαι ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι, ὡς ἀρίδηλον ἐν τῷ τρίτῳ ϗ τρισκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ· ἐπεὶ συμβαίνει ὁ αἴτιος τὸν Θεὸν κακοῦ εἶναι ϗ ἄδικον, ἢ μὴ δύνασθαι πάντας τοὺς ὅσοι τὸ αὐτοῦ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ ὑπευθύνους ἐποίησε σῶσαι· καὶ πρὸς τούτοις ψεύδεσθαι τὰ εὐαγγέλια· ἐπείνασα, ϗ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· καί· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν, λέγοντα. ϗ τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα Παῦλον, ϗ τὸν D τοῦ Χριστοῦ ἀδελφὸν Ἰάκωβον· τὸν μὲν μὴ τοὺς ἀκροατὰς τοῦ νόμου, ἀλλὰ τοὺς ποιητὰς δικαίους εἶναι νομοθετοῦντα. τὸν δέ, τὴν πίστιν χωρὶς ἔργων εἶναι νεκράν· Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ δογματίζοντι ϗ πιστεύοντι, ἐπεσκιασμένως, ἄγαν ϗ δολίως, ἐν τῷ ὀγδόῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ, μὴ τοὺς ἁγίους μεσίτας καὶ πρέσβεις ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Θεὸν εἶναι· τῷ λέγειν μεσίτην μόνον τὸν Ἰησοῦν, ϗ μόνον κήδεσθαι τῶν ἰδίων, ὡς ἀναιρέτῃ πολλῶν λογίων τοῦ πνεύματος. φησὶ γὰρ ὁ Θεός· ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. καὶ οἱ ἐν καμίνῳ ἅγιοι παῖδες· μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος, δι' Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ σοῦ, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, ϗ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου. ϗ Πέτρος δέ φησι· σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν E ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. πῶς γὰρ σπουδάσει μετὰ τὴν ἔξοδον, εἰ μὴ πρεσβεύων, ϗ πρὸς Θεὸν δεόμενος, ἀλλὰ ϗ ἡ τῆς ἁγίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ ἔν τινι κανόνι, ἁπάσας τὰς ἐκκλησιαστικάς, ἐγγράφους ἢ ἀγράφους τεθεσπισμένας ἡμῖν παραδόσεις, ἀκαινοτομήτως φυλάττειν ἐν ἐπιτιμίῳ ἀναθέματος, ὧν ἐστι μία καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἐπίκλησις· Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι, μὴ πάντα ἄνθρωπον αὐτεξούσιον εἶναι, ὡς ἐναργὲς ἐν τῷ δεκάτῳ αὐτοῦ τετάρτῳ κεφαλαίῳ· ἀλλὰ ἐξουσίαν ἔχειν ἕκαστον ἁμαρτίαν ποιεῖν, ἀγαθὸν δὲ μηδαμῶς· ὡς ἀναιροῦντι τὰς προφητικὰς ϗ εὐαγ-

A quin etiam (ne ab quibuſdam petulanter circumſtrepentibus ſumma veritas impediatur) omnes ac ſingulos vanis ejus dogmatibus adhærentes, eodem vinculo innodandos.

Cyrillo cognomento Lucari, univerſam Orientalem Chriſti eccleſiam cum Calviniſtis conſentire, in impiorum capitulorum ſuorum inſcriptione calumnianti, Anathema.

Cyrillo dogmatizanti juxta ac credenti, ſanctam eccleſiam errare poſſe: ait enim in ſecundo capitulo, eam nequaquam a Spiritu ſancto, ſed ab homine erudiri; hominem porro ex ignorantia errare poſſe, quin & decipi ac decipere. Et in duodecimo capitulo: Verum (inquit) & certum eſt poſſe in viis ſuis eccleſiam B errare, & pro veritate mendacium eligere. His vero ex nugis (rectius manifeſta dixeris inſania) & Deum-Hominem; mentiri poſſe neceſſario collegeris [a] ac nobiſcum aut cum eccleſia aduſque conſummationem ſæculi, uti ſpopondit, minime permanere; neque in ipſa loqui Spiritum ſanctum; ac portas inferi (impiorum videlicet hæreſes) adverſus eam prævalere. Denique merito quemque dubitare, num verum ſit, & ab ſancto Spiritu dictatum, atque ab eccleſia traditum hoc, quod præ manibus habemus, divinum evangelium, an vero ſuppoſititium. Decipere etenim eccleſia poteſt & decipi, (inquit ille) ac pro veritate mendacium eligere. Peſſimo, inquimus, hujuſcemodi hæretico, Anathema.

[a] Adde, Quæ eſt ipſa Sapientia.

Cyrillo dogmatizanti ac credenti, Deum Optimum quoſdam quidem ante mundi conſtitutionem ad gloriam ante præviſa eorum merita prædeſtinaſſe, quoſdam vero ante præviſa eorum peccata ex æterno reprobaſſe: neque ad repetendam apud tribunal Chriſti mercedem, opera quidquam ſufficere, uti diſerte in tertio ac tertiodecimo capitulis aſſerit: cum inde comprobetur, Deum vel mali auctorem eſſe ac iniquum, vel non omnes, quos Adami caſus reos effecit, poſſe ſalvare. Quin & mentiri evangelia, cum dicunt: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare.* Et, *Venite, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum.* Ac denique os Chriſti Paulum, & Jacobum fratrem Do- D mini, illum quidem non auditores legis juſtos eſſe, ſed factores; hunc vero, fidem abſque operibus eſſe mortuam, aſſerentem: Anathema.

Cyrillo dogmatizanti in octavo ſuo capitulo, ſubobſcure quidem ac doloſe, & credenti, noſtros apud Deum mediatores & oratores non eſſe ſanctos; dicendo nimirum, mediatorem eſſe ſolum Jeſum, eoſque ſuarum tantummodo rerum ſatagere; tamquam plurima ſancti Spiritus oracula deſtruenti. Ait enim Deus: *Protegam urbem hanc propter David ſervum meum.* Et in camino ignis ſancti Pueri: *Ne tradas nos in finem propter Abraham dilectum a te, & propter Iſaac ſervum tuum, & Iſrael ſanctum tuum.* Et Petrus ait: E *Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, ut horum memoriam faciatis.* Qui vero operam dabit poſt exitum ſuum, niſi propriis apud Deum interpellationibus? Sed & ſancta & œcumenica ſeptima ſynodus magna Nicæna in quodam canone traditiones omnes ſive ſcripto, ſive verbo ſolum indictas abſque ulla prorſus innovatione, ſub anathematis pœna præcipit obſervandas, quarum e numero invocatio ſanctorum eſt: Anathema.

Cyrillo dogmatizanti & credenti, non omnem hominem eſſe liberi arbitrii, uti decimo quarto capitulo manifeſtum, ſed ineſſe omnibus libertatem ad peccandum, nullatenus autem ad bene agendum; tamquam divinas, Propheticas & evangelicas Spiri-

ANNO CHRISTI 1672.

Anno Christi 1672.

A tus ſancti voces deſtruenti: *Si volueritis & audieritis me.* Et, *Accedite ad eum, & illuminamini. Qui vult venire poſt me. Venite ad me omnes.* Adde quotidianas ad boni proſecutionem adhortationes; Anathema.

Cyrillo dogmatizanti & credenti, non eſſe ſeptem eccleſiæ ſacramenta: videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Ordinem, Extremam Unctionem & Matrimonium, juxta Chriſti diſpoſitionem, Apoſtolorumque traditionem, necnon & eccleſiæ conſuetudinem; ſed mentienti duo tantum ab Chriſto in evangelio fuiſſe tradita, Baptiſmum ſcilicet & euchariſtiam, uti videre eſt in decimo quinto ejus capitulo, Anathema.

B Cyrillo dogmatizanti & credenti, panem qui in altari proponitur, ac vinum nequaquam per ſacerdotis benedictionem & ſancti Spiritus adventum in verum Chriſti corpus & ſanguinem converti. Quippe in hæreticorum hujuſmodi capitulorum decimo ſeptimo » ſcriptum eſt: Corpus Domini non eſt id quod in ſa- » cramento videtur, ac ſumitur; tamquam diſertiſſima ſancti Spiritus oracula floccifacienti; neque Deum Hominem audienti dicentem; *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Et, *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* Et, *Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus.* Neque C etiam Paulum, qui ad tertium raptus eſt cælum, dicentem: *Accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* Et, *Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus.* Sed neque divinorum Patrum trecentorum decem & octo Nicææ adunatorum eccleſiaſticas conſtitutiones, hiſce verbis decernentium; Fide credamus eſſe ſuper hanc ſacram menſam Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi, incruente ab ſacerdotibus immolatum, ejuſque venerandum ſanguinem & corpus vere ſumere. Ac denique concordem prædictis omnibus ſtatutam, a magna ſynodo ſeptima, afflante Spiritu ſancto, legem, qua ita manifeſte ſtatuitur: Poſt conſecrationem corpus & ſanguis proprie dicuntur, & ſunt, & creduntur (uti videre eſt actione ſexta, tomo tertio) contemnenti, D Anathema.

Cyrillo dogmatizanti, occulte quodammodo, in octavo decimo ſuo capitulo, ac credenti eos qui fine pio ac finali cum pœnitentia dormierunt, ſuorum eleemoſynis & eccleſiæ precibus nihil juvari; utpote juſtorum beatam requiem, juxta ac peccatorum abſolutam perditionem, necnon & futurum extrema die terribili generale judicium, ſimul ac retributionem e medio tollenti; quod ab ſacra ſcriptura & univerſa Theologorum doctrina longe alienum eſt; Anathema.

Cyrillo novo Iconomacho omnium peſſimo, Anathema.

E Cyrillo venerandarum Imaginum cultum ac relativam adorationem improbanti, ejuſque amputationem molito, at non aſſecuto, uti in ſua reſponſione quarta ipſe confitetur, Anathema.

Cyrillo, ea quæ ab ſanctis ſynodis de ſacris Imaginibus fuere ſtatuta, in quarta reſponſione ſua fabulas appellanti, ac propterea ſanctam & a Deo inſpiratam ſynodum ſeptimam, quæ eſt ſecunda Nicææ celebrata, aſpernanti, Anathema.

His qui prædicta Cyrilli Lucaris capitula, nomine Orientalis eccleſiæ inſcripta, tamquam orthodoxam doctrinam continentia legerint, atque abſconditum in

A γελοίας ἀπάτας φωνὰς τοῦ πνεύματος· ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου· καί· προσέλθετε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε· ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν· δεῦτε πρός με πάντες· καὶ τὰ ὅμοια· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁσημέραι παραινέσεις· Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι, μὴ ἑπτὰ εἶναι τὰ τῆς ἐκκλησίας μυστήρια, ἤγουν βάπτισμα, χρίσμα, μετάνοιαν, εὐχαριστίαν, ἱερωσύνην, εὐχέλαιον, καὶ γάμον, κατά τε τὴν τοῦ Χριστοῦ διάταξιν καὶ τὴν τῶν ἀποστόλων παράδοσιν, τήν τε τῆς ἐκκλησίας συνήθειαν· ἀλλὰ ψευδομένῳ ὡς παραδεδόσθαι ὑπὸ Χριστοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰ μὴ δύο μόνον, τό, τε βάπτισμα καὶ τὴν εὐχαριστίαν, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῷ δεκάτῳ πέμπτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ· Ἀνάθεμα.

B Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι, μὴ μεταβάλλεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς προθέσεως ἄρτον, καὶ ἔτι τὸν οἶνον, διὰ τῆς τοῦ ἱερέως εὐλογίας, καὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιφοιτήσεως, εἰς ἀληθὲς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. γέγραπται γὰρ ἐν τῷ δεκάτῳ ἑβδόμῳ τῶν αἱρετικῶν κεφαλαίων· τὸ σῶμα τοῦ κυρίου οὐκ ἔστιν « ὅπερ ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται καὶ λαμβάνε- « ται· ὡς παραβάτῃ τῶν σαφῶν τοῦ πνεύματος λογίων, καὶ ἐθελοκακῶς τοῦ θεανθρώπου διδασκάλου μὴ ἀκούοντι· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτοῖς. καί· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καί· λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καί· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. καὶ τοῦ μέχρι C τρίτου οὐρανοῦ ἁρπαγέντος Παύλου, ἔλαβεν ἄρτον, λέγοντος, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα· καί, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμά μου. καὶ ἔτι τῶν πνευματοφόρων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων θεσπιζόντων αὐταῖς λέξεσι· πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον, καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα καὶ σῶμα ἀληθῶς λαμβάνειν. καὶ πρὸς τούτοις παραβλέποντι τὴν σύμφωνον θεσμοθεσίαν τοῦ πνεύματος τὴν ὑπὸ τῆς μεγάλης ἑβδόμης συνόδου γεγενημένην (ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῇ ἕκτῃ πράξει, τόμῳ τρίτῳ) ἀριδήλως λέγουσαν· μετὰ τὸν ἁγιασμὸν σῶ- D μα κυρίως καὶ αἷμα λέγονται, καὶ εἰσι, καὶ πιστεύονται· Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι, παρακεκαλυμμένως πως ἐν τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ, μὴ μετὰ θάνατον τοὺς εὐσεβεῖ λήξει καὶ μετανοίᾳ κεκοιμημένους ὠφελεῖν τὰς παρὰ τῶν οἰκείων γινομένας ἐλεημοσύνας καὶ τὰς τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τούτων δεήσεις, ὡς δῆθεν τῶν μὲν δικαίων ἀπολαυόντων τὴν * ἐλαίαν ἀπόλαυσιν, τῶν δὲ ἁμαρτωλῶν τὴν αἰώνιον κατάκρισιν, καὶ ἔτι τὴν κοινὴν μέλλουσαν ἐν τῇ ἐσχάτῃ φοβερᾷ ἡμέρᾳ κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν ἀναιροῦντι· ὅπερ ξένον τῶν τε θεοπνεύστων γραφῶν, καὶ τῆς πάσης τῶν θεολόγων διδασκαλίας· Ἀνάθεμα.

* Pro, τρυ- λαίαν.

E Κυρίλλῳ τῷ κακίστῳ νέῳ εἰκονομάχῳ, Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ τῷ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων τιμὴν καὶ σχετικὴν προσκύνησιν ἀθετοῦντι, καὶ βουληθέντι μὲν καθελεῖν αὐτήν, μὴ δυνηθέντι δέ, ὡς ἐν τῇ τετάρτῃ αὐτοῦ ἀποκρίσει ὁμολογεῖ· Ἀνάθεμα.

Κυρίλλῳ τῷ ἐν τῇ τετάρτῃ ἐρωτήσει ματαιολογίας καλοῦντι τὰ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων τεθεσπισμένα ὑπὸ τῶν ἁγίων συνόδων, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦντι τῆς ἱερᾶς ἁγίας τε καὶ θεοπνεύστου ἑβδόμης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσης τὸ δεύτερον, Ἀνάθεμα.

Τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰ ψευδεπιγράφως χαραχθέντα κεφάλαια ἐπ' ὀνόματι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας Κυρίλλου Λουκάρεως ὡς ὄντα καὶ ὀρθὸν περιέχοντα, καὶ ἐξ αὐτῶν τὴν ἐξαπορουμέ-

Anno Christi 1672.

τον αὐτοῖς ἰὸν ἀπορροφήσαντες· οἱ γὰρ καίτοι ἐν τύποις ἐπιπολαίως ἔοικεν εὐσεβεῖς, ἀλλὰ ἔνδοθεν ἐξ ἀπροόπτου ἀναφέρονται αἵρεσιν· Ἀνάθεμα.

Τοῖς ἀπειθοῦσι τῇ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ Κυρίλλου, νομίμῳ τε καὶ ἐνθέσμῳ ἀποφάσει, καὶ λέγουσι τε καὶ φρονοῦσιν αὐτὸν εὐσεβῆ, τὴν δὲ τῆς ἐκκλησίας ταύτην σύνοδον ψεύδεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ, Ἀνάθεμα.

Ἐν ἔτει σωτηρίῳ χιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, εἰκοστῇ τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος ζ´.

Κύριλλος ὁ ἐκ Βερροίας ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης, τὴν κατὰ Κυρίλλου τοῦ Λουκάρεως συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐπικυρῶν, τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλω, τά τε συγγραφέντα αὐτοῦ κεφάλαια, καὶ τὸν συγγράψαντα Κύριλλον, καὶ τὸν πιστεύοντα ταῦτα ὀρθόδοξα εἶναι.

Μητροφάνης ἐλέῳ Θεοῦ πάπας καὶ πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας.

Θεοφάνης ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ.

Ὁ Ἀδριανουπόλεως Παρθένιος. { Οὗτός ἐστιν ὁ χρηματίσας Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης ὁ γέρων, ἐφ᾽ οὗ ἐγένετο ἡ ἐν Ἰασσίῳ σύνοδος.

Ὁ Λαρίσσης Γρηγόριος.

Ὁ Σερρῶν Δανιήλ.

Ὁ Ἰωαννίνων Παρθένιος. { Οὗτός ἐστιν ὁ χρηματίσας Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Παρθένιος ὁ νέος.

Ὁ Βεῤῥοίας Ἰωαννίκιος. { Οὗτος ἐχρημάτισε πατριάρχης Ἀλεξανδρείας.

Ὁ Διδυμοτείχου Δανιήλ.

Ὁ Ἡρακλείας Ἰωαννίκιος. { Οὗτος ἐχρημάτισε πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως.

Ὁ Ἀθηνῶν Δανιήλ.

Ὁ Παροναξίας Βενιαμίν.

Ὁ Δρίστρας Ἀντώνιος.

Ὁ Κορίνθου Ἰωάσαφ.

Ὁ Φαναρίου Θεοφάνης.

Ὁ Θεσσαλονίκης Καλλίνικος.

Ὁ Κώου Ἰωακείμ. { Οὗτος ἐγένετο πάπας Ἀλεξανδρείας.

Ὁ πρώην Ἰκονίου Παρθένιος.

Ὁ Πολιανῆς Πορφύριος.

Ὁ Σάμου Ἄνθιμος.

Ὁ Ταλαντίου Δωρόθεος.

Ὁ Τζερβενοῦ Γαβριήλ.

Ὁ πρώην Ἀδραμυττίου Μελέτιος.

Μελέτιος Συρίγος ἱερομόναχος, καὶ διδάσκαλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Νικόλαος ἱερεὺς, κλαροντζάνης, καὶ θεολόγος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. { Οὗτος ἐγένετο πατριάρχης Ἀλεξανδρείας.

Μιχαὴλ ἱερεὺς, βεστιάρχης, καὶ διδάσκαλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Γαβριὴλ ἱερομόναχος ὁ Βλάσιος, καὶ διδάσκαλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Βενέδικτος ἱερομόναχος Ἱεροσολυμίτης, ὁ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας διδάσκαλος.

Ὁ μέγας ῥήτωρ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μιχαήλ.

Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μανουὴλ ἱερεύς.

Ὁ σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἱερεὺς θεολόγος.

A illis virus indidem hauſerint; etenim ut quid pietatis in ſpeciem habeant, ab intus tamen ex improviſo hæreſim ſpirant: Anathema.

His qui juſtæ ac legitimæ contra Cyrillum latæ à magna eccleſia ſententiæ non adhærent, eumque pium æſtimant & proclamant, atque hunc eccleſiæ conventum adverſus illum pronunciantem mentiri: Anathema.

Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo octavo, die vigeſima quarta Septembris, Indictione ſeptima.

Cyrillus Berrhœenſis, miſeratione divina Archiepiſcopus Conſtantinopoleos, ſeu novæ Romæ, & Patriarcha œcumenicus, confirmans ſynodum adverſus B Cyrillum Lucarem celebratam, tam capitula ab Cyrillo conſcripta, quam ipſum qui conſcripſit ea, ac quemcumque ea habentem ut orthodoxa, anathemati ſubjicio.

Metrophanes, miſeratione divina [a] Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ.

Theophanes, miſeratione divina Patriarcha ſanctæ civitatis Jeruſalem.

Parthenius, Adrianopoleos. { Hic eſt Parthenius ſenior, qui fuit Patriarcha Conſtantinopoleos, ſub quo celebrata eſt apud Iaſium Synodus.

Gregorius Lariſſæ,

Daniel, Serrarum.

C Parthenius, Joanninorum. { Hic eſt Parthenius junior, qui fuit Patriarcha Conſtantinop.

Joannicius, Berrhœæ. { Hic fuit Patriarcha Alexandriæ.

Daniël, Didymothi.

Joannicius, Heracleæ. { Hic fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Daniël, Athenarum.

Benjamin, Paranaxiæ.

Antonius, Driſtræ.

[b] Joſaphat, Corinthi,

Theophanes, Phanarii.

D Callinicus, Theſſalonicæ,

Joachim, Coi. { Hic fuit Patriarcha Alexandriæ.

Parthenius, antehac Iconii.

Porphyrius, Polianæ.

Anthimus, Sami,

Dorotheus, Talantii;

Gabriël, Zerveni,

Meletius, antehac Ardametii,

Meletius Surigus, Hieromonachus & Magiſter magnæ eccleſiæ.

Nicolaus ſacerdos, Claronzanes, & Theologus magnæ ecE cleſiæ. { Hic fuit Patriarcha Alexandriæ.

Michaël ſacerdos, Veſtarcha, & Magiſter magnæ eccleſiæ.

Gabriël Blaſius, Hieromonachus, Magiſter magnæ eccleſiæ.

Magnus Protoſyncellus magnæ eccleſiæ,

Benedictus, Hieromonachus Hieroſolymita, Magiſter magnæ eccleſiæ.

Michaël, magnus Rhetor magnæ eccleſiæ.

Emmanuël ſacerdos, magnus ſcriniorum magnæ eccleſiæ Præfectus,

Sacelli magnæ eccleſiæ ſacerdos Theologus.

[a] Adde, Papa &c.

[b] Pro, Joſeph.

ANNO CHRISTI 1672.

Sophianus, magnus Protecdicus magnæ eccleſiæ.
Maurudes, magnus Primicerius magnæ eccleſiæ.

Paraſcevas ſacerdos, Nomophylax magnæ eccleſiæ.
Euſtathius ſacerdos, magnus [a] Protoepiſcopus magnæ eccleſiæ.
Philippus, antea Protonotatius magnæ eccleſiæ.

Conſtantinus, Commentarienſis magnæ eccleſiæ.

Michaël, Rhetor magnæ eccleſiæ.
Scules, Logotheta domeſticorum.

Michaël, Logotheta generalis magnæ eccleſiæ.
Rhales, Primicerius Notariorum.
Ignatius, magnæ eccleſiæ Archidiaconus.
Conſtantinus, magnæ eccleſiæ Notarius.

[a] Pro, archipreſbyter.

ACTA SYNODI

apud Jaſium celebratæ, quæ eſt altera contra Cyrilli capitula.

Epiſtola ſynodica ad ſynodum Iaſii congregatam.

Parthenius, *&c. ut ſupra, pag.* 171. *uſque ad pag.* 179. D.

Hæc ſunt quæ contra Cyrillum ab duabus ſynodis acta ſunt, quibus orthodoxa Orientalis eccleſiæ profeſſio manifeſtiſſime demonſtratur. Poſterior quidem apud Jaſium Moldaviæ celebrata eſt ſub Moldaviæ Duce Baſilio Boibonda, & Conſtantinopolitano Patriarcha Parthenio ſeniore, venerabili quidem viro, & circa res divinas ab ineunte ætate exercitato. Qui quidem ad congregatam illic ſynodum ſynodicam epiſtolam cum tranſmiſiſſet, epiſtolæ huic ſynodicæ Conſtantinopoli miſſæ tantummodo ſubſcribere, eamque confirmare, eidem ſynodo ſatis viſum eſt, atque ita quæſtioni plene ſatisfactum iri. (Quamquam & alia non pauca adverſus Calviniſtas hæc ipſa ſynodus egit.) Cyrillum porro neque Conſtantinopolitana ſynodus in ſua epiſtola ſynodica, neque ea quæ Jaſii celebrata eſt, anathemate perculere: non eo quidem ut illi parcerent, (neque enim ii erant divini homines iſti, qui vel perſonas acciperent, Deoque vel homines vel quidquam anteferrent;) ſed quoniam cum Calviniſtis conſentire numquam apud Orientales ille viſus eſt, neque vel minimum ab Orientalis eccleſiæ (uti ſupra monſtratum eſt) profeſſione diſſidere. In quem igitur cadere hujuſmodi accuſationem non aperte cognoverant, anathema dicere æquum minime dixerunt: quamvis & anathemati & æternæ excommunicationi eum indiſcriminatim ſubjecerint, qui capitula conſcripſit: quem & nos ſempiternis quoque imprecationibus ſubjicimus, & a regno cælorum eſſe alienum agnoſcimus.

Prior vero ſynodus celebrata eſt ſub Cyrillo Berrhœenſi, Patriarcha Conſtantinopolitano, aſſidentibus ei viris plurimis tum ſapientia, cum virtute conſpicuis. Hæc autem expreſſo nomine Cyrillum anathematizavit, non quem aut noſſet hæreticum, aut aliquando probaſſet; ſed quoniam eumdem advertit, etſi annos ſex poſt editionem capitulorum ſuperſtitem, & earum, quæ apud Poloniæ ac Ruſſiæ fideles ortæ ſunt, turbarum probe conſcium, (quippe poſt editam ab Conſtantinopolitano Patriarcha illam Orientalis eccleſiæ confeſſionem, Calviniſtis eam adhærere multi loquebantur:) eadem capitula, a multis etſi invitatum, immo incitatum, (uti jam hoc quinto capite diximus) ſcriptis impugnare renuiſſe. Hinc quippe a fraude in fidem catholicam illum non vacare, atque minus quam par eſſet ſui gregis eſſe ſollicitum, merito

A Ὁ μέγας πρωτέκδικος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Σοφιανός.
Ὁ μέγας πριμμικήριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μαυρούδης.
Ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Παρασκευᾶς ἱερεύς.
Ὁ μέγας πρωτόπαπας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Εὐστάθιος ἱερεύς.
Ὁ πρῴην πρωτονοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Φίλιππος.
Ὁ ὑπομνηματογράφος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντῖνος.
Ὁ ῥήτωρ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μιχαήλ.
Ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν Σκουλᾶς.
Ὁ λογοθέτης γενικὸς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μιχαήλ.
Ὁ πριμμικήριος τῶν νοταρίων Ῥάλης.
B Ὁ ἀρχιδιάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Ἰγνάτιος.
Ὁ νοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντῖνος.

ΠΡΑΚΤΙΚΑ

τῆς ἐν Γιασίῳ συνόδου, δευτέρας οὔσης κατὰ τῶν κεφαλαίων Κυρίλλου.

Ἐπιστολὴ συνοδικὴ πρὸς τὴν ἐν Γιασίῳ ἐπικὴν σύνοδον.

Παρθένιος, &c. *ut ſupra, pag.* 172. *uſque ad pag.* 180. D.

Ταῦτα τὰ περὶ τῶν δύο συνόδων κατὰ τοῦ Κυρίλλου ἐξενεχθέντα, ἅπερ σαφέστατα δείκνυσι τὴν τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας εὐσέβειαν. ἐγένετο δὲ ἡ μὲν ὑστέρα ἐν Γιασίῳ τῆς Μολδαβίας ἐπὶ Βασιλείου Βοϊβόδα, καὶ ἡγεμόνος Μολδοβλαχίας, Παρθενίου καὶ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ γέροντος πατριάρχου, ἀνδρὸς αἰδεσίμου, καὶ περὶ τὰ θεῖα ἐκ βρέφους γηράσαντος. ὃς καὶ τῇ ἐκεῖσε συνόδῳ πέμψας συνοδικὴν ἐπιστολήν, ἤρεσεν ἐκείνῃ τῇ συνόδῳ, μόνην τὴν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως συνοδικὴν ἐπιστολὴν ὑπογράψαι καὶ βεβαιῶσαι, καὶ οὕτω πληρῶσαι τὸ ζητούμενον. (εἰ καὶ κατὰ Καλουΐνων, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα πέπραχεν ἐκείνη ἡ σύνοδος, [a] ἠγωνίσατο) οὐκ ἀνεθεμάτισε δὲ τὸν Κύριλλον, οὔτε ἡ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς ἐπιστολῆς σύνοδος, οὔτε ἡ ἐν Γιασίῳ, οὐ χάριν φειδοῦς τοῦ Κυρίλλου, (οὐ δὲ γὰρ οὕτω ἐτύγχανον οἱ θεοφόροι ἐκεῖνοι ἄνδρες, ὥστε φιλοπροσωπεῖν, καὶ προτιμᾷν ἀνθρώπους, ἢ ἄλλο τι τοῦ Θεοῦ·) ἀλλὰ διὰ τὸ μηδέποτε Καλουϊνόφρονα τὸν Κύριλλον διὰ τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ γνωσθῆναι, ἢ ἄλλως πως φρονοῦντα, ἢ ὡς ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, ὡς προαποδέδεικται. ὅθεν οὐκ εὔλογον ᾠήθησαν εἶναι ἀναθέματι καθυποβαλεῖν, ὃν οὐκ ᾔδεσαν σαφῶς ὑπόδικον τῇ κατηγορίᾳ. καίτοι τὸν συγγραφέα τῶν κεφαλαίων ἀδιορίστως καὶ ἀναθέματι καὶ ἀφορισμῷ αἰωνίῳ καθυπέβαλον. ὃν ἄρα καὶ αὐτοὶ ἀραῖς καθυποβάλλομεν αἰωνίοις, καὶ ξένον γινώσκομεν τῆς βασιλείας.

[a] Pro, ἠγωνίσατο.

Ἡ δὲ πρώτη ἐγένετο ἐπὶ Κυρίλλου τοῦ ἐκ Βεῤῥοίας Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου, συμπαρόντων ἐνίων λογίων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν· ἀνεθεμάτισε δ᾽ αὕτη τὸν Κύριλλον ὀνομαστί, οὐχ ὅτι εἶδεν ἐκεῖνον, ἢ τινὰ ἐγνώκεισαν αἱρετικόν. ἀλλ᾽ ὅτι εἶδεν ἐπιβιώσαντα μὲν αὐτὸν μετὰ τὸν κεφαλαίων τύπον ἐνιαυτοὺς ἕξ, καὶ εἰδότα τὰς συγχύσεις ἃς πάσας συνέβησαν τοῖς ἐν Πολωνίᾳ καὶ Ῥωσίᾳ εὐσεβέσι, διὰ τὸ πολλοὺς λέγειν Καλουΐνους τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν· ἐπειδὴ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ταύτην τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἐξέδωκεν ὁμολογίαν· μὴ ἐθελῆσαι δὲ κατ᾽ ἐκείνων, τῶν κεφαλαίων φημί, συγγράψαι, καίτοι παρὰ πολλῶν παροτρυνόμενός τε καὶ παρακαλούμενος, ὥσπερ προείπομεν ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ, ὅθεν ἐκ τούτου εἰκάσασα ἐκεῖνον μὴ καθαρεύειν τῆς κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως δολιότητος, μήτε μὴν φροντίσαι περὶ τοῦ ποιμνίου ὡς ἔδει, ἐνο-

ANNO CHRISTI 1672.

μετὰ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ἂν εἰ καὶ μὴ τοιοῦτον συμβέβηκε γεγονέναι, τὰς μὲν συνόδους κατ' ἐκείνου ψῆφον ἐξενηνοχυίας δικαίαν, οὐκ αἰτιώμεθα, μάλιστα δὲ καὶ μακαρίζομεν, ὡς κατὰ καιροὺς καλῶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβοῦς ἀγωνισαμένας πίστεως, καὶ αἰτίαν εὔλογον ἐχούσας τῆς ἐκείνου μακρᾶς σιωπῆς, εἰς τὸ ἐκεῖθεν ἐπιτιμᾶσθαι πρὸς καὶ ἄλλων σωφρονισμόν. ἐκεῖνον δὲ εἰ καὶ μὴ ἀναθεματίζομεν, ἀλλὰ ἐπιμεμφόμεθα, ὅτι τῇ σιωπῇ τοιοῦτον κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξῆψε τῶν ἐχθρῶν πόλεμον. εἰ δ' ἦν ἀληθῶς αἱρετικὸς Καλουϊνόφρων, ἢ οὐ μετεμελήθη, (δέχεται γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν ὁποῖοι ἂν ὦσιν) ἀλλ' ἔμεινεν αἱρετικὰ καὶ πιστεύων, καὶ φρονῶν, χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τῷ αἰωνίῳ ἀναθέματι καὶ ἀφορισμῷ μετὰ τῶν συμμύστων αὐτοῦ αἱρετικῶν καθυποβάλλομεν.

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Τοῖς μὲν οὖν εὐγνώμοσι, καὶ φιλοῦσι τὸ ἀληθὲς ἱκανὰ τὰ ῥηθέντα, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν καὶ πολλὰ πρὸς τὸ μαθεῖν οἵας δόξης ἐστὶν ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, καὶ ὅτι Καλουϊνόφροσι συνέθετο πώποτε ἐν οἷς κεχωρισμένοις ἐστὶν (οὔτε μὴν ἄλλοις ἑνὶ πλὴν ἑαυτῆς) οὐδ' ὃν προβάλλονται συμμύστην αὐτοῖς γεγονέναι οἶδεν αὐτὸν ἐκεῖνοι διισχυρίζονται. πρὸς πλείστην μέντοι ἀφανισμὸν καὶ καθαίρεσιν ἐννοιῶν ἐπαναστάντων κατὰ τῆς δόξης Θεοῦ, τὴν ἀρχὴν τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν θρησκείας προοιμίων, καὶ ὡς εἰπεῖν, πρὸς παντελῆ ἀποτρίψασαν τὴν ἐν τοῖς θρυλουμένοις κεφαλαίοις βλασφημιῶν, δεῖν ᾠήθημεν ἐκθέσθαι ἐρωτήσεις καὶ κεφάλαιά τινα ἰσάριθμα τῆς Κυρίλλου συγγραφῆς, καὶ καταδιάμετρον ἀντικείμενα, ἐν οἷς ἐκεῖνος (ὡς ὑπετέθη πολλάκις) ὀξύνει γλῶσσαν κατὰ Θεοῦ, ὥστε δικαίως, ταῦτα καλεῖσθαι ἔλεγχον καὶ διόρθωσιν τῶν λεγομένων Κυρίλλου κεφαλαίων. φυλάττεται δέ πως ἡ τάξις ἐκείνων κἂν τοῖς παρ' ἡμῶν ἐκθησομένοις, ἵν' ἔχῃ ἕκαστος τὴν πίστιν συγκρίνειν, καὶ παραβάλλειν ἀμφότερα, καὶ γινώσκειν ῥᾳδίως τὴν εὐσέβειαν μὲν τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, τὸ ψεῦδος δὲ τῶν αἱρετικῶν. ἔτι δ' ὅπου τῆς χρείας ἀπαιτούσης ἢ ἀφαιρέσομεν, ἢ προστιθέμεθα ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος γνῶσιν συντείνοντα. χρησόμεθα δὲ καὶ λέξεσι καὶ ὅλαις ἐννοίαις, καὶ περιόδοις καθόλου ἐκείνου, ἵνα μὴ δόξωμεν ταῖς λέξεσι ἢ εὐσεβέσιν ἐννοίαις μάχεσθαι, ἀλλὰ μόνον ταῖς καινοτομίαις καὶ ἀσεβέσι δόγμασι.

Δοσίθεος ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, τοῖς ἐρωτῶσι καὶ πυνθανομένοις περὶ τῆς πίστεως καὶ θρησκείας τῶν Γραικῶν, ἤτοι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, πῶς δηλονότι περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονεῖ. ἐν ὀνόματι κοινῶς τῶν ὑποκειμένων τῷ καθ' ἡμᾶς ἀποστολικῷ θρόνῳ χριστιανῶν ἁπάντων, καὶ τῶν ἐπιδημούντων τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ μεγάλῃ πόλει Ἱερουσαλὴμ ὀρθοδόξων προσκυνητῶν (οἷς πᾶσα ἐν τοῖς περὶ πίστεως ἡ καθολικὴ ἐκκλησία συνᾴδει) ἐκδίδωσι σύντομον ὁμολογίαν ταύτην εἰς μαρτύριον πρός τε Θεοῦ, πρός τε ἀνθρώπων εἰλικρινεῖ συνειδήσει, οὐδεμιᾶς ἄνευ προσποιήσεως.

ΟΡΟΣ α'.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν ἀληθῆ παντοκράτορα, καὶ ἀόρατον, πατέρα, υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα· πατέρα ἀγέννητον, υἱὸν γεννητὸν ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ αἰώνων, ὁμοούσιον αὐτῷ. πνεῦμα ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, πατρὶ καὶ υἱῷ ὁμοούσιον. ταύτας τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἐν μιᾷ οὐσίᾳ παναγίαν τριάδα προσαγορεύομεν, ὑπὸ πάσης κτίσεως ἀεὶ εὐλογουμένην, δοξαζομένην, καὶ προσκυνουμένην.

A ſuſpicata, expreſſo nomine anathemati ſubjecit, [a] ut ſe ipſa talis haud exſtitiſſet. Juſtam quidem adverſus illum ſynodorum ſententiam haud quaquam damnamus; immo vero beatas prædicamus, utpote quæ opportuno tempore pro fide catholica ſtrenue decertaverint, ac modo pro longo hujuſmodi ſilentio, ſeu juſtam nactæ cauſſam, ita eum excepterint, ut ſimili ab culpa vel inde ceteros deterrerent. Hunc autem ſi minus anathematizamus, at legemus; quippe qui tantum adverſus eccleſiam gerendi bellum hoſtibus ejus ſuo ille ſilentio anſam præbuerit. Si vero reipſa fuit ille hæreticus Calviniſta, neque reſipuerit, (omnes enim Deus recipit quicumque revertuntur ad ſe) ſed ad uſque vitæ metam hæretica ſenſerit atque crediderit, hunc ſempi-
B terno anathemati & excommunicationi una cum ſodalibus ſuis hæreticis, unanimi omnium noſtrum ſententia ſubjicimus.

[a] Pro, Qui ſi re ipſa talis non exſtitiſſe, juſtam quidem &c.

ANNO CHRISTI 1672.

CAPUT. VI.

ÆQuis igitur hominibus juxta ac veri amantibus nequaquam pluribus opus eſt; quippe Orientalis eccleſiæ doctrina qualis ſit, hactenus dicta plane demonſtrant, cumque vel Calviniſtis, vel quibuſcumque ab ſe alienis nuſquam conſenſiſſe, neque eum, quem ab ſuis ſtetiſſe partibus illi contendunt, talem unquam agnoviſſe, penitus evincunt. Attamen ad confutanda, atque vel ex cogitationibus hominum delenda prorſus ea quæ contra gloriam Dei, utpote ad-
C verſum ſacra orthodoxæ profeſſionis noſtræ primordia, conficta ſunt; necnon & ad plenam earum, quæ in decantatis hiſce capitulis reſpertæ ſunt, blaſphemiarum retuſionem, nobis viſum eſt Cyrilli capitulis, in quibus ſuam ille (uti paſſim jam ſuppoſuimus) adverſus Deum acuit linguam, reſponſiones & capitula totidem e diametro illis oppoſita ſtatuere, prædictorum Cyrilli capitulorum confutationem juxta ac emendationem merito cenſenda. Porro qui in illis, idem ordo ſervabitur & in noſtris; eo quippe ut hæc ad illa conferre, de utriſque ſententiam ferre, ac tum demum Orientalis eccleſiæ pietatem, hæreticorumque poſſit quiſque fidelis mendacium agnoſcere. Nonnulla vero ad quæſtionis intelligentiam facientia, pro rei neceſſi-
D tate adjiciemus, nonnulla reticebimus. Denique ipſis, quibus uſus eſt ille, verbis, ſententiis, ac periodis utemur & nos: ne forte verba, piaſque ſententias magis quam novitates & impia dogmata, videamur oppugnare.

Doſitheus, miſeratione divina Patriarcha Hieroſolymitanus, his qui audire avent quænam ſit Græcorum, ſive Orientalis eccleſiæ, fides ac profeſſio, quæve circa fidem orthodoxam ſententia; nomine Chriſtianorum omnium ad Thronum noſtrum Apoſtolicum pertinentium, necnon & peregrinorum fidelium, hanc in ampliſſimam urbem Hieroſolymam pietatis ergo convenientium, (quibuſcum circa res fidei Orientalis eccleſia per omnia conſentit) compendioſam hancce
E confeſſionem in teſtimonium coram Deo & hominibus, ex ſincera conſcientia, atque omni ſimulatione procul, conſcribit.

CAPITULUM I.

Credimus in unum Deum verum, omnipotentem, & inviſibilem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; Patrem ingenitum; Filium ex Patre ante ſæcula genitum; Spiritum ſanctum ex Patre procedentem, Patri Filioque conſubſtantialem. Itaque tres una in ſubſtantia perſonas, ſanctiſſimam Trinitatem appellamus, quæ ab omni creatura continuo benedicitur, glorificatur, & adoratur,

Anno Christi 1672.

A

Capitulum II.

Credimus ſacras ſcripturas a Deo fuiſſe revelatas, eiſque propterea, non quidem ut lubuerit, ſed ſecundum eccleſiæ catholicæ traditionem & interpretationem, adhibendam eſſe fidem omni dubitatione majorem. Has quidem hæretici recipiunt; at ſub metaphoris & allegoriis, necnon & humanæ ſapientiæ ſophiſmatis interpretantur, quæ ſunt diſtincta confundunt, atque in rebus ſanctis & ab omni joco longe alienis impie nugantur. Quippe alteri atque alteri diebus ſingulis novus probatur Scripturæ ſenſus: quaſi vero eadem ipſa per gratiam Chriſti hactenus catholica non perſtitiſſet eccleſia, eamdem atque firmiſſimam tum fidem, tum de fide ſententiam numquam non profeſſa; ſed in B infinitas foret conſciſſa partes, ac variis hæreticorum ſectis diviſa: aut veritatis columna & fundamentum non eſſet ſancta eccleſia, immaculata utique exſiſtens ac ſine ruga; ſed congregatio improborum, cujuſmodi eſſe manifeſtum eſt conventum hæreticorum, ac potiſſime Calviniſtarum: quos quidem ab eccleſia catholica nec ea pudet addiſcere, quibus deinceps enitantur eam expugnare. Quamobrem eamdem eſſe eccleſiæ catholicæ auctoritatem credimus, quam ſacræ ſcripturæ. Enimvero utriuſque auctor cum ſit Spiritus ſanctus, perinde eſt catholicam eccleſiam audieris, ac ſacram ſcripturam. Deinde, loquentem a ſe ipſo hominem ſæpius contingit errare aut decipi, quin & decipere; catholicam vero eccleſiam, utpote a ſe ipſa numquam, C ſed Spiritus ſancti (cujus magiſterio ad uſque ſæculi conſummationem abſque intermiſſione eruditur) illuſtratione aut locutam aut loquentem, errare aut decipi, contingere nequaquam poteſt, ac multo minus decipere: ſed perpetuam & inconcuſſam habet cum ſacra ſcriptura firmitatem.

Capitulum III.

Credimus Deum optimum ab æterno quos elegit, prædeſtinaſſe ad gloriam; quos vero reprobavit, damnationi deputaſſe: at non ſic ut illos juſtificare, hos autem ſine cauſſa reprobare voluerit, atque damnare. Hoc enim a Deo communi hominum patre prorſus alienum: qui quidem perſonarum neſcit acceptionem, D *ſed vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Sed illos quidem prædeſtinavit, quos arbitrio ſuo bene uſuros præſcivit; quos vero male, damnavit. Hunc porro liberi arbitrii uſum ita intelligimus, ut divina quidem illuminatrix gratia, quam & prævenientem appellamus, ceu lumen in tenebris ab divina bonitate omnibus impendatur; ac poſtmodum iis, qui obtemperare illi, atque ad ea quæ tamquam ſaluti pernéceſſaria, hæc ipſa præcipit, cooperari voluerint, (neque enim non volentibus utilis eſt, ſed ſolum volentibus) peculiaris gratia ſubminiſtretur: quæ cooperando nobis, vireſque præbendo, atque ad Dei amorem, id eſt, ad ea quæ vult Deus, (& præveniens E gratia monuit) bona facienda, conſtantiam impertiendo, juſtos nos facit & prædeſtinatos: iis vero qui gratiæ conſentire & cooperari noluerint, ac proinde quæ a nobis exigit Deus, prætermiſerint; ſuoque arbitrio, quod, ut bonum voluntarie facerent, a Deo acceperunt, ad gerendum ſatanæ morem abuſi ſunt, in reprobationem cedit & æternam damnationem.

Quod vero ſceleſtiſſimi aïunt hæretici, (ut eodem capite habetur) Deum nulla prorſus ad prædeſtinatorum reproborumve opera habita ratione, illos prædeſtinare, hos damnare; abominandum ducimus & ſacrilegum. Secum enim ita ſcriptura pugnaret, utpote quæ fideli ſalutem ex operibus ſtatuit, ſolumque Deum hujus eſſe auctorem ſupponit; utique per ſuam illumi-

ΟΡΟΣ β′.

Πιστεύομεν τὴν θείαν ϗ ἱερὰν γραφὴν εἶναι θεοδίδακτον, ϗ διὰ τοῦτο ταύτῃ ἀδιστάκτως πιστεύειν ὀφείλομεν, οὐκ ἄλλως μέντοι, ἀλλ᾽ ἢ ὡς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ταύτην ἡρμήνευσε καὶ παρέδωκε. πᾶσα γὰρ αἱρετικῶν βδελυρία δέχεται μὲν τὴν θείαν γραφὴν, παρεξηγεῖται δ᾽ αὐτὴν μεταφορικαῖς, ϗ ὁμωνυμίαις, καὶ σοφίσμασι σοφίας ἀνθρωπίνης χρωμένη, συγχέουσα τὰ ἀσύγχυτα, ϗ παίζουσα ἐν οὐ παικτοῖς. ἄλλως γὰρ ἂν, ἄλλην ἄλλου ἑκάστοτε περὶ αὐτῆς γνώμην ἐχόντων, οὐκ ἂν εἴη ἡ καθολικὴ ἐκκλησία Χριστοῦ χάριτι ἕως τῆς σήμερον ἐκκλησία, μίαν γνώμην ἔχουσα περὶ πίστεως, ϗ ἀεὶ ὡσαύτως, ϗ ἀμετασαλεύτως πιστεύουσα· ἀλλ᾽ ἐσχίσθη ἂν εἰς μυρία, καὶ αἱρέσεσιν ὑπέκειτο, καὶ ἅμ᾽ οὐκ ἂν ἡ ἐκκλησία ἁγία στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ἄσπιλός τε ϗ ῥυτίδος χωρὶς, ἀλλ᾽ ἡ ἐκκλησία πονηρευομένων, ὡς φαίνεται, γεγονυῖα ἀναμφιβόλως ἡ τῶν αἱρετικῶν, ϗ μάλιστα τῶν ἀπὸ Καλουΐνου. (οἳ οὐκ αἰσχύνονται παρὰ τῆς ἐκκλησίας μανθάνειν, ἔπειτα ταύτην πονηρῶς ἀποπροσποιεῖσθαι.) ὅθεν ϗ τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μαρτυρίαν οὐχ ἧττον τῆς ἣν κέκτηται ἡ θεία γραφὴ εἶναι πιστεύομεν. ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος ὄντος ἀμφοτέρων δημιουργοῦ, ἴσον ἐστὶ πάντως ὑπὸ τῆς γραφῆς, ϗ ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδάσκεσθαι. ἔπειτα ἄνθρωπον μὲν ὄντινα οὖν λαλοῦντα, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἐνδέχεται ἁμαρτῆσαι, καὶ ἀπατῆσαι, ϗ ἀπατηθῆναι· τὴν δὲ καθολικὴν ἐκκλησίαν ὡς μηδέποτε λαλήσασαν, ἢ λαλοῦσαν ἀφ᾽ ἑαυτῆς, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, (ὃ καὶ διδάσκαλον ἀδιαλείπτως πλουτεῖ εἰς τὸν αἰῶνα) ἀδύνατον πάντῃ ἁμαρτῆσαι, ἢ ὅλως ἀπατῆσαι, ϗ ἀπατηθῆναι· ἀλλ᾽ ἔστιν ὡσαύτως τῇ θείᾳ γραφῇ ἀδιάπτωτος, ϗ ἀέναον τὸ κῦρος ἔχουσα.

ΟΡΟΣ γ′.

Πιστεύομεν τὸν ἄκρως ἀγαθὸν Θεὸν ἐξ ἀϊδίου οὓς ἐξελέξατο εἰς δόξαν προορίσαι, οὓς δ᾽ αὖ ἀποδοκίμασεν εἰς κατάκρισιν παραχωρῆσαι· οὐχ ὅτι δὲ τούτους οὕτως ἠβουλήθη δικαιῶσαι, τούτους δ᾽ ἀναιτίως παραχωρῆσαι, ϗ κατακρῖναι. ἀνοίκειον γὰρ τοῦτο τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, ϗ ἀπροσωπολήπτῳ, ϗ θέλοντι πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, ϗ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, Θεῷ. ἀλλ᾽ ὅτι τούτους μὲν προεῖδε καλῶς τῷ αὐτεξουσίῳ χρησομένους, τούτους δὲ κακῶς, προώρισεν, ἢ κατέκρινεν. ἐννοοῦμεν δὲ τὴν χρῆσιν τοῦ αὐτεξουσίου οὕτως, ὥστε τῆς θείας ϗ φωτιστικῆς χάριτος, ἣν ϗ προκαταρκτικὴν προσαγορεύομεν, οἷον φῶς τοῖς ἐν σκότει παρὰ τῆς θείας ἀγαθότητος πᾶσι χορηγουμένης, τοῖς βουλομένοις ὑπεῖξαι ταύτῃ, (ϗ γὰρ οὐ τοὺς μὴ θέλοντας, ἀλλὰ τοὺς θέλοντας, ὠφελεῖ·) ϗ συγκατατεθῆναι ἐν οἷς ἐκείνη ἐντέλλεται, πρὸς σωτηρίαν οὖσιν ἀναγκαιοτάτοις, δωρεῖσθαι ἑπομένως καὶ ἰδικὴν χάριν· ἥτις συνεργοῦσα ϗ ἐνδυναμοῦσα ϗ ἐμμόνους πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην, τ᾽ αὐτὸν εἰπεῖν, πρὸς ἃ ὁ Θεὸς θέλει ἡμᾶς ἐργάζεσθαι ἀγαθὰ (ἃ ϗ προκαταρκτικὴ χάρις προεπέταττε) ἀποτελοῦσα, δικαίους καὶ προωρισμένους ποιεῖ. τοὺς δὲ μὴ θέλοντας ὑπακοῦσαι, ϗ συγκατατεθῆναι τῇ χάριτι, καὶ διὰ τοῦτο οὐδ᾽ ἃ Θεὸς βούλεται ἡμᾶς ἐργάζεσθαι, τηροῦντας, ϗ ἐν τοῖς τοῦ σατανᾶ ἐπιτηδεύμασι τὴν ἣν παρὰ Θεοῦ εἰλήφασιν αὐτεξουσιότητα εἰς τὸ ἐργάζεσθαι ἑκουσίως τὸ ἀγαθὸν, καταχρωμένους, γίνεσθαι τὴν παραχώρησιν εἰς ἀΐδιον κατάκρισιν.

Τὸ δὲ λέγειν τοὺς παμμιάρους αἱρετικοὺς, (ὡς κεῖται ἐν τῷδε τῷ κεφαλαίῳ) τὸν Θεὸν προορίζειν ἢ κατακρίνειν, μηδαμῶς εἰς τὰ ἔργα ἀποβλέποντα τῶν προοριζομένων ϗ κατακρινομένων, βέβηλον καὶ ἀνόσιον οἴδαμεν. ἐμάχετο γὰρ ἂν οὕτως ἡ γραφὴ πρὸς ἑαυτὴν, διὰ τῶν ἔργων τῷ πιστῷ διδάσκουσα τὴν σωτηρίαν, ϗ τὸν Θεὸν μόνον αἴτιον ὑποθε-

Anno Christi 1672.

ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν φωτιστικὴν χάριν, ἣν μὴ προηγουμένων ἔργων παρέχει, δεῖξαι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν τῶν θείων πραγμάτων ἀλήθειαν, καὶ διδάξαι ὅπως αὐτὸς ἐκείνῃ συγκατατεθῇ εἰ βούλοιτο, καὶ πράξῃ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀρεστὸν, καὶ οὕτω σωτηρίας τυχεῖν· οὐκ ἀναιρεῖ τὸ θέλειν ἢ μὴ θέλειν ὑπακοῦσαι, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι αὐτῷ.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν θείαν θέλησιν αἰτίαν εἶναι τῶν κατακρινομένων οὕτως ἁπλῶς καὶ ἀναιτίως, ποίαν οὐκ ἔχει μανίαν; ποίαν οὐκ ἐπιφέρει κατὰ τοῦ Θεοῦ συκοφαντίαν; καὶ ποίαν εἰς τὸ ὕψος οὐ λαλεῖ ἀδικίαν, καὶ βλασφημίαν; ἀπείραστον μὲν γὰρ κακῶν τὸ θεῖον, καὶ πάντων ἐξ ἴσου θέλον τὴν σωτηρίαν, ὡς μὴ ἐχούσης χώραν τῆς προσωποληψίας παρ᾽ αὐτῷ οἴδαμεν· τοῖς βεβήλοις γενομένοις σκεύεσι διὰ μοχθηρὰν αὐτῶν προαίρεσιν, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, ὡς δίκαιον παραχωρεῖν τὴν κατάκρισιν ὁμολογοῦμεν. κολάσεως δ᾽ αἰωνίου, ὠμότητός τε καὶ ἀσπλαγχνίας, καὶ μισανθρωπίας αἴτιον, οὔποτε, οὔποτε φαμὲν τὸν Θεὸν, τὸν χαρὰν γίνεσθαι ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ μετανοοῦντι ἁμαρτωλῷ ἀποφηνάμενον· μὴ γένοιτο ἡμᾶς οὕτως ἢ πιστεῦσαι, ἢ ἐννοῆσαι ἕως ἂν ἑαυτῶν ἐσμέν· ἀναθέματι δὲ αἰωνίῳ καθυποβάλλομεν τοὺς τὰ τοιαῦτα καὶ λέγοντας, καὶ φρονοῦντας, καὶ χείρους πάντων ἀπίστων γινώσκομεν.

ΟΡΟΣ δ΄.

Πιστεύομεν τὸν τρισυπόστατον Θεὸν, [a] τὸ πνεῦμα, τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ποιητὴν εἶναι ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· καὶ ἀόρατα μὲν τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, ψυχάς τε λογικὰς, καὶ δαίμονας· (εἰ καὶ μὴ τοιούτους τοὺς δαίμονας, ὡς αὐτοὶ προαιρέσει ἰδίᾳ ὕστερον ἐγένοντο, ὁ Θεὸς πεποίηκεν·) ὁρατὰ δ᾽ οὐρανὸν, καὶ τὰ ὑπ᾽ οὐρανόν. ὅτι δὲ φύσει ἀγαθὸς ὁ ποιητὴς, ἐποίησε καλὰ λίαν πάντα ὅσα ἐποίησεν, οὐδὲ δύναταί ποτε κακοῦ ποιητὴς εἶναι. εἰ δέ τι κακὸν, τ᾽ αὐτὸν εἰπεῖν ἁμάρτημα, γινόμενον ἐναντίως τῇ θείᾳ θελήσει, ἐστὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ τῷ δαίμονι· (ἁπλῶς γὰρ ἐν τῇ φύσει κακὸν οὐκ οἴδαμεν·) ἐκεῖνο ἢ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ τοῦ διαβόλου εἶναι. κανὼν γάρ ἐστιν ἀληθὴς καὶ ἀδιάπτωτος, κακοῦ τὸν Θεὸν μηδαμῶς εἶναι δημιουργὸν, μήτε μὴν ὅλως δικαίῳ λόγῳ τὸν Θεὸν καταψηφίζεσθαι.

[a] Lege, τὸν πατέρα.

ΟΡΟΣ ε΄.

Πιστεύομεν πάντα τὰ ὄντα, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ κυβερνᾶσθαι προνοίας· τὰ δὲ κακὰ, ᾗ κακὰ, προειδέναι μὲν τὸν Θεὸν, καὶ παραχωρεῖν, οὐ μὴν καὶ προνοητὴν εἶναι τούτων, ἐπεὶ μηδὲ ποιητήν. ἤδη γεγενημένα δὲ ἔσθ᾽ ὅτε ὑπευθύνεσθαι πρός τι χρήσιμον ὑπὸ τῆς ἄκρας ἀγαθότητος, οὐ ποιούσης μὲν, ἐξανασταζούσης δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον ὡς οἷόν τε ἐκεῖνα. [b] ὀλβιάζειν δὲ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξετάζειν ὀφείλομεν τὴν θείαν πρόνοιαν ἐν τοῖς ἀπορρήτοις, καὶ μηδ᾽ ὅλως ἀποκαλυφθεῖσι κρίμασι. τὰ μέντοι παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ παραδεδομένα περὶ αὐτῆς, ὡς συντείνοντα πρὸς ζωὴν αἰώνιον, δεῖ ἡμᾶς ἀγαθῶς ἐρευνᾶν, καὶ ἑπομένως ταῖς πρώταις περὶ Θεοῦ ἐννοίαις ἀνενδοιάστως ἐκλαμβάνειν.

[b] Pro, ἐκθειάζειν.

ΟΡΟΣ ϛ΄.

Πιστεύομεν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον κτισθέντα παρὰ Θεοῦ ἐν παραδείσῳ πεπτωκέναι, ὅτε καὶ παριδὼν τὴν θείαν ἐντολὴν, τῇ τοῦ ὄφεως ἀπατηλῷ συμβουλῇ ἐπηκολούθησε· κἀντεῦθεν ἀναβλύσαι τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν τῇ διαδοχῇ, ὥστε μηδένα κατὰ σάρκα γεννᾶσθαι, ὃς τὸ φορτίον οὐκ ἐπιφέρει τοῦτο, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτῆς ἐν αἰσθάνεται, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. καρποὺς δὲ φαμὲν καὶ φορτίον, οὐ τὴν ἁμαρτίαν, οἷον ἀσέβειαν, βλασφημίαν, φόνον, παιδεραστίαν, μοιχείαν, πορνείαν, ἔχθος, καὶ εἴ τι ἕτερον ὑπὸ μοχθηρᾶς προαιρέσεως ἐναντίον τῇ θείᾳ θελήσει γίνεται, οὐχ ὑπὸ φύσεως· πολ-

natricem gratiam (quam quidem nullis præcedentibus meritis exhibet) rerum divinarum homini veritatem oſtendendo; eumque qui cooperetur illi, ſi voluerit, atque ad opera bona Deoque accepta, quibus ſalutem aſſequatur, incumbat, edocendo: non autem voluntatem, id eſt, qua obedire velit aut renuat ei, libertatem adimendo.

Sed & hominum ita ſimpliciter ac ſine cauſſa damnatorum auctorem ſtatuere divinam voluntatem, inſania quanta? quæ major Deo calumnia inferatur? quanta in ſupremum Numen injuria, quanta blaſphemia? quippe [a]intentatorem malorum non eſſe Deum, & omnium ex æquo ſalutem velle, ceu apud quem perſonarum acceptio nulla eſt, cognoſcimus: & his qui pravis voluntatis ſuæ moribus ac ſecundum impœnitens cor ſe ſe vaſa in contumeliam effecere, damnationem juſte decerni confitemur. Æternæ autem punitionis, immanitatis, duritiæ & inhumanitatis nuſquam, nuſquam dicimus auctorem eſſe Deum, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente eſſe in cælo gaudium, aſſerentem. Abſit a nobis ita cogitare, nedum credere, quamdiu noſtri compotes ſumus: immo vero talia dicentes ac ſentientes anathemati ſempiterno ſubjicimus, & cunctis infidelibus pejores agnoſcimus.

[a] Lege, tentatorem ad mala non eſſe Deum.

Capitulum IV.

Credimus Deum in perſonis trinum, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, viſibilium ac inviſibilium eſſe conditorem: inviſibilium quidem, quæ ſunt angelicæ virtutes, animæ rationales, & dæmones; (quanquam tales eos Deus non fecit, quales poſtea voluntate ſua facti ſunt:) viſibilium autem, quæ ſunt cælum & ea quæ ſub cælo ſunt. Quia vero natura bonus eſt Creator, valde bona fecit, quæcumque fecit, nec poteſt opifex eſſe malorum. Si quod vero malum, videlicet peccatum, quod contra divinam voluntatem fit, in homine vel dæmone deprehenditur; (ſimpliciter enim nullum in natura malum agnoſcimus:) hoc vel ab homine eſt, vel a diabolo. Vera quippe juxta ac firmiſſima eſt hæc regula, malum nec a Deo uſquam fieri, nec abſque injuria poſſe illi ullatenus adſcribi.

Capitulum V.

Credimus res omnes cum viſibiles, tum inviſibiles, ab Dei providentia gubernari; Deum vero mala ut præſciat & permittere ſtatuat, eorum tamen, qua mala ſunt, haud quaquam eſſe proviſorem, uti nec opificem. Ex iis vero quæ jam patrata ſunt, nonnihil ab ſumma bonitate utilitatis elici, quæ quidem ipſa non facit, ſed veluti ſurculum ad melius quidpiam illis inſerit. Hæc porro divinæ ſecreta providentiæ, ejuſdemque incomprehenſibilia mirari judicia debemus, non excutere. Quanquam & ea quæ apud ſacram ſcripturam nobis de illa tradita ſunt, ceu ad vitam æternam conducentia, bona mente perſcrutari, illaque proinde juxta præſtantiſſimas de Deo commentationes abſque hæſitatione interpretari debemus.

Capitulum VI.

Credimus primum hominem a Deo creatum in paradiſo deliquiſſe, cum poſthabito Dei præcepto, doloſæ ſuaſioni ſerpentis aſſenſit; indeque originale peccatum ceu hereditarium profluxiſſe: quatenus carnali propagatione hunc in mundum nemo prodeat, quin hujus & onus ſecum adferat, & fructus perſentiat. Hos porro fructus, hoc onus, nequaquam peccatum intelligimus, videlicet impietatem, blaſphemiam, homicidium, ſodomiam, adulterium, fornicationem, ſimultates, & ſi quid aliud divinæ contrarium voluntati ab voluntate prava, non autem a natura, committi-

tur. Cum & Patriarchæ & Prophetæ non pauci, aliique mille non modo ſub legis umbra, ſed etiam ſub veritate gratiæ, uti divinus Præcurſor, atque in primis Verbi divini Mater ac ſemper Virgo Maria, nec ullam experti ſint ad iſta aut hujuſmodi peccata tentationem: at ea dumtaxat quæ divina juſtitia homini ceu pœnam inflixit, nimirum ſudores laborum, ærumnas, corporis infirmitates, dolores in partu, denique vitam in terra laborioſam, &, quod cumulus eſt omnium, mortem corporalem.

Capitulum VII.

Credimus Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum exinaniviſſe ſemetipſum, id eſt, humanam carnem in propriam aſſumpſiſſe perſonam, Mariæ ſemper Virginis in utero de Spiritu ſancto conceptum & incarnatum: item abſque ullo matris labore aut dolore, aut Virginitatis ejus læſione natum: paſſum, ſepultum; huncque die tertia ſecundum ſcripturas glorioſum reſurrexiſſe, in cælum aſcendiſſe, & a dextris Dei Patris conſidere: atque ad vivos mortuoſque judicandos exſpectamus adventurum.

Capitulum VIII.

Credimus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſolum eſſe mediatorem, ſique ipſum dediſſe pretium pro multis, ac per proprium ſanguinem Deum inter & homines feciſſe reconciliationem. Quin & ſollicitum ſuorum eſſe advocatum, ac pro peccatis noſtris propitiationem. Ad deferendas vero apud ipſum orationes ac petitiones noſtras, interceſſores dicimus eſſe ſanctos; ac præ omnibus immaculatam ejuſdem Verbi divini Matrem; necnon & ſanctos angelos, quos cuſtodiæ noſtræ ſcimus eſſe præpoſitos; Apoſtolos, Prophetas, Martyres, ſanctos denique omnes, quos ceu fideles ſervos ſuos ille glorificavit: in quibus epiſcopos & ſacerdotes, tanquam Dei altare circumſtantes, ceteroſque homines juſtos virtutibus eximios numeramus. Enimvero orandum eſſe pro invicem, multumque valere juſti deprecationem, ac ſanctos a Deo audiri magis quam peccatores, ſacris e paginis didicimus. Non ſolum autem eos qui etiamnum in terris agunt, ſanctos, noſtros apud Deum oratores & mediatores eſſe credimus; ſed & poſt mortem maxime, quando, explicatis ænigmatis, ſanctiſſimam Trinitatem clare contemplantur, cujus & infinito in lumine ea quæ apud nos geruntur agnoſcunt. Quemadmodum enim Prophetas mortale corpus geſtantes, ea ſciviſſe quæ in cælo fiunt, non dubitamus, unde & futura vaticinabantur; ita & angelos, & æquatos angelis ſanctos in infinito Dei lumine videre noſtra non modo non ambigimus, at etiam firmiter credimus & confitemur.

Capitulum IX.

Credimus neminem ſine fide ſalvari: fidem autem appellamus, rectiſſimam quæ in nobis eſt de Deo rebuſque divinis perſuaſionem: quæ quidem operans per caritatem, id eſt, per divinorum mandatorum obſervationem, juſtificat nos per Chriſtum, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.

Capitulum X.

Credimus eccleſiam nomine quidem, magis autem re ipſa ſanctam, catholicam & Apoſtolicam, in quam & credere docti ſumus, omnes prorſus in Chriſto fideles comprehendere: eos videlicet, qui ad patriam nondum pervenere, ſed etiamnum peregrinantur in terris. Nequaquam vero hanc quæ in via, cum ea quæ in patria eſt, eccleſiam confundimus; quamvis (uti & quidam loquuntur hæretici) gregis divini pars

καὶ γὰρ τῶν τε Πατριαρχῶν καὶ Προφητῶν καὶ ἕτεροι μυρίοι οὐ μόνον ἐν τῇ σκιᾷ, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, ὅ τε θεῖος Πρόδρομος, καὶ κατ᾽ ἐξαίρετον λόγον ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου μήτηρ, καὶ ἀειπάρθενος Μαρία, τὴν τοιούτων καὶ τῶν ὁμοίων πλημμελημάτων οὐκ ἐπειράσθησαν· ἀλλ᾽ ἅπερ ὡς ποινὴν τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τὴν παράβασιν δίδωσιν ἡ θεία δικαιοσύνη, οἷον ἱδρῶτας τῶν πόνων, θλίψεις, σωματικὰς ἀσθενείας, ὠδῖνας τοῦ τίκτειν, καὶ τέλος τὸ ζῆν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐπιπόνως, καὶ τελευταῖον, τὸν σωματικὸν θάνατον.

ΟΡΟΣ ζ΄.

Πιστεύομεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κενῶσαι ἑαυτόν, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει τὴν ἀνθρωπίνην σάρκα προσειληφέναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας συλληφθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· γεννηθέντα χωρὶς τοῦ δοῦναι πόνον ἢ ὠδῖνας τῇ ἰδίᾳ κατὰ σάρκα μητρί, ἢ τὴν παρθενίαν αὐτῆς ζημιώσαντα· παθόντα, ταφέντα, ἀναστάντα ἐν δόξῃ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ὃν καὶ προσδοκῶμεν ἐλευσόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

ΟΡΟΣ η΄.

Πιστεύομεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μόνον μεσίτην γεγονέναι, καὶ δόντα ἑαυτὸν λύτρον περὶ πάντων, τὴν καταλλαγὴν διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος πεποιηκέναι ἀναμέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ αὐτὸν κηδόμενον τῶν ἰδίων εἶναι παράκλητον, καὶ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν μέντοι ἐντεύξεσι, καὶ αἰτήσεσιν εἶναι πρεσβευτὰς τοὺς ἁγίους φαμέν, καὶ πρὸ πάντων τὴν πανάχραντον μητέρα αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου· τούς τε ἁγίους ἀγγέλους, οὓς καὶ προϊσταμένους ἡμῶν οἴδαμεν, ἀποστόλους, προφήτας, μάρτυρας, ὁσίους, καὶ πάντας οὓς ἐκεῖνος ἐδόξασεν ὡς πιστοὺς αὐτοῦ θεράποντας· οἷς συναριθμοῦμεν καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ ἱερεῖς, ὡς περιϊσταμένους τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ τοὺς ἀρετῇ διαφέροντας δικαίους ἄνδρας. Εὔχεσθαι γὰρ ὑπὲρ ἀλλήλων, καὶ πολὺ ἰσχύειν τὴν δέησιν τοῦ δικαίου· καὶ μᾶλλον ἀκούειν τὸν Θεὸν τῶν ἁγίων, ἢ τῶν ἐν ἁμαρτίαις ἐγκαλινδουμένων, ἐκ τῶν ἱερῶν διδασκόμεθα λογίων. Οὐ μόνον δὲ ἔτι ὄντας ἐν τῇ παροικίᾳ τοὺς ἁγίους μεσίτας, καὶ πρεσβευτὰς ἡμῶν πρὸς Θεὸν ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον μάλιστα· ὅτε καὶ τῶν ἐσόπτρων λυθέντων, καθαρῶς ἐποπτεύουσι τὴν ἁγίαν τριάδα, τὸ ἄπειρον ἐκείνης φῶς· ἐν τῷ τοῦ νοοῦσι τὰ ἡμέτερα. Ὡς γὰρ τοὺς προφήτας ἐν τῷ αἰσθητῷ ὄντας σώματι οὐκ ἀμφιβάλλομεν εἰδέναι τὰ ἐν οὐρανῷ, δι᾽ ὧν τὰ μέλλοντα ἐχρησμῴδουν· οὕτω καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ὡς ἀγγέλους γεγονότας ἁγίους εἰδέναι τὰ ἡμέτερα τῷ ἀπείρῳ τοῦ Θεοῦ φωτὶ οὐ διστάζομεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνενδοιάστως πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν.

ΟΡΟΣ θ΄.

Πιστεύομεν μηδένα σώζεσθαι ἄνευ πίστεως. Καλοῦμεν δὲ πίστιν τὴν οὖσαν ἐν ἡμῖν ὀρθοτάτην ὑπόληψιν περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων, ἥτις ἐνεργουμένη διὰ τῆς ἀγάπης, τ᾽ αὐτὸν εἰπεῖν διὰ τῶν θείων ἐντολῶν, δικαιοῖ ἡμᾶς παρὰ Χριστοῦ, καὶ ταύτης ἄνευ τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι ἀδύνατον.

ΟΡΟΣ ι΄.

Πιστεύομεν τὴν λεγομένην, μᾶλλον δὲ τὴν οὖσαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν καὶ πιστεύειν ἐδιδάχθημεν, πάντας τοὺς ἐν Χριστῷ πιστοὺς καθόλου περιέχειν, οἵτινες δηλονότι εἰσὶ καὶ νῦν ἐν τῇ παροικίᾳ ὄντες, οὐκ ἔφθασαν ἐν τῇ πατρίδι ἀποδημῆσαι. Μηδαμῶς δὲ συγχέομεν τὴν ἐν τῇ παροικίᾳ ταύτην ἐκκλησίαν τῇ ἐν τῇ πατρίδι, διὰ τὸ εἶναι ἴσως, ὥς φασί τινες τῶν αἱρετικῶν, καὶ τῶν δύο τὰ μέλη

A μόνη προσέβλεπε τῷ ἀρχιποίμενι Θεῷ, καὶ καθαγιάζεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος· ἄτοπον γὰρ ἅμα καὶ ἀδύνατον. ἐπειδὴ ἡ μὲν ἔτι πολεμεῖ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐστιν· ἡ δὲ θριαμβεύει, καὶ ἐν τῇ πατρίδι κατῴκησε, καὶ τὸ βραβεῖον ἔλαβεν. Ἧστινος καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐπειδὴ θνητὸς ἄνθρωπος καθόλου, καὶ ἀΐδιος κεφαλὴ εἶναι οὐ δύναται, αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστι κεφαλὴ, καὶ αὐτὸς τοὺς οἴακας ἔχων ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας κυβερνήσει, πηδαλιουχεῖ διὰ τῶν ἁγίων πατέρων. καὶ διὰ τοῦτο ταῖς κατὰ μέρος ἐκκλησίαις, κυρίως οὔσαις ἐκκλησίαις, καὶ ὑπὸ κυρίως μελῶν συνισταμέναις, ἡγουμένους, καὶ ποιμένας, καὶ ὅλως οὐκ ἐν καταχρήσει, ἀλλὰ κυρίως ἀρχὰς καὶ κεφαλὰς, τοὺς ἐπισκόπους ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰς τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν ἀφορώσας, καὶ εἰς B αὐτὸν τὴν ἰσχὺν τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν χρήσεως ἀναβιβαζούσας δηλονότι.

Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἀσεβειῶν, ἔδοξε καὶ τοῦτο τοῖς Καλουΐνοις, ὅτι ταὐτὸν τυχὸν ἐστὶν ἱερεὺς ἁπλῶς καὶ ἀρχιερεύς· καὶ δυνατὸν μὴ εἶναι ἀρχιερέα καὶ διά τινων ἱερέων τὴν ἐκκλησίαν κυβερνᾶσθαι· καὶ οὐκ ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ καὶ ἱερεὺς δύναται χειροτονεῖν ἱερέα, καὶ πλείονας ἱερεῖς χειροτονεῖν ἀρχιερέα· καὶ ταύτης τῆς κακοτεχνίας κοινωνὸν εἶναι μεγαλορρημονοῦσι καὶ τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν· οὗ ἕνεκα καὶ τὸ δέκατον κεφάλαιον συγγέγραπται Κυρίλλῳ· φαμὲν * πλατύτερον, κατὰ τὴν ἄνωθεν ἐπικρατήσασαν γνώμην, τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Ὅτι τὸ τοῦ ἐπισκόπου ἀξίωμα οὕτως ἐστὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ C ἀναγκαῖον, ὥστε χωρὶς αὐτοῦ μὴ δύνασθαι μήτε ἐκκλησίαν, μήτε χριστιανόν τινα ἢ εἶναι, ἢ ὅλως λέγεσθαι. αὐτὸς γὰρ ὡς ἀποστολικὸς διάδοχος, τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἐκείνοις παρὰ τοῦ κυρίου εἰς τὸ δεσμεῖν τε καὶ λύειν, χειρῶν ἐπιθέσει, καὶ ἐπικλήσει τοῦ παναγίου πνεύματος ἀλληλοδιαδόχως λαβὼν, ζῶσα ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μεθέξει πληρεστάτῃ ἐνεργείας τοῦ τελεταρχικοῦ πνεύματος, πηγὴ πάντων τῶν μυστηρίων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, δι' ὧν σωτηρίας ἐπιτυγχάνομεν. οὕτω δὲ αὐτὸν τὸ ἀναγκαῖον νοοῦμεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἀναπνοὴν, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τὸν ἥλιον. ὅθεν καί τινες κομψῶς πρὸς ἔπαινον τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος εἰρήκασιν· ὅτι Θεὸς ἐν τῇ οὐρανίᾳ τῶν πρωτοτόκων D ἐκκλησίᾳ, καὶ ἥλιος ἐν τῷ κόσμῳ, τοῦτο ἕκαστος ἀρχιερεὺς ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐκκλησίᾳ, ὡς δι' οὗ τὸ ποίμνιον λαμπρύνεται, θάλπει, καὶ ναὸς Θεοῦ γίνεται.

Ὅτι δὲ ἀλληλοδιαδόχως τὸ τῆς ἐπισκοπῆς μέγα μυστήριον, καὶ ἀξίωμα ἐλήλυθε μέχρις ἡμῶν, φανερόν. ὁ γὰρ κύριος εἰπὼν εἶναι μεθ' ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, εἰ καὶ κατ' ἄλλους τρόπους χάριτος, καὶ θείων εὐεργετημάτων ἐστὶ μεθ' ἡμῶν, ἀλλ' οὖν κυριωτέρῳ τρόπῳ διὰ τῆς ἐπισκοπικῆς τελεταρχίας οἰκειοῦται ἡμᾶς καὶ σύνεστιν ἡμῖν, καὶ διὰ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἑνοῦται ἡμῖν, ὧν πρωτουργός ἐστι καὶ τελετάρχης διὰ τοῦ πνεύματος ὁ ἐπίσκοπος· καὶ οὐκ ἐᾷ αἱρέσει περιπεσεῖν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ Δαμασκηνὸς τετάρτῃ ἐπιστολῇ πρὸς Ἀφρικανοὺς ἔλεγε τὴν καθόλου ἐκκλησίαν E τοῖς ἐπισκόποις γενικῶς ἐπιτετράφθαι· καὶ Κλήμεντα πρῶτον Ῥωμαίων ἐπίσκοπον, καὶ Εὔοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ Μάρκον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Πέτρου διαδόχους ὁμολογοῦνται. καὶ Στάχυν ἐν τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ὁ θεῖος Ἀνδρέας ἀντ' ἐκείνου καθίστησι, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ ὁ μὲν κύριος Ἰάκωβον ποιεῖ, μετὰ δὲ Ἰάκωβον ἕτερος ἐγένετο, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος ἄχρις ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ Τερτυλλιανὸς ἐν τῇ πρὸς Παπιανὸν ἐπιστολῇ πάντας τοὺς ἐπισκόπους ἀποστολικοὺς διαδόχους καλεῖ. τούτων τὴν διαδοχὴν καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν καὶ ἐξουσίαν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μαρτυρεῖ, καὶ ἁπλῶς οἱ πατέρες μαρτυροῦσιν, οὓς περιττὸν ἐξαριθμεῖσθαι.

A utraque ſub eodem ſit Archipaſtore Deo; & ab eodem ſancto Spiritu ſanctificetur. Id enim abſurdum juxta ac impoſſibile, cum altera quidem adhuc in via militet, altera bravium acceperit, & in patria collocata triumphet. Hujus autem catholicæ eccleſiæ, cum hanc univerſe atque in æternum regere mortalis homo non poſſit, caput eſt ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cujus & clavum ipſe tenens, hanc ſanctorum Patrum miniſterio gubernat: ac ſingulis propterea eccleſiis, quæ vere eccleſiæ ſunt, atque ejus inter membra vere locum obtinent, præpoſitos & paſtores, qui nequaquam abuſive, ſed veriſſime capitum inſtar illis præſunt, epiſcopos Spiritus ſanctus poſuit. Qui quidem in auctorem & conſummatorem noſtræ ſalutis aſpi- B ciant, & ad eum hanc, quam pro ratione capitum impendunt, operam referant.

Quod vero ad impietates ceteras addidere Calviniſtæ, non alium eſſe epiſcopi, quam ſacerdotis gradum, poſſeque abſque epiſcopis eccleſiam eſſe, & ab quibuſdam ſacerdotibus gubernari; item non ab epiſcopo dumtaxat, ſed etiam ab ſacerdote poſſe ſacerdotem ordinari; quin & a pluribus ſacerdotibus, epiſcopum: atque ejuſdem impietatis conſciam eſſe deblaterant Orientalem eccleſiam; (qua utique de cauſa caput decimum ab Cyrillo conſcriptum eſt:) ad totum, uti jam in ſuperioribus probatum eſt, ab ipſa dicimus eſſe prorſus alienum.

C Verumenimvero ita neceſſarium eſſe dicimus epiſcopatum, ut eo ſubmoto, neque eccleſia, neque Chriſtianus aliquis eſſe aut dici poſſit. Quippe Apoſtolorum ſucceſſor epiſcopus, impoſitione manuum, & ſancti Spiritus invocatione, datam ſibi a Deo ex ſucceſſione continua ligandi ſolvendique poteſtatem cum acceperit, viva Dei imago eſt in terris, & auctoris ſacrorum Spiritus operationis participatione pleniſſima, fons omnium eccleſiæ catholicæ ſacramentorum, quibus ad ſalutem pervenimus. Porro quam homini reſpiratio, & ſol mundo, tam neceſſarius in eccleſia nobis videtur epiſcopatus. Unde & ad epiſcopalis dignitatis encomium, pulcre nonnulli dixere: Quod Deus in cæleſti primogenitorum eccleſia eſt, & ſol in mundo, D hoc in ſua quemlibet eccleſia epiſcopum obtinere: utpote qui gregem ſuum illuſtret, foveat, & Dei templum efficiat.

Tranſiiſſe autem ſucceſſione continua ad nos uſque magnum epiſcopatus ſacramentum & dignitatem, manifeſtum. Cum enim dixerit Dominus, futurum ſe nobiſcum uſque ad conſummationem ſæculi; ut aliis nobiſcum ſit gratiæ beneficiorumque ſuorum modis, præſtantiori tamen modo per ſacram epiſcopatus poteſtatem nobiſcum eſt, in nobis habitat, & per ſacra myſteria nobis unitur, quorum primus miniſter eſt epiſcopus, immo & per Spiritum ſanctum auctor ſacrorum conſtitutus; neque hæreſi ſuccumbere nos permittit. Propterea Damaſcenus quarta ad Africanos epiſto- E la, dixit univerſam eccleſiam fuiſſe epiſcopis abſolute commiſſam: & Clementem primum, Romæ epiſcopum, & Evodium Antiochiæ, & Marcum Alexandriæ, Petri ſucceſſores fuiſſe nemo non confitetur. Item & divus Andreas Stachym in throno Conſtantinopolitano ſuum in locum ſuffecit. Item in hac magna civitate ſancta Jeruſalem Jacobum ipſe Dominus conſtituit; Jacobo deinde alter, & huic deinceps alter, ad nos uſque ſucceſſit. Unde & Tertullianus epiſtola ad Papianum, epiſcopos omnes Apoſtolorum vocat ſucceſſores. Horum denique ſucceſſionem & Apoſtolicam dignitatem juxta ac poteſtatem Euſebius quoque Pamphili epiſcopus, & omnes prorſus Patres, quos hic recenſere ſupervacaneum eſſet, conteſtantur; & com-

Anno Christi 1672.

munis ac prima eccleſiæ catholicæ vel naſcentis conſuetudo confirmat.

Superiorem vero eſſe ſimplici ſacerdotio pontificiam dignitatem, vel inde liquet, quod ſacerdotem conſecret epiſcopus, non vero ab ſacerdote, ſed a duobus tribuſve Pontificibus, juxta Apoſtolorum canones, epiſcopus conſecretur. Et ſacerdos quidem eligitur ab epiſcopo; epiſcopus vero nequaquam ab ſacerdotibus ſive presbyteris, neque etiam ab ſæculi principibus, quantacumque virtute eximiis, eligitur; ſed ab illius eccleſiæ conventu, quæ metropolis eſt provinciæ, in qua urbs illa eſt, cui is qui conſecrandus eſt, deſtinatur; vel certe ab hujus provinciæ ſynodo, in qua opus eſt epiſcopum conſecrari. Sin vero & civitas elegerit; at non una electum ſtatuit: etenim ad ſynodum defertur electio: quam ſi canonicam illa duxerit, impoſitione manuum epiſcoporum, & ſancti Spiritus invocatione, qui electus eſt, epiſcopus ordinatur: ſin minus, quemcumque ſynodus ipſa voluerit, eidem civitati epiſcopum præficit. Rurſum quam ſacerdotii poteſtatem & gratiam ſacerdos accepit, in ſe ipſo conſervat; epiſcopus vero ceteris impertitur: Et ille quidem ſacerdotali dignitate ab epiſcopo initiatus, tantummodo baptiſmum, extremamque adminiſtrat Unctionem, incruentum offert ſacrificium, & Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus & ſanguinem populo diſtribuit; oleo ſancto baptizatos ungit, fideles legitime nubentes coronat, orat pro infirmis, utque omnes ſalvi fiant homines, & ad veritatis agnitionem perveniant, deprecatur. Si vero experientia & virtute præſtiterit, facta ſibi ab epiſcopo poteſtate, venientes ad ſe fideles emendat, eiſque ad cæleſtis regni poſſeſſionem viam oſtendit, atque ſancti evangelii prædicator initiatur. Epiſcopus autem horum omnium & ipſe quidem miniſter eſt, utpote qui divinorum myſteriorum, gratiarumque fons per Spiritum ſanctum, uti jam diximus, exſiſtat; ſed Chriſma ſolus ille conficit, & omnium, qui in eccleſia ſunt, ordinum gradus conferre muneris ejus eſt: atque ex primaria poteſtate, excellentiorique modo ipſe ligat & ſolvit, ſententiam ejus approbante Deo, uti & Dominus ſpopondit. Inſuper evangelii magiſter ipſe eſt, ac pro fide orthodoxa decertat: & audire renuentes, ſeu ethnicos & publicanos ab eccleſia ejicit, hæreticoſque excommunicationi & anathemati ſubjicit, ac denique ſuam pro ovibus animam ponit. Ex quibus evidenter & invictiſſime conſtat, ſacerdoti ſimpliciter præſtare epiſcopum; quo deficiente, nec omnes qui in mundo ſunt ſacerdotes, paſcere eccleſiam poſſunt, nec omnino gubernare.

At enim, ut recte quidam Patrum aït, haud ita facile hæreticorum quempiam reperias ſapientem. Cum enim ab eccleſia illi defecerint, ab eis ſanctus etiam Spiritus abſceſſit; & omnis intelligentiæ ac luminis expertes facti, tenebris & cæcitate ſunt involuti. Id enim ipſis ni contigiſſet, haudquaquam rebus ita obniterentur apertiſſimis, cujuſmodi profecto magnum epiſcopatus ſacramentum eſt, quod ſcriptura nobis indicit, quod omnia annalium eccleſiaſticorum monumenta & ſanctorum ſcripta conteſtantur, quod denique catholica eccleſia nunquam non credidit, & ſine intermiſſione tenuit.

Capitulum XI.

Credimus eccleſiæ catholicæ membra eſſe omnes ac ſolos fideles, eos nimirum qui Salvatoris Chriſti fidem, ab ipſo quidem Chriſto, & ab Apoſtolis, nec non & ab ſanctis ſynodis œcumenicis traditam, firma mente ſervant illibatam, ut omnium forte nonnullos contingeret reos eſſe peccatorum. Neque enim ab eccleſia ju-

καὶ ἡ πρώτη καὶ ἀρχαιοτάτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συνήθεια βεβαιοῖ.

Ὅτι δὲ διαφέρει τὸ ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα τοῦ ἁπλῶς ἱερέως, δῆλον· ὁ γὰρ ἱερεὺς χειροτονεῖται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ἐπίσκοπος δὲ οὐ χειροτονεῖται ὑπὸ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὸ δύο ἢ τριῶν ἀρχιερέων, ὡς ὁ ἀποστολικὸς βούλεται κανών· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἐκλέγεται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς οὐκ ἐκλέγεται ὑπὸ τῶν ἱερέων, οὔτε πρεσβυτέρων, οὔτ' ἐκλέγεται ὑπὸ πολιτικῶν ἀρχόντων, κἂν καὶ ἀρετῇ διαφέρωσιν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς ἀνωτάτω ἐκκλησίας τοῦ κλίματος ἐκείνου, ἐν ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἡ δεξομένη τὸν χειροτονηθησόμενον, ἢ τουλάχιστον ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης, ἐν ᾗ δεῖ γενέσθαι τὸν ἐπίσκοπον. εἰ δὲ ὅτι καὶ ἡ πόλις ἐκλέγοι, ἀλλ' οὐκ ἁπλῶς· ἡ γὰρ ἐκλογὴ τῇ συνόδῳ ἀναφέρεται, καὶ εἰ μὲν δόξοι ταύτην κατὰ κανόνας καλῶς ἔχειν, ὁ ἐκλεχθεὶς προβιβάζεται διὰ τῆς χειροθεσίας μὲν τῶν ἐπισκόπων, τῇ ἐπικλήσει καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος· εἰ δὲ μή, ὃν βούλεται ἡ σύνοδος, ἐκεῖνος καὶ προβιβάζεται. καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς εἰς ἑαυτὸν σώζει τὴν ἣν εἴληφεν ἐξουσίαν καὶ χάριν τῆς ἱερωσύνης, ὁ ἐπίσκοπος δὲ καὶ ἑτέροις μεταδίδωσι· καὶ ὁ μὲν οὐδὲν λαβὼν τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, βάπτισμα μόνον τελεῖ τὸ ἅγιον, καὶ εὐχέλαιον· ἱερουργεῖ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ μεταδίδωσι τῷ λαῷ τὸ πανάγιον σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· χρίει τοὺς βαπτιζομένους τῷ ἁγίῳ μύρῳ, στεφανοῖ τοὺς κατὰ νόμον γαμοῦντας εὐσεβεῖς, εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἀσθενούντων, καὶ ὑπὲρ πάσης σωτηρίας καὶ ἀληθείας ἐπιγνώσεως πάντων ἀνθρώπων· ἐξαιρέτως δ' ὑπὲρ τῆς τῶν εὐσεβῶν ζώντων καὶ τεθνεώτων ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν. εἰ δὲ καὶ δυνάμει καὶ ἀρετῇ διαφέροι λαβὼν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου διορθοῖ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους εὐσεβεῖς, καὶ εἰς τὴν πρὸς κτῆσιν τῆς οὐρανίου βασιλείας ὁδὸν ὁδηγεῖ, καὶ κῆρυξ τοῦ ἱεροῦ προχειρίζεται εὐαγγελίου. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς καὶ τούτων ἁπάντων διάκονός ἐστιν, ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν, ὡς εἴρηται, πηγὴ τῶν θείων μυστηρίων καὶ χαρισμάτων διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ τὸ ἅγιον μύρον μονώτατος ἐπιτελεῖ. καὶ αἱ χειροτονίαι πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τάξεων καὶ βαθμῶν τούτου εἰσὶν ἴδιαι· καὶ κατὰ πρῶτον καὶ ὑπέρτερον λόγον οὗτος δεσμεῖ, καὶ λύει· καὶ Θεῷ ἡ κρίσις ἀποδεκτή, ὡς ὁ κύριος εἴρηκε. καὶ τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον διδάσκει, καὶ τῆς εὐσεβοῦς ὑπερμαχεῖ πίστεως· καὶ τοὺς παρακούοντας ὡς ἐθνικοὺς καὶ τελώνας τῆς ἐκκλησίας ἀποβάλλει· καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἀφορισμῷ καὶ ἀναθέματι καθυποβάλλει· καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. ἐξ ὧν καταφανές ἐστιν ἀναντιρρήτως διαφέρειν τὸν ἐπίσκοπον τοῦ ἁπλῶς ἱερέως, καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ δυναμένους πάντας τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἱερεῖς ἐκκλησίαν Θεοῦ ποιμαίνειν, ἢ ὅλως κυβερνῆσαι.

Ἀλλὰ καλῶς λέγεταί τινι τῶν πατέρων, οὐ ῥᾴδιον αἱρετικὸν ἄνδρα συνετὸν εὑρεῖν. καταλιπόντες γὰρ οὗτοι τὴν ἐκκλησίαν, ἐγκατελείφθησαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οὐκ ἔμεινεν ἐν αὐτοῖς σύνεσις, οὔτε φῶς, ἀλλὰ σκότος καὶ πήρωσις. εἰ γὰρ μὴ τοιαῦτα πεπόνθεισαν, οὐκ ἂν πρὸς τὰ φανερώτατα ἀντιπέπτωκαν, ἐξ ὧν ἐστι, καὶ τὸ τῆς ἐπισκοπικῆς μέγα ὄντως μυστήριον ὑπὸ τῆς γραφῆς διδασκόμενον, ὑπό τε πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας καὶ συγγραφῆς ἁγίων συγγραφόμενόν τε, καὶ μαρτυρούμενον, καὶ ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀεὶ γινόμενόν τε καὶ ὁμολογούμενον.

ΟΡΟΣ ια'.

Πιστεύομεν μέλη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶναι πάντας καὶ μόνους τοὺς πιστούς, τοὺς τὴν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ δηλαδὴ ἀμώμητον πίστιν (ὑπό τε ἐκείνου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων ἐκδοθεῖσαν) ἀδιστάκτως πρεσβεύοντας, κἂν καὶ τινες ἐξ αὐτῶν ἁμαρτίαις παντοίαις ὑπεύθυνοι εἶεν. εἰ γὰρ μὴ ἦσαν μέλη τῆς ἐκκλησίας,

Anno Christi 1672.

ANNO CHRISTI 1672.

οἱ πιστοὶ μέν, ἁμαρτίαις δὲ συζῶντες, οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκρίνοντο· νῦν δὲ κρινόμενοι ὑπ' αὐτῆς, εἰς τὸ μετανοῆσαι παρακαλούμενοι, καὶ εἰς τὴν τρίβον τῶν σωτηρίων ἐντολῶν ποδηγετούμενοι, κἂν καὶ ἔτι ἁμαρτίαις ῥυπαίνωνται, μόνον δι' αὐτὸ τοῦτο ὅτι οὐ πεπτώκασιν εἰς ἀπόγνωσιν, καὶ ὅτι τῆς καθολικῆς καὶ εὐσεβοῦς ἀντέχονται πίστεως, μέλη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰσὶ καὶ γινώσκονται.

ΟΡΟΣ ιβ'.

Πιστεύομεν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδάσκεσθαι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν· αὐτὸ γάρ ἐστιν ὁ ἀληθὴς παράκλητος, ὃν πέμπει παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς τοῦ διδάσκειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ σκότος ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν διανοίας ἀποδιώκειν. ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὅμως διδαχὴ οὐκ ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ καθηγεμόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καταυγάζει τὴν ἐκκλησίαν. ὡς γὰρ ἡ πᾶσα γραφὴ ἐστί τε καὶ λέγεται λόγος τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐχ ὅτι ἀμέσως ὑπ' αὐτοῦ ἐλαλήθη, ἀλλ' ὅτι ὑπ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία διδάσκεται μὲν ὑπὸ τοῦ ζωαρχικοῦ πνεύματος, ἀλλὰ διὰ μέσου τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ διδασκάλων, (ὧν κανὼν αἱ οἰκουμενικαὶ ἅγιαι ἀναγνωρίζονται σύνοδοι· οὐ γὰρ τοῦτο παυσόμεθα μυριάκις λέγειν) καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον πεπείσμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀληθὲς καὶ βέβαιον ἀναμφιβόλως εἶναι ὁμολογοῦμεν, τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ἀδύνατον ἁμαρτῆσαι, ἢ ὅλως πλανηθῆναι, ἢ ποτε τὸ ψεῦδος ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἐκλέξαι. τὸ γὰρ πανάγιον πνεῦμα ἀεί ποτε ἐνεργοῦν διὰ τῶν πιστῶς διακονούντων ἁγίων πατέρων, καὶ καθηγεμόνων, πάσης ὁποιασοῦν πλάνης τὴν ἐκκλησίαν ἀπαλλάττει.

ΟΡΟΣ ιγ'.

Πιστεύομεν οὐ διὰ πίστεως ἁπλῶς μόνης δικαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ διὰ πίστεως καὶ ἐνεργουμένης διὰ τῆς ἀγάπης, τ' αὐτὸν εἰπεῖν, διὰ τῆς πίστεως καὶ τῶν ἔργων. τὸ δὲ τὴν πίστιν χειρὸς ἔργον ἀποπληροῦσαν ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης, καὶ προσνέμειν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, πόῤῥω πάσης εὐσεβείας γινώσκομεν. οὕτω γὰρ ἐννοουμένη ἡ πίστις πᾶσιν ἐφαρμοσθείη, καὶ οὐκ ἂν εἴη ὁ μὴ σωζόμενος, ὅπερ ἀντικρὺ ψευδές ἐστι. τοὐναντίον δὲ μᾶλλον πιστεύομεν ὅτι οὐ τὸ τῆς πίστεως ἀναφορικόν, ἀλλὰ τὴν οὖσαν ἐν ἡμῖν πίστιν, διὰ τῶν ἔργων δικαιοῦν ἡμᾶς παρὰ Χριστοῦ. ἡγούμεθα δὲ τὰ ἔργα οὐ μάρτυρας τὴν ἡμετέραν κλῆσιν ἐπιβεβαιοῦντας, ἀλλὰ καρποὺς καθ' ἑαυτοὺς ὄντας· δι' ὧν ἡ πίστις λαμβάνει τὸ ἔμπρακτον, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἄξια διὰ τὰς θείας ἐπαγγελίας τοῦ κομίσασθαι ἕκαστον τῶν πιστῶν τὰ διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ πεπραγμένα, εἴτ' ἀγαθόν, εἴτε κακὸν δηλονότι.

ΟΡΟΣ ιδ'.

Πιστεύομεν τὸν ἄνθρωπον καταπεσόντα τῇ παραβάσει, παρασυμβληθῆναι, καὶ ὁμοιωθῆναι τοῖς κτήνεσι, τουτέστιν ἀμαυρωθῆναι καὶ τῆς τελειότητος, καὶ ἀπαθείας ἐκπεσεῖν, οὐ μὴν καὶ τῆς ἧς ἔτυχε παρὰ τοῦ ἄκρως ἀγαθοῦ Θεοῦ φύσεως, καὶ ἐνεργείας ἐξεστηκέναι. οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ἦν λογικός, καὶ ἐπομένως οὐδ' ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔχειν τὴν φύσιν αὐτήν, ἣν ἔκτισται, καὶ τὴν τῆς φύσεως ἐνέργειαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ αὐτεξούσιον, ζῶσαν καὶ ἐνεργόν· ὥστε κατὰ φύσιν δύνασθαι αἱρεῖσθαι μὲν καὶ ἐργάζεσθαι τὸ καλόν, φεύγειν δὲ καὶ μισεῖσθαι τὸ κακόν. ἄτοπον γὰρ τὴν καλὴν παρὰ τοῦ ἄκρως ἀγαθοῦ δημιουργηθεῖσαν φύσιν, ἄμοιρον ἀγαθῆς ἐνεργείας ὁμολογεῖν. τοῦτο γὰρ κακὴν εἶναι τὴν φύσιν λέγειν ἐστί· (οὗ τί ἀσεβέστερον;) ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς φύσεως ἤρτηται, ἡ φύσις δὲ τοῦ δημιουργοῦ, εἰ καὶ ὁ τρόπος διαφέρει. ὅτι δὲ δύναται ὁ ἄνθρωπος φύσει ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθόν, ὑπαινίττεται μὲν καὶ ὁ κύριος

A dicarentur fideles in peccatis viventes, niſi ejuſdem eſſent & membra. Atqui & hos eccleſia judicat, & ad pœnitentiam adhortatur, & peccatis etiamnum contaminatos ad præceptorum ſalutarium exercitium dirigit: ſemperque eccleſiæ catholicæ membra illi ſunt & agnoſcuntur, quandiu in infidelitatem lapſi non fuerint, ſed catholicam atque orthodoxam fidem profiteantur.

Capitulum XII.

Credimus ab Spiritu ſancto erudiri catholicam eccleſiam, quippe verus conſolator ipſe eſt, quem ad docendum fideles veritatem, expellendaſque eorum e mentibus tenebras, Chriſtus a Patre mittit. Porro B haudquaquam immediate, ſed per ſanctos patres, & eccleſiæ catholicæ præpoſitos, eccleſiam ipſam doctrina ſancti Spiritus illuminat. Quemadmodum enim verbum ſancti Spiritus ſacra ſcriptura eſt & dicitur; non quod ab ipſo immediate, ſed per Apoſtolos & prophetas fuerit enunciata; ita & ab vivifico Spiritu docetur quidem eccleſia; ſed medio ſanctorum Patrum doctorumque magiſterio: (quibus ſanctæ ſynodi œcumenicæ, regulæ inſtar exſtitere; quod millies dixero:) ac propterea delinquere aut aliquatenus errare, aut aliquando pro veritate mendacium eligere catholicam eccleſiam non poſſe, nedum cenſemus, at etiam idipſum ceu verum ac certiſſimum conſtanter profitemur. Etenim per ſanctos patres ac præpoſitos fideliter admini- C ſtrantes jugiter operans Spiritus ſanctus omnem quemcumque ab eccleſia removet errorem.

Capitulum XIII.

Credimus non ſola fide, ſed ea tantum quæ per caritatem operatur, id eſt, fide atque operibus hominem juſtificari. Quod vero Chriſti juſtitiam fides inſtar manus apprehendat, nobiſque pro adeptione ſalutis applicet, ab omni pietate longiſſime eſſe cenſemus. Enimvero omnium eſſet hujuſmodi fides, unde & ad ſalutem nemo non perveniret; quod aperte falſum eſt. Quin immo fidem in nobis exiſtentem operibus juſtificare nos per Chriſtum credimus, non vero iſtam qualemcumque fidei relationem. Porro certitudinis voca- D tionis noſtræ argumenta eſſe hujuſmodi opera nequaquam intelligimus; ſed fructus, qui ex ſe fidei teſtantur efficacitatem: eaque ex divinis promiſſionibus eſſe talia dicimus, pro quibus recipere unuſquiſque fidelium dignus exiſtat, prout geſſit in corpore ſuo, ſive bonum, ſive malum.

Capitulum XIV.

Credimus hominem tranſgreſſione lapſum, ſui ipſius ſuſtinuiſſe diſpendium, eſſeque jumentis aſſimilatum, id eſt, ad nihilum redactum, & a perfectione, ſummaque qua fruebatur, impaſſibilitate, excidiſſe; haudquaquam tamen hujus, quam ab optimo Deo ac- E ceperat, naturæ virtutiſque naturalis jacturam feciſſe. Alioqui enim rationalis jam non eſſet, ac proinde nec homo: immo vero ejuſdem & modo credimus eſſe naturæ, quam cum crearetur, accepit; immo & eadem naturali virtute, utique viva & expedita, pollere, quæ eſt liberum arbitrium: ita ut poſſit naturaliter eligere & operari bonum, ac fugere & odiſſe malum. Minus quippe rationi conſentaneum videtur, ut naturam bonam ab ſummo bono conditam cujuſcumque operationis bonæ confiteamur expertem. Hoc enim dicere eſt naturam eſſe malam; (quo quid magis impium?) a natura etenim operatio pendet; & ab opifice, natura; etſi ratione diverſa. Poſſe autem hominem naturaliter operari bonum, innuit vel ipſe Domi-

Anno Christi 1672.

Quos vero allegant ſanctos adorationem Imaginum aſſerentes illicitam, noſtris vel maxime favere partibus æſtimamus: quandoquidem acerrimis diſputationibus ſuis in eos duntaxat invehebantur, qui latriæ cultum ſacris Imaginibus impendebant, quive parentum ſuorum defunctorum effigies in eccleſiam inſerebant; quos & inſuper anathemati ſubjecere: non autem in rectum tum ſanctorum, tum ſacrarum Imaginum, tum & venerandæ Crucis, ceterorumque prædictorum cultum; maxime cum ab Apoſtolorum temporibus, decorata ſit ſacris Imaginibus eccleſia; eiſque adhibitum ab fidelibus cultum tradant omnes, omnes atteſtentur: quo-B rum ſententiam ſancta œcumenica ſeptima ſynodus approbavit, & omnem hæreticorum impudentiam una cum illis repreſſit.

Manifeſtiſſime quippe qualem ſacris Imaginibus adhibere oporteat cultum, ſimul ac ea quæ & nos ſupra diximus, ipſa ſynodus indixit. Porro omnes quoſcumque, cum qui latriæ cultum ſacris Imaginibus impendunt, tum qui fideles honorem Imaginibus deferentes idololatriæ inſimulant, anathematizat & excommunicationi ſubjicit. Et nos igitur cum ipſis eos omnes, qui ſive ſanctum, ſive Angelum, ſive Imaginem, ſive crucem, ſive Reliquias ſanctorum, ſive vas aliquod ſacrum, ſive evangelium, ſive quidpiam aliud ex iis quæ in cælo & in terra & in mari ſunt, latriæ cultu C venerantur, anathematizamus, ſolique in Trinitate Deo cultum hujuſmodi ducimus eſſe tribuendum. Inſuper & cultum Imaginum appellantes iconolatriam, eaſque, ac Crucem, & ſanctos juxta traditionem eccleſiæ colere recuſantes anathematizamus.

Sanctos quippe eo, quo ſupra diximus, cultu veneramur, necnon & ſanctas Imagines, quas ad templorum ornamentum eleganter componimus, ut librorum inſtar inibi ſint; unde ad virtutum ſanctorum recordationem, imitationem, amoris incrementum, atque ad jugem, Dei quidem, ceu Domini & Patris, ſanctorum vero, ceu ſervorum ejus, noſtrorum autem adjutorum juxta ac oratorum, obſecrationem peccatores excitentur.

D Atque hæc quidem contra Cyrilli capita quæſtioneſque dicta ſint. Porro piorum quoque orationes ad Deum, ac Monachorum maxime, (quod quamobrem faciant, plane haud intelligimus) improbant hæretici. Verum orationem, ceu cum Deo colloquium, ac convenientium, a quo ſperamus illa, bonorum poſtulationem, item aſcenſum piumque affectum mentis in Deum, cæleſtium rerum inquiſitionem, animæ ſanctæ ſubſidium, cultum Deo acceptiſſimum, pœnitentiæ ac firmæ ſpei ſignum, nos quidem agnoſcimus. Fit autem oratio vel ſola mente, vel mente ſimul & voce; Deique bonitatem & miſericordiam, ac noſtram pariter humilitatem, & futuræ ad Deum adhæſionis noſtræ beneficium ac promiſſionem in illa meditamur. E Fidem vero, & ſpem, & perſeverantiam, & mandatorum obſervationem, ac cæleſtium potiſſimum habet illa petitionem, quin & fructus id genus quamplurimos, quos fruſtra recenſeamus. Denique qua ſtando, qua flectendo genua, ſine intermiſſione oramus. Tanta vero eſt orationis utilitas, ut animæ cibus & vita merito cenſeatur. Et hæc quidem omnia ſacris ita manifeſte colliguntur e ſcripturis, ut inſipienti aut cœco, meridie ac ſereno cælo de ſolis lumine dubitanti ſimilis ille ſit, qui probationem eorum exegerit.

Hæretici vero & illam de medio tollere tentavere, cum eorum quæ fidelibus mandavit Chriſtus, nihil non ſtatuerint amputare. Id tamen tam apertæ in orationem impietatis tandem erubeſcentes, orare omni-

Anno Christi 1672.

no minime prohibent, ſed in Monachorum orationes debacchantur; ea nimirum mente, ut ſimpliciorum odium in Monachos excitent; quatenus eorum, ceu profanorum hominum, nec adſpectum ſuſtineant, neque catholicæ & Apoſtolicæ fidei ab illis exponi dogmata patiantur. Prudens enim eſt in malum diabolus, & ad confingendas calumnias ingenioſus. Unde & ejus aſſeclas (cujuſmodi ſunt iſti maxime, quibus de loquimur, hæretici) non tam pietatis propoſitum, quam homines ad malorum abyſſum detrudendi, & ad ea, quæ non viſitat Dominus, loca rapiendi, movet inſtitutum.

Itaque quales eſſe dicant Monachorum orationes, interrogandi ſunt: & ſiquidem a ſe ipſis aliqua[a], vel orthodoxæ Chriſtianorum profeſſioni diſſentanea feciſſe Monachos probaverint, jam adverſus Monachos cum illis cauſam agimus, eoſque non modo Monachos non eſſe dicimus, ſed neque Chriſtianos. Sin vero gloriam & mirabilia Dei recta cum interpretatione nunquam non enarrant Monachi, Deumque pro viribus humanis, hymnis & canticis omni tempore celebrant; tum nimirum eos qui in ſcriptura habentur, cum ex illa compoſitos hymnos canentes, ſive eidem ſcripturæ conſona loquentes, Apoſtolicum & propheticum non modo, ſed & divinum opus eos implere confitemur.

[a] Adde, aliqua.

Unde nullum quidem Chriſtianis contrarium opus præſtare nos arbitramur, quando Paracliticon, Triodion, & [b]Martyrologium cantamus: cum continuam atque ſelectam dumtaxat habeant omnes iſti libri Theologiam. Immo vero per hymnos tum e ſcriptura quidem aſſumptos, tum ad uſum chori ab ſancto Spiritu inſtitutum accommodatos, ut alternis fiat verſibus modulatio noſtra, ſacram ſcripturam decantamus. Deinde ſacram nos ubique canere Scripturam, hinc prorſus liquet, quod cuilibet hymnorum modulo verſiculum e ſcriptura ſubjungamus. Si vero & Thecaræ, aliaſve ab antiquis Patribus compoſitas orationes canimus & legimus, quidnam blaſphemiæ, quid impietatis habeatur in illis, adverſarii noſtri demonſtrent; & una cum ipſis Monachos hæc ipſa canentes inſequemur.

[b] In Græco, Menæa.

Sin autem hoc ſolum quod ſemper & ſine intermiſſione oramus, ceu malum quid, improbant: quid hanc in nos querelam movent? In Chriſtum magis certamen ſumant, (quemadmodum & ſumunt) qui ſine intermiſſione orandum eſſe ut probaret, iniqui judicis parabolam propoſuit: & ad cavendas tentationes, ſtandumque coram Filio hominis, vigilandum eſſe docuit & orandum. Sumant & cum Paulo, qui tum primæ ad Theſſalonicenſes quinto, tum & alibi paſſim ad continuam orationem adhortatur. Divinos prætermitto a Chriſto ad nos uſque catholicæ eccleſiæ prælatos: ſatis enim ſuperque concors Patriarcharum prophetarumque de oratione ſententia hæreticos pudore ſuffundit.

Porro ſi quæ fecerunt Apoſtoli, quæ Prophetæ, immo & quæ ſancti Patres atque Chriſti Patriarchæ, hæc ipſa faciunt & Monachi: utique donorum largitoris Spiritus ſancti fructus eſſe orationes Monachorum, manifeſtum eſt. Quas vero novitates induxere Calviniſtæ, tum circa Deum reſque divinas blaſphemando, cum ſcripturam ſacram perperam interpretando, decurtando, & injurioſe tractando, diaboli ſophiſmata eſſe dicimus & inventa.

Neque minus inepte garriunt, non poſſe eccleſiam abſque violentia & tyrannide ab quibuſdam cibis abſtinentiam & jejunia conſtituere. Enimvero recte admodum ad carnis & omnium pariter mortificationem paſſionum, orationem & jejunia, quorum amantes juxta ac exempla extitere ſancti omnes, ſollicite præ-

χαῖς ἐπεξέρχονται, ὅπερ καὶ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἵνα τοῖς ἁπλουστέροις μῖσος κατὰ τῶν μοναχῶν ἐμβάλωσι, πρὸς τὸ μὴ ὅλως ἀνέχεσθαι τούτους τυχὸν ὡς βεβήλους καὶ ἀνθρώπους ἐχθροὺς, μηδ' ὅπως ἀνέχεσθαι τὰ τῆς εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως δόγματα διδάσκεσθαι παρ' αὐτῶν. σοφὸς γὰρ ὁ διάβολος πρὸς τὸ κακὸν καὶ ἀγχίνους πρὸς τὰ μάταια. ὅθεν καὶ τοὺς ὀπαδοὺς αὐτοῦ (οἷοι οἱ αἱρετικοὶ οὗτοι μάλιστα) οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον κατασπουδάζει εὐσεβεῖν, ὅσον ἐπεσπούδασε τὸ δεῖνα ἐκτραχηλιάζειν ἐπὶ βάθη κακῶν, καὶ ἀφορίζεσθαι εἰς τόπους, οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ κύριος.

Ἐρωτητέον οὖν αὐτοὺς τίνας φασὶν εἶναι τὰς τῶν μοναχῶν προσευχάς· καὶ εἰ μὲν τοὺς μοναχοὺς φαῖεν ἐξ ἑαυτῶν ἔστιν [a] ἐλαττόνα πεποιηκέναι, καὶ ἀπᾴδοντα τῇ ὀρθοδόξῳ τῶν χριστιανῶν θρησκείᾳ, καὶ αὐτοὶ ξυνωθησόμεθα, καὶ τοὺς μοναχοὺς οὐ μόνον οὐ μοναχοὺς, ἀλλ' οὐδὲ χριστιανοὺς φαμέν. εἰ δ' οἱ μοναχοὶ διηγοῦνται ἐν ἑρμηνείᾳ τὴν δόξαν καὶ τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεχῶς, καὶ ἀδιαλείπτως, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τὸ θεῖον, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ὕμνοις καὶ δοξολογίαις καταγεραίρουσι, τῇ μὲν τὰ τῆς γραφῆς δηλονότι ψάλλοντες, τῇ δὲ τοὺς ὕμνους ἐκ τῆς γραφῆς συνάγοντες, ἤτοι συνῳδὰ ἐκείνῃ φθεγγόμενοι, ἀποστολικὸν, καὶ προφητικὸν, μᾶλλον δὲ κυριακὸν ἔργον αὐτοὺς πληροῦν ὁμολογοῦμεν.

[a] Pro, λέγουσι.

Ὅθεν καὶ ἡμεῖς παρακλητικὸν, τριῴδιον, καὶ μηναῖα ψάλλοντες, μηδὲν ἀπᾷδον χριστιανοῖς ἔργον πληροῦμεν. πᾶσαι γὰρ αἱ τοιαῦται βίβλοι περὶ ἐκλεκτῆς καὶ διηνεκοῦς θεολογίας διαλέγονται, καὶ ὕμνους τῇ μὲν συνειλεγμένους ἐκ τῆς θείας γραφῆς, τῇ δὲ κατὰ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος, ἵν' ὦσι τοῖς μέλεσιν αἱ λέξεις κατάλληλοι δι' ἑτέρων λέξεων, τὰ τῆς γραφῆς ᾄδομεν· ἔπειτα ἵν' ὅλως ᾖ καταφανὲς, ὅτι τὰ τῆς γραφῆς ἀεὶ ψάλλομεν, ἐν ἑκάστῳ τῶν ὕμνων λεγομένῳ προσθέμενοι στίχον τῆς γραφῆς ἐπιλέγομεν. εἰ δὲ καὶ Θήκαρα, καὶ ἄλλας τὰς πάλαι πατράσι ποιηθείσας βίβλους ψάλλομεν καὶ ἀναγινώσκομεν, εἰπάτωσαν οὗτοι ποῖον ἐκείνων τὸ βλάσφημον, καὶ μὴ εὐσεβὲς, καὶ μετ' ἐκείνων τούτους ἀποδιώξομεν.

Εἰ δὲ καὶ μόνον τοῦτό φασι, τὸ συνεχῶς, καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, κακὸν, τί αὐτοῖς καὶ ἡμῖν; μαχέσθωσαν Χριστῷ (καθάπερ καὶ μάχονται) ὅστις τὴν τοῦ ἀδίκου κριτοῦ παραβολὴν, πρὸς τὸ δεῖν συνεχῶς προσεύχεσθαι, καὶ ἐδίδαξεν ἀγρυπνεῖν καὶ εὔχεσθαι φυγεῖν τοὺς πειρασμοὺς, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. μαχέσθωσαν Παύλῳ πρώτης πρὸς Θεσσαλ. κεφαλαίῳ πέμπτῳ, καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πολλοῖς. ἐῶ λέγειν τοὺς θείους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καθηγεμόνας ἀπὸ Χριστοῦ ἄχρις ἡμῶν. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς πρὸς αἰσχύνην τὸ σύμφωνον τῆς προσευχῆς τῶν τε προπατόρων, ἀποστόλων, καὶ προφητῶν.

Εἰ οὖν τὰ τῶν μοναχῶν ἐστι τὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, δὲς δ' εἰπεῖν καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν προπατόρων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, δῆλον ὅτι αἱ τῶν μοναχῶν εὐχαὶ καρποί εἰσι τοῦ τῶν χαρισμάτων δοτῆρος ἁγίου πνεύματος. ἃ δ' Καλουΐνοι καινοτομοῦσιν, ἔν τε τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων βλασφημοῦντες, καὶ τὴν θείαν γραφὴν παρεξηγοῦντες, κολοβοῦντες, καὶ καθυβρίζοντες, τοῦ διαβόλου εἶναι σοφίσματά τε καὶ εὑρήματα.

Ἀλυσιτελὲς δὲ καὶ τὸ, ἀδύνατον τῇ ἐκκλησίᾳ βρωμάτων τινῶν ἀποχὰς καὶ νηστείας διατάττειν ἄνευ βίας καὶ τυραννίδος. ἡ γὰρ ἐκκλησία πρὸς νέκρωσιν τῆς σαρκὸς, καὶ ὅλως τῶν παθῶν, μάλα καλῶς ποιοῦσα διατάττει ἐπιμελῶς τὴν προσευχὴν, καὶ τὴν νηστείαν, ἧς ἐρασταὶ καὶ τύποι γεγόνασιν οἱ ἅγιοι

Anno Christi 1672.

ποίτης, δι' ἧς τῇ ἄνωθεν χάριτι καθαιρούμενος, ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος σὺν ταῖς στρατιαῖς καὶ ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ, ῥαδίως τελειοῦται ὁ προκείμενος τοῖς πιστοῖς δρόμος. Ταῦτα οὖν ἐκπληροῦν ἡ ἄμεμπτος ἀνατολικὴ ἐκκλησία, οὐ βιάζει, οὐδὲ τυραννεῖ· ἀλλὰ παρακαλεῖ, νουθετεῖ, διδάσκει τὰ τῆς γραφῆς, καὶ πείθει τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος.

Προτίθησι δὲ τοῖς εἰρημένοις καί τις ἀνθρωπίσκος, ὁ ἐν Καρεντονίᾳ προειρημένος φαμὲν Κλαύδιος, καὶ ἕτερά τινα καθ' ἡμῶν γελοῖα, ἢ μηδενὸς λόγου ἄξια· ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τὰ εἰρημένα αὐτοῦ μύθους ἡγούμεθα, καὶ τοῦτον αὐτὸν τερατώδη καὶ πάντη ἀμαθῆ γνωρίζομεν. [a] Καὶ μεταφώτιον γάρ, μυρίοις ὅσοι καὶ γεγόνασι καὶ εἰσὶν ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ θεολογίᾳ, καὶ ἁγιότητι παρὰ τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, διαπρέποντες τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος.

[a] Forte, Καὶ μετὰ Φώτιον.

Γελοιότατον δὲ καὶ τό, διὰ τὸ ἔχειν τινὰς τῶν ἀνατολικῶν ἱερέων τὸν ἅγιον ἄρτον ἐν σκεύεσι ξυλίνοις, ἔσω μὲν τοῦ ναοῦ, ἔξω τοῦ βήματος, ἔν τινι τῶν κιόνων κρεμάμενον, μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς τὴν πραγματικὴν καὶ ἀληθῆ μεταβολὴν τοῦ ἄρτου εἰς τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. ὅτι μὲν γάρ τινες τῶν πτωχῶν ἱερέων ἔχουσι τὸ δεσποτικὸν σῶμα ἐν σκεύεσι ξυλίνοις, οὐκ ἀρνούμεθα. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ὑπὸ λίθων ἢ μαρμάρων τιμᾶται, ἀλλὰ ζητεῖ γνώμην ὑγιῆ, καὶ καρδίαν καθαρὰν αἰτεῖ παρ' ἡμῶν.

Τοῦτο καὶ Παύλῳ συμβέβηκεν. ἔχομεν γάρ, φησί, τὸν θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν· ὅπου δ' αἱ κατὰ μέρος ἐκκλησίαι δύνανται, ὥσπερ τυχὸν παρ' ἡμῖν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἔνδον τοῦ ἁγίου βήματος ἑκάστου τῶν ναῶν τὸ δεσποτικὸν σῶμα τιμᾶται καὶ φωταγωγεῖται ἀεὶ ἑπταφώτου κανδήλης.

Ἐπεὶ δὲ μὴ θαυμάζειν πῶς τὸ δεσποτικὸν σῶμα περί τινι ἐκκλησίᾳ ἰδόντες κρεμάμενον οἱ αἱρετικοὶ ἔξω τοῦ βήματος, διὰ τὸ ἴσως συμπεσεῖν διὰ τοὺς τοίχους τοῦ βήματος, ὑπὸ τῆς παλαιότητος, κἂν τοῦτο συμπεραίνουσι τὰ ἄτοπα· τὸν δὲ Χριστὸν οὐκ εἶδον ὑπὸ τὸ ἡμικύκλιον τοῦ ἁγίου βήματος ἱστορούμενον ὡς βρέφος ἔνδον τοῦ δίσκου· ἵνα ἴδωσιν, ὅτι, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ ἀνατολικοί, ἔνδον τοῦ δίσκου, οὐ τύπον, οὐ χάριν, οὐκ ἄλλο τι, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Χριστόν, οὕτω καὶ πιστεύουσι τὸν ἄρτον τῆς εὐχαριστίας, οὐκ ἄλλο τι, ἀλλ' αὐτὸ γίνεσθαι οὐσιωδῶς τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ οὕτω συμπεραίνουσι τ' ἀληθές.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀναλυτικώτερον εἴρηται πλατύτερον καὶ σαφέστερον τῇ ὀρθοδόξῳ λεγομένῃ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ὁμολογίᾳ. Γεωργίῳ Χίῳ τῷ Κορεσσίῳ ἐν τοῖς περὶ μυστηρίων, καὶ προορισμοῦ καὶ χάριτος, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, καὶ πρεσβείας καὶ προσκυνήσεως ἁγίων, καὶ προσκυνήσεως εἰκόνων, καὶ ἐν τῇ ποιηθείσῃ αὐτῷ ἀντιρρήσει κατὰ τῆς ἐν Φλανδρίᾳ ποτὲ τῶν αἱρετικῶν ἀθεμίτου συνόδου, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς. Γαβριὴλ Πελοποννησίῳ τῷ μητροπολίτῃ Φιλαδελφίας, καὶ Γρηγορίῳ πρωτοσυγκέλλῳ τῷ Χίῳ, ἐν τοῖς περὶ μυστηρίων. Ἱερεμίᾳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, ἐν τρισὶ δογματικαῖς καὶ συνοδικαῖς πρὸς τοὺς ἐν Τυβίγγῃ τῆς Γερμανίας Λουθήρους ἐπιστολαῖς. Ἰωάννῃ ἱερεῖ καὶ οἰκονόμῳ Κωνσταντινουπόλεως τῷ Ναθαναήλ. Μελετίῳ Συρίγῳ τῷ Κρητὶ ἐν τῇ ποιηθείσῃ αὐτῷ ὀρθοδόξῳ ἀντιρρήσει κατὰ τῶν κεφαλαίων καὶ ἐρωτήσεων τοῦ λεγομένου Κυρίλλου. Θεοφάνει τῷ πατριάρχῃ Ἱεροσολύμων, ἐν τῇ πρὸς Ῥωξολάνους δογματικῇ ἐπιστολῇ· καὶ ἄλλοις μυρίοις. πρὸ τούτων δὲ εἴρηται μάλιστα καλῶς Συμεὼν τῷ Θεσσαλονίκης, καὶ πρὸ ἐκείνου πᾶσι τοῖς πατράσι, καὶ ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, ἱστορικοῖς τε ἐκκλησιαστικοῖς· ναὶ μὴν καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν Ῥωμαίων αὐτοκρατόρων συγγράψασι τὰς ἐξωτερικὰς ἱστορίας εἴρηται ἀποχρώντως· οἷς ἅπασι τὰ εἰρημένα χωρὶς πάσης ἀναλογίας εἴληφεν περὶ τῶν ἀποστόλων, ὧν αἵ τε

A cipit, quibus, ac cæleſtis ope gratiæ dejecto cum exercitibus & viribus ſuis adverſante nobis diabolo, propoſitum ſibi curſum perquam facile fideles abſolvunt. Hæc igitur ab fidelibus fieri cum inculpata ubique eccleſia providet, vim nullam, nullam adhibet tyrannidem; ſed hortatur, ſed admonet, ſed ea quæ ſcripturæ ſunt, edocet, illaque ſancti Spiritus operante virtute perſuadet.

His & nonnulla adverſum nos ridicula, penituſque contemnenda homuncio quidam, Claudius nomine, Charentonienſis, uti diximus, miniſter, adjecit. Sed & inter fabulas quæcumque dixit ille, recenſemus, ipſumque ceu funditus illiteratum, immo ceu monſtrum agnoſcimus. [a] Enimvero infinitis iſte ſe ſe doctoB ribus anteponit, qui Spiritus ſancti virtute præditi, apud Orientalem eccleſiam tum ſapientia, cum & ſanctitate hactenus floruere.

[a] Forte pro. Nam & poſt Photium plurimi fuere & ſunt, qui &c.

Ineptiſſimam pariter adverſarii noſtri promunt argumentationem, cum Orientales nonnullos ſacerdotes realem ac veram panis in corpus Domini converſionem minime confiteri, inde probari contendunt, quod panem ſanctum in aliquo templi loco extra altare ligneis incluſum thecis ad aliquam appoſitum columnam aſſervant. Neque enim negamus pauperes quoſdam ſacerdotes ligneis in vaſis Dominicum corpus aſſervare; verum nec lapidibus, nec marmoribus honoratur Chriſtus; ſed mentem ſanam & cor purum a nobis expoſcit.

C Hoc ipſum & Paulus quidem aſſerit, dicens: *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.* Aſt ſingulis in eccleſiis, quarum per facultates licet, quemadmodum apud nos Jeroſolymis, quolibet templorum in altari Dominicum corpus cum honore ſervatur, ſeptemplici lampade coram illo jugiter ardente.

Stupendum vero nemini non videatur, qui ob collapſos fortaſſis vetuſtate ſanctuarii muros Dominicum corpus extra ſanctuarium hæretici viderint appenſum, unde & abſurdiſſima conficiunt; Chriſtum vero non viderint infantis ſpecie ſuper patella fornici ſanctuarii depictum. Apertiſſime etenim utique noſſent, ac veriſſime concluſiſſent, Orientales, ut nequaquam figuram, aut gratiam, aut id genus quidpiam ſuper patella, ſed D ipſummet Chriſtum repræſentant; ita & credere panem euchariſticum nihil aliud quam ipſum corpus Domini ſubſtantialiter fieri.

Sed & fuſius juxta ac luculentius de iſtis dictum eſt in libro qui *Confeſſio orthodoxa eccleſiæ Orientalis* inſcribitur. Item & ab Georgio Chio Coreſſio, in libris de ſacramentis, de prædeſtinatione & gratia, de libero arbitrio, de cultu & adoratione ſanctorum, de veneratione Imaginum, & in confutatione pſeudoſynodi ab hæreticis in Belgio habitæ, & in aliis plurimis. Item ab Gabriële Peloponeſio Philadelphiæ Metropolita. Item ab Gregorio Chio Protoſyncello, in libro de ſacramentis. Item ab Jeremia ſanctiſſimo Patriarcha Conſtantinopoleos, in tribus dogmaticis ac ſynoE dalibus epiſtolis ad Lutheranos Tubingenſes. Item ab Joanne Nathanaële Preſbytero & œconomo Conſtantinopoleos. Item ab Meletio Syrigo Cretenſi, in ea, quam compoſuit, refutatione orthodoxa capitulorum & Quæſtionum cujuſdam nomine Cyrilli. Item ab Theophane Hieroſolymorum Patriarcha, in dogmatica ad Roxolanos epiſtola. Item ab aliis innumeris. Sed & ante iſtos, ab Symeone Theſſalonicenſi, de iiſdem egregie ſcriptum: immo ab omnibus retro ipſum Patribus, ſynodis œcumenicis, & Annalium eccleſiaſticorum ſcriptoribus; quinetiam & ab Chriſtianorum Romanorum auctoribus, qui res paſſim exteras ſunt proſecuti. Quorum omnium una ſententia eſt, ab Apoſtolis prædicta omnia dimanaſſe, quorum traditio-

nes ſive ſcripto, ſive verbo per patres ad nos uſque pervenere.

Validiſſimum porro habemus prædictorum vel ex ipſis hæreticis argumentum. Etenim Neſtoriani poſt annum (CCCCXXVIII.) item Armeni & Cophtæ & Syri: item Æthiopes, & qui ſub Æquinoctiali habitant, & trans illum, verſus Tropicum Capricorni, quos hujuſmodi locorum incolæ vulgo Campeſios vocant, poſt annos ab Incarnatione Domini (........) ab catholica eccleſia receſſere, ſinguli ſingularem hæreſim amplexi, ut ex œcumenicorum conciliorum actis nemo non intelligit. Verumtamen circa finem numerumque ſacramentorum, necnon & circa omnia quæ ſupra diximus, (præter ſingularem ſuam hæreſim) cum eccleſia catholica prorſus conſentiunt: uti ſingulis horis videmus ipſi, & ſermone atque uſu diſcimus in hac ſancta civitate Jeruſalem: in qua ex omni gente quæ ſub cælo eſt, homines tum ſapientes, (apud illos) cum illiterati, aut habitant, aut peregrinationis ergo commorantur. Taceant igitur inepti narratores, & novitatum artifices hæretici; & mutilas tum e ſcriptura, tum ex Patribus adverſum nos ſententiolas, quibus mendacium exſtruant, callide furari ne moliantur, quemadmodum apoſtatarum & hæreticorum ab initio exſtitit conſuetudo: atque hoc loquantur unum, ſe ſe nimirum excuſationes excuſantes in peccatis, injurias in Deum, & in ſanctos evomere blaſphemias inſtituiſſe.

Epilogus.

Hæc ex multis pauca dixiſſe ſufficiat, ad plenam calumniæ ab adverſariis noſtris eccleſiæ Orientali illatæ confutationem: cujus quidem in argumentum ſuppoſititia juxta ac impia cujuſdam nomine Cyrilli capitula produxere. Ea porro quæ diximus, non ſolum noſtram adverſus hæreticos nobis obtrectantes apologiam eſſe volumus; verum etiam fidei regulæ inſtar obtinere, ex qua nova illorum emendentur dogmata, & ad catholicam atque Apoſtolicam eccleſiam ipſi reducantur: quandoquidem majores eorum olim in illa meruerunt, & eccleſiaſticis contra hæreticos ſynodis (quas inique modo calumniantur iſti) ac certaminibus interfuerunt. Ab omni quippe ratione longe alienum eſt, eos (maxime cum ſibi videantur ſapientes) hominibus ſuimet amantibus & exſecrandis, ac nequaquam ex Spiritu ſancto, ſed ex mendacii principe loquentibus attendiſſe; ſanctam autem catholicam & Apoſtolicam eccleſiam, quam Filii ſui ſanguine Deus acquiſivit, deſeruiſſe, ab eaque eſſe fornicatos. Etenim longiſſime diverſo exitu, ſeparatos ab eccleſia inferni ſupplicia una cum ethnicis & publicanis illos quidem excipient; catholicam vero eccleſiam, qui cunctis ab contrariis eam hucuſque protexit, Dominus non derelinquet, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die decima ſexta Martii. Apud ſanctam civitatem Jeruſalem.

Doſitheus miſeratione divina Patriarcha ſanctæ Jeruſalem & totius Palæſtinæ, aſſero & confiteor hanc eſſe fidem eccleſiæ Orientalis.

Dorotheus Petræ epiſcopus, definiens ſubſcripſi.

Parthenius metropolita ſanctæ Nazaret.

[a] Joſaphat humillimus metropolita Ptolemaïdis & Poliſidonis, & præſul Cæſareæ Palæſtinæ, ſubſcripſi.

Neophytus humilis metropolita ſanctæ Bethlehem, ita affirmo.

Chriſtodulus humilis archiepiſcopus Gazæ & Joannicii ſanctiſſimi archiepiſcopi ſanctæ Cavernæ [b] locum tenens, definiens ſubſcripſi.

[a] Pro, Joaſaph.

[b] Prius prave legebatur, tentorio præpoſitus.

διὰ γραφῆς ἢ λόγου παραδοθέντα διὰ τῶν πατέρων ἀφίκοντο μέχρις ἡμῶν.

Συνίσταται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ ἐκ τοῦ παρὰ τῶν αἱρετικῶν λόγου. Νεστορῖται μὲν γὰρ μετὰ ἔτη τῆς σωτηρίας (υ' κ' η'.) Ἀρμένιοί τε, καὶ Κόπται, καὶ Σύροι, καὶ ἔτι Αἰθίοπες οἱ ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν, καὶ ἐπέκεινα τούτου κατὰ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν οἰκοῦντες, οὓς καὶ Καμπησίους οἱ ἐνταῦθα κοινῶς ὀνομάζουσι, μετὰ ἔτη .... τῆς ἐνσάρκου ἐπιδημίας, ἀπορραγέντες τῆς καθόλου ἐκκλησίας· καὶ ἕκαστος τούτων ἔχει μόνον τινὰ αἵρεσιν, ὡς οἱ πάντες ἐκ τῶν πρακτικῶν τῶν οἰκουμενικῶν ἴσασι συνόδων. ἀλλ' ὅμως περὶ τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἱερῶν μυστηρίων, καὶ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἁπάντων (πλὴν τῆς ἰδίας αὐτῶν αἱρέσεως, ὡς εἴρηται) ἀσφαλῶς συμφωνοῦσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς αὐτοῖς ὄμμασιν ἑκάστοτε βλέπομεν, καὶ ἀκοῇ καὶ λόγῳ μανθάνομεν, ἐνταῦθα ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλήμ· ἐν ᾗ ἀπὸ παντὸς ἔθνους καὶ οἰκοῦσι καὶ πάντοτε ἐπιδημοῦσι, πλεῖστοι ὄντες παρ' αὐτοῖς, σοφοί τε ὄντες τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ ἰδιῶται. σιωπάτωσαν τοίνυν οἱ κενόφωνοι, καὶ νεωτεροποιοὶ αἱρετικοί, καὶ μὴ ἐπιχειρείτωσαν, ἔκ τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν πατέρων καθ' ἡμῶν κλέπτοντες ῥησείδια ἄττα σεσοφισμένως εἰς σύστασιν τοῦ ψεύδους, ὡς πεποιήκασι πάντες οἱ ἀπ' ἀρχῆς ἀποστάται, καὶ αἱρετικοί· καὶ λεγέτωσαν ἓν καὶ μόνον, ὅτι προφασιζόμενοι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις προῄρηνται λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ βλάσφημα κατὰ τῶν ἁγίων.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα εἰς καθαίρεσιν τοῦ ψεύδους τῶν ἀντικειμένων, ὅπερ ἐπενόησαν κατὰ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, προβαλλόμενοι μάρτυρα τῆς ἐπηρείας τοῦ ψεύδους, τὰ ἀσύστατα καὶ ἄθεα κεφάλαια τοῦ λεγομένου Κυρίλλου. ἔστωσαν δὲ οὐκ εἰς σημεῖον ἀπολογούμενοι τοῖς ὡς ἀληθῶς ἀδίκως ἡμᾶς διαβάλλουσιν αἱρετικοῖς· ἀλλ' εἰς σημεῖον πιστευόμενα, ὥστε εἰς διόρθωσιν τῶν καινοτομησάντων αὐτοῖς, καὶ ἐπιστροφὴν αὐτῶν πρὸς τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ποτε ἐπλανήθησαν, καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν ἦσαν, καὶ ἐν ταῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν συνόδοις (ἃς νῦν αὐτοὶ ἀθετοῦντες καθυβρίζουσι) καὶ ἀγῶσι παρῆσαν. ἄτοπον γὰρ πεπιστευκέναι αὐτοὺς (καὶ μάλιστα αὐχοῦντας εἶναι σοφοὺς) ἀνδράσι φιλαύτοις τε καὶ βεβήλοις, καὶ λαλήσασιν οὐκ ἐκ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ψεύδους. τὴν δ' ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ἣν περιεποιήσατο ὁ Θεὸς τῷ αἵματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐγκαταλιπεῖν, καὶ ταύτης ἀποπορνεῦσαι. ἄλλως γὰρ ἂν, αὐτοὺς μὲν τοὺς ἀπορραγέντας τῆς ἐκκλησίας, τὰ ὅμοια διηνεκῶς μετὰ τῶν ἐθνικῶν καὶ τελωνῶν δέξονται. τὴν δὲ καθολικὴν ἐκκλησίαν οὐ παρόψεται ὁ ταύτην ἕως ἄρτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐναντίων διατηρῶν κύριος, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐν ἔτει τῷ σωτηρίῳ α, χ' ο' β'. μηνὶ Μαρτίῳ, ι' ς'. Ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλήμ.

Δοσίθεος ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης τῆς ἁγίας Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσης Παλαιστίνης, ἀποφαίνομαι καὶ ὁμολογῶ ταύτην εἶναι τὴν πίστιν τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Ὁ Πέτρας Δωρόθεος, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ ἁγίας Ναζαρὲτ μητροπολίτης Παρθένιος.

Ὁ Ἰωάσαφ ἐλάχιστος μητροπολίτης Πτολεμαΐδος καὶ Πολυσίδωνος καὶ πρόεδρος Καισαρείας Παλαιστίνης, ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης ἁγίας Βηθλεὲμ Νεόφυτος ἀποφαίνομαι.

Ὁ ταπεινὸς ἀρχιεπίσκοπος Γάζης Χριστόδουλος, καὶ [a] τὸν τόπον ἐπέχων Ἰωαννικίου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου τοῦ ἁγίου σπηλαίου, ὁρίσας ὑπέγραψα.

[a] Lege, τὸν τόπον.

Ο ἐλάχιστος ἀρχιεπίσκοπος Λύδδης Αντώνιος.

Χριστόφορος ἁμαρτωλὸς ἀρχιεπίσκοπος Νεαπόλεως, καὶ πρόεδρος Σεβαστείας, ὑπέγραψα.

Ο μέγας ἀρχιμανδρίτης τοῦ ἁγίου Τάφου Δανιὴλ ἱερομοναχὸς, συναινῶν ἐν πᾶσι τοῖς ἄνω ὑπέγραψα.

Κύριλλος ἱερομόναχος καὶ μέγας Ιεροσολύμων πρωτοσύγκελλος, καὶ προηγούμενος τῆς ἐν Τραπεζοῦντι τοῦ ἁγίου Τάφου μονῆς, ὑπέγραψα.

Μελέτιος ἀνάξιος ἱερομόναχος καὶ ἀρχιμανδρίτης καὶ ἀποκρισιάριος ἁγίου τοῦ ζωοφόρου Τάφου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Ιβήρων βασιλέα Παγκράτιον, καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους αὐθέντας Κολχίδος, καὶ Γουρίας, καὶ πάσῃ τῇ ἐνδημούσῃ ἐν τῇ ἄνω Ιβηρίᾳ συνόδῳ, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ιωσὴφ ἱερομόναχος Μπαραταπασίλης καθηγούμενος τῆς ἐν Ιεροσολύμοις μονῆς τῶν Ιβήρων, συναινῶ.

Ο καθηγούμενος τῆς ἁγίας Βηθλεὲμ Γρηγόριος ἱερομόναχος, ὑπέγραψα.

Αβέρκιος ἱερομόναχος καὶ καθηγούμενος τῆς σεβασμίας καὶ βασιλικῆς μονῆς τοῦ Αρχαγγέλου, ὑπέγραψα.

Ο καθηγούμενος τῆς ἁγίας Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάββα Δανιὴλ ἱερομόναχος.

Διονύσιος ἱερομόναχος καὶ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Ηλιοῦ, συναινῶ.

Αρσένιος ἱερομόναχος καὶ καθηγούμενος τοῦ ἐν Πετζαλᾶ τοῦ ἁγίου Γεωργίου, ὑπέγραψα.

Ο καθηγούμενος τῆς ἁγίας Θέκλης Νεόφυτος ἱερομόναχος.

Γερμανὸς ἱερομόναχος καὶ ἐφημέριος τοῦ ἁγίου Τάφου. C

Ο πνευματικὸς τῶν μοναζουσῶν Καλλίνικος ἱερομόναχος, ὑπέγραψα.

Ο μέγας ἀρχιδιάκονος Ιεροσολύμων Αζαρίας μετὰ τῶν λοιπῶν ἱεροδιακόνων, συναινοῦμεν.

Ο καθηγούμενος τοῦ Προδρόμου Μακάριος ἱερομόναχος.

Αββακοὺμ σκευοφύλαξ τοῦ ἁγίου Τάφου, ὑπέγραψα.

Δανιὴλ ἱερομόναχος καὶ σύγκελλος Ιεροσολύμων.

Ο ἀπὸ Ρωσίας τῆς μεγάλης Τιμόθεος, ὁμολογῶ ταύτην εἶναι τὴν πίστιν ἡμῶν καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Ο μέγας οἰκονόμος Μιχαὴλ ἱερεὺς πιστεύει καὶ ὁμολογεῖ εἶναι τὴν πίστιν ἡμῶν, ἣν κελεύει καὶ προστάττει ἀποστολικὴ καὶ ὀρθόδοξος ἐκκλησία. *Subſignavit Arabice.* D

Ο μέγας σκευοφύλαξ Ισαὰκ ἱερεύς. *Sign. Arab.*

Ο μέγας σακελλάριος Μιχαὴλ ἱερεύς. *Sign. Arab.*

Ο μέγας σακελλίου Μωϋσῆς ἱερεύς.

Ο πρωτοπαπᾶς Σουρούρ ἱερεύς. *Sign. Arab.*

Ο οἰκονόμος Λύδδης Ηλίας ἱερεύς.

Ο οἰκονόμος Ραμπλίου Σουλεϊμὰν ἱερεύς.

Ο πρωτοπαπᾶς Λύδδης Αγάπιος ἱερεύς, μετὰ τῶν σὺν ἐμοὶ ἱερέων, Αβίβ. *Sign. Arab.*

Γερμανὸς ἱερομόναχος καὶ ἔξαρχος τῆς ἀρχιεπισκοπῆς Ιόππης, συναινῶ.

Γεώργιος ἱερεὺς οἰκονόμος Καισαρείας Παλαιστίνης. *Sign. Arab.*

Συμεὼν ἱερεὺς ἐφημέριος τοῦ ἐν τῷ Καρμηλίῳ ἁγίου Ηλιοῦ. E *Sign. Arab.*

Ο πρωτοσύγκελλος Μολδοβλαχίας Γρηγόριος ἱερεὺς, ὁμολογῶ ταύτην εἶναι τὴν καθολικὴν πίστιν ἡμῶν καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Σεραφεὶμ ἱεροδιάκονος ὁ ἀπὸ Μιλήτου ὅμοιον ἀποφαίνομαι.

Ο σύγκελλος Ιεροσολύμων Γεννάδιος ἱερομόναχος, ὑπέγραψα.

Οἰκονόμος Νεαπόλεως Μωϋσῆς ἱερεύς. *Sign. Arab.*

Ο Φιλήμων ἱερομόναχος καὶ ἀρχιμανδρίτης, καὶ ἐπίτροπος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Βοστρῶν, ὁρίσας ὑπέγραψα.

A Antonius humillimus archiepiſcopus Lyddæ.

Chriſtophorus peccator archiepiſcopus Neapoleos, & Sebaſtæ præſul, ſubſcripſi.

Daniël hieromonachus, magnus archimandrita ſancti Sepulcri, cum præcedentibus omnino conſentiens ſubſcripſi.

Cyrillus hieromonachus, & magnus Hieroſolymorum protoſyncellus, & monaſterii Trapezuntini ſancti Sepulcri præpoſitus, ſubſcripſi.

Meletius indignus hieromonachus, & archimandrita & apocriſiarius ſancti vitalis Sepulcri, ad piiſſimum Iberorum regem Pagratium, ac illuſtriſſimos Colchidis & Guriæ principes, una cum ſuperioris Iberiæ ſynodo definiens ſubſcripſi.

B Joſeph Emparataſielnes, hieromonachus & monaſterii Iberorum Hieroſolymitani præpoſitus, idem cenſeo.

Gregorius hieromonachus, præpoſitus ſanctæ Bethlehem, ſubſcripſi.

Abernius hieromonachus, & venerabilis ac regalis monaſterii Archangeli præpoſitus, ſubſcripſi.

Daniël hieromonachus, & ſacræ Lauræ ſancti Sabbæ præpoſitus.

Dionyſius hieromonachus, & ſancti Eliæ præpoſitus, ita cenſeo.

Arſenius hieromonachus & ſancti Georgii in Pezala præpoſitus, ſubſcripſi.

Neophytus hieromonachus, præpoſitus ſanctæ Theclæ.

C Germanus hieromonachus, & Ephemerius ſancti Sepulcri.

Callinicus hieromonachus, ſanctimonialium confeſſarius, ſubſcripſi.

Azarias magnus archidiaconus Hieroſolymorum, cum ceteris diaconis, ita ſentio.

Macarius hieromonachus, præpoſitus divi Joannis Baptiſtæ.

Abbacum ſcevophylax ſancti Sepulcri, ſubſcripſi.

Daniël hieromonachus & ſyncellus Hieroſolymorum.

Timotheus majoris Ruſſiæ monachus, confiteor hanc eſſe fidem noſtram, & eccleſiæ Orientalis.

D Papa Michaël magnus Oeconomus credit & confitetur hanc eſſe fidem noſtram, quam præcipit & præſcribit Apoſtolica & orthodoxa eccleſia. *Hic ſignavit Arabice.*

Papa Iſaac, magnus ſcevophylax. *Signavit Arabice.*

Papa Michaël, magnus ſacellarius. *Sign. Arab.*

Moyſes, magnus preſbyter Sacelli.

Protopapas Sourour, ſacerdos. *Signavit Arabice.*

Elias, ſacerdos & Oeconomus Lyddæ.

Solimanus ſacerdos, Oeconomus Ramphi.

Habib Agapius ſacerdos, Protopapas Lyddæ, cum omnibus ſacerdotibus meis. *Signavit Arabice.*

Germanus hieromonachus & exarchus archiepiſcopatus Joppes, ita cenſeo.

Georgius ſacerdos, Oeconomus Cæſareæ Palæſtinæ, *Signavit Arabice.*

E Symeon ſacerdos, Ephemerius ſancti Eliæ in monte Carmelo. *Signavit Arabice.*

Gregorius ſacerdos, protoſyncellus Moldaviæ, confiteor hanc eſſe catholicam fidem noſtram & eccleſiæ Orientalis.

Seraphim hierodiaconus Mileti, idem affirmo.

Gennadius hieromonachus, Hieroſolymorum ſyncellus, ſubſcripſi.

Moyſes ſacerdos, Oeconomus Neapoleos. *Signavit Arabice.*

Philemon hieromonachus & archimandrita, & procurator ſanctiſſimæ Metropoleos Boſtrorum, definiens ſubſcripſi.

Macarius Cretenſis hieromonachus & prædicator ſancti ac ſacri evangelii, & ad fideles Macedoniæ, Achaïæ & Aſiæ in ſanctum Sepulcrum pios legatus, ſubſcripſi.

Jeſus ſacerdos, Oeconomus ſanctæ Bethlehem.

Georgius ſacerdos & Ephemerius ſanctæ Cavernæ.

Iſas ſacerdos & Ephemerius ſanctæ Cavernæ.

Jeremias ſacerdos, Oeconomus Pezalæ.

Chores ſacerdos Campempæ, & Oeconomus Petræ.

Paſchalis ſacerdos, Ephemerius ſancti Montis Thabor, & adminiſtrator oppidi ejuſdem nominis, & oppidi Naïm, necnon & adjacentium, ſubſcripſi.

Leontius exarchus Scythopoleos.

Germanus hieromonachus, exarchus ſive adminiſtrator Gabaonis & Ramalæ.

Agapius ſacerdos & Oeconomus Gazeorum, & qui mecum ſunt ſacerdotes & diaconi.

Aritheles Logotheta Remlii.

Galaction monachus & ſcevophylax.

Georgius ſacerdos & Oeconomus Ptolemaïdis, ſubſcripſi.

Gabriel hieromonachus protoſyncellus & protopſaltes Hieroſolymorum, in hac apologia, quam pro fide noſtra catholica contra hæreticos unanimiter compoſuimus, ſubſcripſi.

Juſtinus hierodiaconus ſecundi ordinis, & Hieroſolymorum domeſticus.

Joſeph hierodiaconus, & tertius diaconorum.

Jacob hierodiaconus.

Athanaſius hierodiaconus.

Joachim magnus eccleſiarcha.

Joachim hieromonachus ad Cathocridanos fideles legatus.

Lucianus hieromonachus & ſyncellus Hieroſolymorum.

Joannes magnus Logotheta ſanctæ Reſurrectionis. *Signavit Arabice.*

Chaleles, filius Petri, magnus protonotarius. *Signavit Arabice.*

Naſer, primicerius.

Antonius, lampadarius.

Atitheles, referendarius.

Cyrillus hieromonachus, præpoſitus Neochorii.

Joaſaph hieromonachus, archimandrita ſancti Sepulcri, & apud ſereniſſimum Moſcoviæ Imperatorem Alexium Apocriſiarius, ſubſcripſi.

Doſitheus patriarcha Hieroſolymitanus, manu propria ſcribimus & affirmamus præſens autographum, prout ſupra digeſtum, cum legitimis ſubſcriptionibus, & integra rei geſtæ ſerie in magnum Apoſtolici noſtri throni codicem, ad æternam rei memoriam ac firmitatem, fuiſſe relatum die vigeſima Martii anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi ſecundi.

Nectarius Hieroſolymorum antehac patriarcha, affirmo & confiteor hanc eſſe fidem noſtram & eccleſiæ Orientalis.

Locus ſigilli.

Nectarius monachus hypomnematographus ſanctæ Reſurrectionis Chriſti ac Dei noſtri, cum ſancta ſynodo conſentiens, ſubſcripſi.

A Μακάριος ἱερομόναχος ὁ ἀπὸ Κρήτης, καὶ κῆρυξ τοῦ ἁγίου καὶ ἱεροῦ εὐαγγελίου, καὶ πρὸς τοὺς ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἀχαΐᾳ, καὶ Ἀσίᾳ εὐσεβεῖς τοῦ ἁγίου τάφου πρεσβευτὴς, ὑπέγραψα.

Ὁ οἰκονόμος τῆς ἁγίας Βηθλεὲμ Ἰησοῦς ἱερεύς.

Γεώργιος ἱερεὺς, καὶ ἐφημέριος τοῦ ἁγίου σπηλαίου.

Ἰσας ἱερεὺς καὶ ἐφημέριος τοῦ ἁγίου σπηλαίου.

Ὁ οἰκονόμος Πεζαλᾶ Ἱερεμίας ἱερεύς.

Ὁ Χορὲς Καμπέμπης καὶ οἰκονόμος Πέτρας.

Ὁ ἐφημέριος τοῦ ἁγίου ὄρους Θαβὼρ, καὶ διοικητὴς τῆς κώμης αὐτοῦ, καὶ κώμης Ναΐν, καὶ τῶν πέριξ, ἤτοι Πασχάλης ἱερεὺς, ὑπέγραψα.

B Λεόντιος ἔξαρχος Σκυθοπόλεως.

Ὁ ἔξαρχος ἤτοι διοικητὴς Γαβαὼν καὶ Ραμάλης Γερμανὸς ἱερομόναχος.

Ὁ οἰκονόμος Γαζέων Ἀγάπιος ἱερεὺς, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ἱερεῖς καὶ διάκονοι.

Ἀτιθέλης λογοθέτης Ρεμλίου.

Γαλακτίων μοναχὸς καὶ σκευοφύλαξ.

Γεώργιος ἱερεὺς καὶ οἰκονόμος Πτολεμαΐδος, ὑπέγραψα.

Γαβριὴλ ἱερομόναχος πρωτοσύγκελλος καὶ πρωτοψάλτης Ἱεροσολύμων, ἐν ταύτῃ τῇ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀπολογίᾳ, ἣν ὑπὲρ τῆς καθολικῆς ἡμῶν πίστεως ὁμοθυμαδὸν συνεπήξαμεν, ὑπέγραψα.

C Ὁ δευτέρων τῶν ἱεροδιακόνων Ἰουστῖνος καὶ δομέστικος Ἱεροσολύμων.

Ἰωσὴφ ἱεροδιάκονος, καὶ τρίτος διακόνων.

Ἰακὼβ ἱεροδιάκονος.

Ἀθανάσιος ἱεροδιάκονος.

Ἰωακεὶμ ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης.

Ὁ πρεσβευτὴς πρὸς τοὺς Κατοχριδὰν εὐσεβεῖς Ἰωακεὶμ ἱερομόναχος.

Λουκιανὸς ἱερομόναχος καὶ σύγκελλος Ἱεροσολύμων.

Ὁ μέγας λογοθέτης τῆς Ἀναστάσεως Ἰωάννης. *Signavit Arabice.*

D Ὁ μέγας πρωτονοτάριος Χαλέλης υἱὸς Πέτρου. *Signavit Arabice.*

Ὁ πριμμικήριος Νάσρ.

Ὁ λαμπαδάριος Ἀντώνιος.

Ὁ ῥεφερενδάριος Ἀτιτέλης.

Ὁ ἡγούμενος Νεοχωρίου Κύριλλος ἱερομόναχος.

Ὁ ἀρχιμανδρίτης τοῦ ἁγίου τάφου, καὶ ἀποκρισιάριος πρὸς τὸν γαληνότατον αὐτοκράτορα Μοσχοβίας Ἀλέξιον Ἰωάσαφ ἱερομόναχος, ὑπέγραψα.

E Τὸ παρὸν ὡς κατ' ἄνωθεν κατὰ στάσιν ὑπογραφῶν ἀκολουθία καὶ πίστις τῆς πραγματείας κατέστρωται ἐντῷ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου κώδικι, εἰς μνήμην αἰώνιον ἅμα καὶ ἀσφάλειαν, Μαρτίου κ, ᾳχοβ. ὁ Ἱεροσολύμων πατριάρχης Δοσίθεος ἰδίᾳ χειρὶ γράφομεν καὶ ἀποφαινόμεθα.

Ὁ πρώην Ἱεροσολύμων πατριάρχης Νεκτάριος ἀποφαινόμενος ὁμολογῶ ταύτην εἶναι τὴν πίστιν ἡμῶν καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Locus ſigilli.

Ὁ Νεκτάριος μοναχὸς καὶ ὑπομνηματογράφος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως συναποφαινόμενος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὑπέγραψα.

NOUS CHARLES FRANÇOIS OLIER DE NOINTEL, *Conſeiller du Roy en ſes Conſeils en ſa Cour de Parlement de Paris, & Ambaſſadeur pour Sa Majeſté Tres-Chreſtienne a la Porte Othomane; Atteſtons à tous qu'il appartiendra, que le ſieur Doſithée à preſent Patriarche Grec de la ſainte Ville de Jeruſalem, ayant eſté obligé de venir à Conſtantinople, Nous a declaré qu'il avoit pleinement ſatisfait à ce que nous avions ſouhaité de luy, ſuivant les avis qu'il en avoit receus par nos lettres. & qu'il eſperoit que par la benediction de Dieu ſur ſon travail, les faits conteſtez & mal à propos imputez à ſon Egliſe par les Lutheriens & Calviniſtes, ſeroient tellement diſſipez, qu'il n'en reſtera que la confuſion aux calomniateurs qui les ont avancez. C'eſt la confiance qu'il nous a témoignee, nous mettant entre les mains*

ce preſent

Anno Christi 1672.

ce preſent Livre, qu'il nous a aſſuré avoir eſté par luy redigé & ſigné, auſſi-bien que par ſon predeceſſeur, & les Prelats & autres de ſon Patriarchat : ajoûtant qu'eſtant fortifié par l'autorité Synodale, il eſperoit qu'il décideroit abſolument, ce qui n'a pu raiſonnablement eſtre mis en queſtion. Et d'autant plus que nous voudrions bien à ſa priere en rendre la verité publique & conſtante en France, c'eſt donc pour y ſatisfaire que nous la confirmons, en y appoſant noſtre ſignature, & la faiſant ſceller de nos armes, & contreſigner par noſtre premier Secretaire.

Donné à noſtre Palais ſur le Canal de la Mer noire, ce Septembre, mil ſix cens ſoixante-treize.

OLIER DE NOINTEL, Ambaſſadeur pour Sa Majeſté Tres-Chreſtienne à la Porte Othomanne,

Par mondit Seigneur. LE PICARD.

Anno Christi 1672.

DIONYSII
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,
ſuper Calviniſtarum erroribus, ac reali in primis præſentia, reſponſio, anno eodem MDCLXXII. edita.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΛΕΩι ΘΕΟΥ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Ex eadem editione. Exem lor Græ um mſ. ab ipſomet Patriarcha Dionyſio datum Oratori Regio Conſtantinopoli, ut tranſmitteretur in Bibliothecam Regiam.

ΟΥκ ἀνάξιον εὐαγγελικῆς πολιτείας, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπάξιον δέον ἐστὶ θύραν ἀνοίγειν ἀεὶ διδασκαλίας τῷ κρούοντι, καὶ τῷ φιλοπευστοῦντι τὰς ἀποκρίσεις φιλεργεῖν ἀκοπίαστον, τοὺς εἰληχότας θεόθεν ταύτης ἐπιμέλειαν. καὶ γὰρ ἐντολὴν ἑαυτοῖς ἔχειν ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου παρεκελεύσθημεν ἑτοίμους ἑαυτοὺς πρὸς ἀπολογίας παντὶ τῷ λόγον ἡμᾶς αἰτοῦντι, ταύτης ἕνεκα, τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. καὶ τοῦτο ποιοῦντες μετὰ πραότητος ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει, ὡς ἐνετάλθημεν· οἱ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὔτε εἰπεῖν δὲ ἐσμὲν ἱκανοί, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐξευρόντα πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ δεδωκότα Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ ἀτενίζοντες, ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ λόγου αὐτοῦ, ἐν ᾧ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως, καὶ τοῦ παρακλήτου πνεύματος τοῖς ὀρθοδόξοις ἀποκαλυπτομένων σωτηριωδῶν διδαγμάτων, οἷς ἐνθαλαμευόμενον περιείργεται ἡ εὐσέβεια, τὰς ἀπολογίας πραγματευόμεθα, πᾶσαν ἀλλοτρίαν ἀποβάλλειν μεμαθηκότες τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας φωνὴν καὶ ἔννοιαν. ἐπεὶ παρ' οὖν καὶ τινες νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως φιλοπραγμονοῦντες τινῶν περὶ τινα τῶν καθ' ἡμᾶς κινηθέντες, προβεβλήκασιν ἡμῖν ἐρωτήσεις ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, ἀπόκρισιν αἰτοῦντες ὅπόσα δηλαδὴ τὸν ἀριθμὸν μυστήρια πρεσβεύει ἡ πρὸς ἀνατολὴν καθ' ἡμᾶς καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. καὶ οἷα περὶ τοῦ θείου μυστηρίου τῆς εὐχαριστίας φρονοῦμεν. ἔτι περὶ τοῦ φωτίσματος, εἰ ἀναγκαῖον τοῖς βρέφεσιν ἐστὶ δηλονότι τὸ βάπτισμα· καὶ ἱκανὰ ζητημάτων περὶ αὐτὰ θεωρουμένων. περὶ τε τῆς ἀρχιερωσύνης, εἰ ἀναγκαῖα τυγχάνει τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰ ὁ ἀρχιερεὺς θείᾳ νομοθεσίᾳ τοῖς πρεσβυτέροις ἐφίσταται. καὶ εἰ παρ' ἐναντίως φέρονται τῆς γραφῆς οἱ ἀγαμίαν αἱρούμενοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. καὶ ἐὰν ἡ καθολικὴ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ὁρατὴ ἀεὶ ἔρχεται, καὶ ἀσφαλής. περί τε προσκυνήσεως τῶν ἁγίων, καὶ τῆς ἀναφορικῆς τῶν εἰκόνων προσκυνήσεως, καὶ περὶ ἐξαιρετουμένης νηστείας, καὶ ἀποχῆς ἱκανῶν βρωμάτων. καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλίων, Τωβίου, Ἰουδὴθ, Σοφίας, [a] Ἐκκλησιαστοῦ, Βαρούχ, καὶ Μακκαβαίων· εἴγε μερὸς γραφῆς λογιζόμεθα ταῦτα, ἢ ὡς ἐθνικά ἔστιν ἀποβάλλομεν.

[a] Lego, Ἐκκλησιαστικοῦ.

Τοιαύτας οὖν θέματα ἔδοξεν ἡμῖν, τὰς ἐρωτήσεις αὐτοῦ ὅλως παραδραμεῖν σιωπῇ, ἵνα μὴ σοῦ ἄλλοις καὶ λόγον ἀμελείας ἀπαιτηθῶμεν· ἀλλὰ μᾶλλον τινος ἀπολογίας ἀποχρῶσας τινα νῦν αὐτὰς ἠξιώσαμεν, ἐν ἀποκρίσει τῇ ἀλη-

DIONYSIUS MISERATIONE divina archiepiſcopus Conſtantinopoleos, ſeu novæ Romæ, & Patriarcha œcumenicus.

EVangelico haudquaquam indignum eſt inſtituto, immo vero digniſſimum, ut doctrinæ januam pulſanti nunquam non aperiant, atque interroganti facere in promptu ſatis enitantur, quos rebus iſtis ut incumberent, ſors divina deputavit. Etenim Apoſtolico accincti ſumus mandato, *ut paratos exhibeamus nos* (eadem utique de cauſſa) *ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea quæ in nobis eſt, ſpe.* Hoc ipſum vero *cum modeſtia & conſcientia bona* faciamus, juxta mandatum quod accepimus: *quoniam non ſumus ſufficientes aliquid ex nobis ipſis eloqui*, immo neque *cogitare.* Quamobrem ad eum *qui omnem adinvenit ſemitam ſcientiæ, eamque oſtendit Jacob filio ſuo & Iſrael dilecto ſuo*, intendentes, ex ſalutaribus inſtitutis, in quibus incluſa pietas traducitur, quæ per ſe ipſum, perque Filium ac Verbum ſuum, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ*, & per Spiritum Paracletum fidelibus revelavit, reſponſiones componere molimur; id quidem luminis indidem adepti, quo vel dictionem vel cogitationem ab ſcientia Domini alienam penitus effugiamus. Porro nonnulli hac ætate ad accuratam quarumdam, ex iis quæ geruntur apud nos, rerum inquiſitionem, qua de cauſſa neſcio, permoti, de dogmatibus eccleſiaſticis quæſtiones propoſuere nobis, reſponſum utique flagitantes, quot nimirum ſacramenta admittat catholica atque Apoſtolica noſtra Orientalis eccleſia, quidve de divino Euchariſtiæ ſacramento ſentiamus. Præterea circa illuminationem, ſive baptiſmum, ſitne infantibus neceſſarius: ac nonnullas huc ſpectantes quæſtiones, ſatis quidem graves, propoſuere. Item, utrum neceſſarius in eccleſia epiſcopatus, ceteriſque ſacerdotibus diſpoſitione divina Pontifex ſit præfectus. Item, utrum contrariam ſacris ſcripturis ducant vitam, qui ex utroque ſexu cælibem elegere. Item, num catholica Chriſti eccleſia perpetuo viſibilis futura ſit & inconcuſſa. Inſuper & circa invocationem Sanctorum, & eam quæ ſanctis Imaginibus exhibetur, venerationem. Item circa jejunium & indictam a quibuſdam cibis abſtinentiam. Item & circa nonnullos, quos in controverſiam vocant, veteris Teſtamenti libros, ſcilicet Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, & Machabæorum; tales, inquam, utrum inter ſacra Biblia, an inter profana recenſeamus, interrogavere.

Baruch 3. 37.

Ea re haudquaquam æquum duximus hujuſmodi quæſtiones ſilentio penitus præterire, ne a nobis, uti fere contingit, ratio exigeretur forte neglectionis: quin potius dignas omnino cenſuimus, quibus e veſti-

gio aliqua ſaltem brevi, licet inculta, at ex ſimpliciſſimæ veritatis fonte traducta reſponſione ſatisfaceremus, quatenus id nos temporis, non ita quidem opportuni, ab ſilentii incuſatione ſivit exſolvere.

Interrogantibus itaque dicimus ſancta ac veneranda ſeptenario numero eſſe apud nos ſacramenta, a quo primum ſacri Evangelii nobis lumen illuxit, ſingula quidem certiſſima, atque ſaluti fidelium perquam neceſſaria.

Primum eſt ſanctum Baptiſma, in quo peccatum originale deletur, necnon & actuale, ſi quod in ſuſcipiente reperiatur: per quod & ſpiritualiter regenerati, in viam vitæ æternæ denuo introducimur.

Secundum eſt ſanctum Chriſma, in quo ſpirituali robore donamur, quo libere ac firmiter poſſimus ore promere quod corde credimus.

Tertium eſt ſanctæ communionis ſacramentum, in quo ſpiritualiter refecti, in ea quæ ſecundum ſpiritum eſt, vita conſervamur ac proficimus.

Quartum, Pœnitentia, per quam dimiſſis homini actualibus peccatis, ea quibus per peccatum fuerat exſpoliatus, bona reſtituuntur.

Quintum eſt Matrimonium, quod aperte declarat Apoſtolus eſſe ſacramentum.

Sextum eſt Ordinis ſacramentum a Chriſto inſtitutum, per quod divina gratia confertur, & ſacramenta cetera conficiuntur.

Septimum eſt Unctio, quam vocamus εὐχέλαιον. (*hoc eſt, factam cum precibus unctionem*) Hujus duplex effectus eſt, animæ nimirum corporiſque ſanatio.

Circa tremendum vero euchariſtiæ ſacramentum, firmiter credimus & confitemur Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti vivum reali præſentia inviſibiliter præſens eſſe in hoc ſacramento. Cum enim ſacerdos celebrans poſt verba Dominica, hæc dicit: *Fac panem quidem hunc pretioſum corpus Chriſti tui; quod vero eſt in calice hoc, pretioſum ſanguinem Chriſti tui, tranſmutans Spiritu tuo ſancto*: tunc ſupra omnem naturæ modum & ineffabiliter, operante Spiritu ſancto, panis quidem realiter, vere, ac proprie in ipſummet Chriſti Salvatoris corpus, vinum vero in ſanguinem ejus animatum tranſmutatur. Ipſumque totum credimus eſſe Chriſtum, qui & offert & offertur, qui & ſuſcipit & diſtribuitur omnibus, & integer a ſingulis impaſſibiliter manducatur. Porro quicumque ad hujus participationem digne accedunt, vitam inveniunt, quippe qui ipſimet Chriſto inſeruntur; qui autem indigne, judicium, in exitium ſuopte proruentes.

Idem vero ſacramentum cultus Dei eſt, uti & appellatur; nam & cultu Deo competente Chriſti Salvatoris deificatum Corpus adoratur in illo, & pro fidelibus Chriſtianis omnibus, cum vivis, tum defunctis, ceu hoſtia immolatur.

Quod vero baptiſmum attinet, ipſum omnibus ac ſingulis infantibus credimus abſolute neceſſarium, per quem obſignantur ſigillo, quo in ſervos Chriſti cooptantur, ac per patrinum ceu fidejuſſorem ſatanæ abrenunciantes in Chriſti ſortem adſciſcuntur, ut deterſa originali labe, ab inimici laqueis deinceps conſerventur expediti; (theſaurum enim non ſigillatum facile fures invadunt, & ovi non obſignatæ ſine diſcrimine ſtruuntur inſidiæ, inquit Baſilius magnus:) & æternæ beatitudinis capaces efficiantur. Neminem quippe excipere poteſt regnum cælorum, niſi deſuper regeneratum. Etſi vero ad uſque fidei habitum nondum pervenerint, eccleſiæ tamen, necnon & parentum ſuorum fide per gratiam Dei juſtificantur.

Ad ea vero quæ circa baptiſmum quæſita ſunt, di-

θεία, καθ' ὅσον ἡμῖν ὁ παρὼν χρόνος τῆς εὐκαιρίας καιρὸν συνεχώρησε τὴν τῆς σιωπῆς κατηγορίαν ἀποφυγεῖν.

Μυστήρια μὲν οὖν ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν πιστεύομεν, (τοῖς ἐρωτῶσί φαμεν) θεῖά τε καὶ σεβάσμια ἐκ τῶν ἀρχῶν χρόνων, ἀφ' οὗπερ πρὸς ἡμᾶς κατηγγέλθη τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἀληθῆ τὰ πάντα, καὶ ἀναγκαῖα τυγχάνοντα πρὸς τὴν τῶν πιστῶν σωτηρίαν.

Ὧν πρῶτον μέν ἐστι τὸ ἅγιον Βάπτισμα, ἐν ᾧ ἀφίεται τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα, ἔτι καὶ τὰ κατ' ἐνέργειαν, ἐν ὅσοις ἢ ἔσω ἐστι. δι' οὗ πνευματικῶς ἀναγεννώμενοι, ὁδοιπόροι πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν αὖθις γινόμεθα.

Δεύτερον δέ, τὸ τοῦ ἁγίου μύρου, ἐν ᾧ τὴν πνευματικὴν ἰσχὺν ἀναλαμβάνομεν, τοῦ δύνασθαι παρρησίᾳ κηρύττειν ὅπερ ἐν τῇ καρδίᾳ πιστεύομεν.

Τρίτον, τὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἐν ᾧ πνευματικῶς τρεφόμενοι, συντηρούμεθά τε, καὶ αὐξόμεθα ἐν τῇ κατὰ πνεῦμα ζωῇ.

Τέταρτον, τὸ τῆς μετανοίας, δι' οὗ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτημάτων ἀφιεμένων, τὰ ἀγαθὰ αὖθις ἀναλαμβάνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τὰ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπολωλότα.

Πέμπτον, τὸ τοῦ γάμου, ὅπερ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς μυστήριον φαίνεται κηρυττόμενον.

Ἕκτον, τὸ τῆς ἱερωσύνης νενομοθετημένον ὑπὸ Χριστοῦ, μεταδοτικὸν θείας χάριτος, καὶ τελεστικὸν τῶν λοιπῶν μυστηρίων.

Ἕβδομον, τὸ χρίσμα, τὸ παρ' ἡμῖν καὶ εὐχέλαιον καλούμενον. ὃ καὶ διπλοῦν ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, τὸ μὲν φέρον πρὸς ἴασιν ψυχῆς, τὸ δὲ πρὸς ἴασιν σώματος.

Περὶ δὲ τοῦ φρικτοῦ μυστηρίου τῆς εὐχαριστίας, πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν ἀδιστάκτως, ὅτι τὸ ζῶν σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πάρεστιν ἀοράτως, πραγματικῇ παρουσίᾳ ἐν τῷ μυστηρίῳ. ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν τὸν λειτουργοῦντα ἱερέα μετὰ τὰ κυριακὰ λόγια· ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ· τότε τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ παναγίου πνεύματος, ὑπερφυῶς, καὶ ἀρρήτως, ὁ μὲν ἄρτος μεταποιεῖται εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ἴδιον σῶμα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, πραγματικῶς, καὶ ἀληθῶς, καὶ κυρίως· ὁ δὲ οἶνος εἰς τὸ ζωηρὸν αἷμα αὐτοῦ. καὶ αὐτὸν ὅλον τὸν Χριστὸν πιστεύομεν εἶναι τὸν προσφέροντα, καὶ προσφερόμενον, καὶ προσδεχόμενον, καὶ διαδιδόμενον ἅπασιν, καὶ ὁλόκληρον ἀπαθῶς ἐσθιόμενον. οἱ μέντοι ἀξίως μεταλαβόντες αὐτοῦ ζωοποιοῦνται, ἑνούμενοι αὐτῷ τῷ Χριστῷ· οἱ δὲ ἀναξίως, κατακρίνονται, καὶ εἰς ὄλεθρον ῥίπτουσιν ἑαυτούς.

Ὅπερ μυστήριον, καὶ λατρεία ἐστὶ καὶ λέγεται. καὶ θεοπρεπῶς ἐν αὐτῷ λατρεύεται τὸ τεθεωμένον σῶμα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ θυσία προσφέρεται ὑπὲρ πάντων τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν ζώντων καὶ κεκοιμημένων.

Περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος, πιστεύομεν ὅτι πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς βρέφεσιν ἀναγκαιότατόν ἐστι τὸ βάπτισμα. δι' οὗ σφραγῖδα λαμβάνουσι τοῦ εἶναι δοῦλοι Χριστοῦ, καὶ ἀποταττόμενοι τῷ σατανᾷ δι' ἀναδόχου καὶ ἐγγυητοῦ συντάσσονται τῷ Χριστῷ· ἵνα καὶ τῆς προπατορικῆς κηλῖδος καθαρθῶσι, καὶ τῶν παγίδων τοῦ ἐχθροῦ ἀνώτεροι διαμένωσι· θησαυρὸς γὰρ ἀσφράγιστος, εὐεπιχείρητος κλέπταις, καὶ πρόβατον ἀσημείωτον, ἀκινδύνως ἐπιβουλεύεται, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος· καὶ δεκτικὰ τῆς μακαριότητος καταστῶσιν. ὁ γὰρ μὴ ἀναγεννηθεὶς ἄνωθεν βασιλείας οὐρανῶν, ὅλως ἐστὶν ἀνεπίδεκτος. καὶ τοι μήπω εἰς τὴν τῆς πίστεως προχωρήσαντα ἕξιν, ἀλλ' οὖν δικαιοῦνται χάριτι Θεοῦ, διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν γονέων αὐτῶν.

Περὶ δὲ τῶν ζητηθέντων ἀμφὶ τὸ βάπτισμα, φαμὲν, ὅτι

Digitized by Google

Anno Christi 1672.

ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα τελείως ἐξαλείφεσθαι. ὅθεν εἰ καί τινι συμβαίη μετὰ τοῦτο τελευτῆσαι ἐν ἀπιστίᾳ, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν μὴ ἀπολελαυκέναι τὸν τοιοῦτον τῆς τοῦ προπατορικοῦ ἁμαρτήματος ἐξαλείψεως ἐν τῷ βαπτισθῆναι. ὁμολογοῦμεν δὲ, καὶ τὸν ἅπαξ δικαιωθέντα, καὶ Θεοῦ γενόμενον υἱὸν, ἐνδέχεσθαι τὸν τοιοῦτον μετὰ τὴν δικαίωσιν ἐκπεσεῖν τῆς χάριτος δι' ἀπιστίαν, ἢ καὶ θανατηφόρον ἁμαρτίαν ἑτέραν, καὶ προσκληρωθῆναι τῷ σατανᾷ καὶ υἱὸν γενέσθαι τοῦ διαβόλου. ἡ ἐργασία γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλοτριοῖ τοῦ κυρίου, καὶ προσοικειοῖ τῷ διαβόλῳ, ὁ οὐρανοφάντωρ φησίν. ἀνθ' ὧν καί τις ἀπεξεδικαιώθη, ὅμως ἀδύνατόν ἐστιν αὐτῷ εἰδέναι ἐν τῇ δικαιώσει διαμείνῃ ἕως τέλους. ἀμφίβολον καὶ ἡ ἐκλογὴ αὐτῇ ἧς ἔλαχε διὰ τῆς δικαιώσεως, ἀδηλίας ἐστὶν ὅπως ἕξει τέλος· ἐνδέχεται γὰρ ἐκπεσεῖν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀποτυχεῖν τῆς μερίδος τῶν ἐκλεκτῶν. ὅθεν ὁ μακάριος Πέτρος παρεγγυᾷ, διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὴν ἐκλογὴν ἐπιβεβαιοῦν. μᾶλλον γὰρ, φησίν, ἀδελφοί μου, σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι· εἶτ' ἐπάγει, ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. καὶ ὁ θεῖος Παῦλος προσεκτικωτέρους τινὰς ποιῶν· ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.

Ταῖς αὐταῖς, καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν λύεται ζήτημα. ὅτι ὁ δικαιωθεὶς δηλονότι πρότερον, ἐὰν ὕστερον καταολισθήσῃ πορνείαις, μοιχείαις, ἀνδροφονίαις, καὶ τοῖς τούτοις παραπλησίοις, καὶ μὴ ἀνακαλέσῃ ἑαυτὸν διὰ τῆς μετανοίας, ἐκπίπτει πάντως τῆς ἧς ἔτυχεν υἱοθεσίας, καὶ χάριτος, καὶ ἀποτυγχάνει τῆς αἰωνίου ζωῆς. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος.

Περὶ δὲ τοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀναγκαίαν εἶναι τῇ ἐκκλησίᾳ, φαμὲν, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ μέγας ἀρχιερεὺς ὁ εἰς οὐρανοὺς διεληλυθὼς, ἔθετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ποιμένας καὶ διδασκάλους, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, εἰς καταρτισμὸν τῶν ἁγίων καὶ οἰκοδομὴν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος. ὅσῳ τοίνυν ἀναγκαία ἐστὶν ἡ οἰκοδομὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, τοσοῦτον ἀναγκαιοτέρα ἐστὶν ἡ ἀρχιερωσύνη, δι' ἧς ἡ οἰκοδομὴ κατορθοῦται· καὶ τὸ εἶναι τὸν Χριστὸν ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, οὐκ ἄλλως ἐνεργεῖται εἰς τὸν αἰῶνα, εἰ μὴ διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ ἱερέων, ὧν μέσων αὐτὸς διηνεκῶς ἱερουργεῖ, καὶ ἱερουργεῖται εἰς τοὺς αἰῶνας. τῶν δὲ ἱερέων ἀρχὰς, καὶ ποιητὴς, οὐδεὶς ἕτερος ἔστι τοῦ ἀρχιερέως ἐστί, καθὼς καὶ ὁ ἱερὸς Διονύσιός φησιν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἱερεὺς ἔστι, μὴ πρὸς τῶν ἱεραρχικῶν τελετῶν εἰς τοῦτο κεκληρωμένων. διὸ καὶ Τίτος, καὶ Τιμόθεος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀναγκαίως ἀρχιερωσύνης ἠξιώθησαν, ἵνα κατὰ πόλεις διακόνους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς τῶν λοιπῶν τάξεων ὑπουργοὺς τῶν θείων καταστήσωσιν, ἐπὶ συμπληρώσει τῆς ἐν τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ἱερᾶς διακοσμήσεως.

Ἐκ τούτων συνάγεται καὶ τὸ ἕτερον ζήτημα, ὅτι ὁ ἀρχιερεὺς [illegible] τοῖς ἱερεῦσιν ἐφίσταται. οἱ ἕνεκα ἐξ αὐτοῦ τῆς θείας χάριτος ἀξιοῦνται, καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν ὑφειμένης τελοῦσι τάξεως. τὸ γὰρ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογούμενον, καὶ ὑποκείμενον αὐτοῦ πάντως ἐστί.

ſentiæ & operationis pauca quædam tentemus enarrare: non proprio ingenio conati adinvenire ratiocinationes, ad defenſionem aliquam eorum quæ olim ipſi pie de Deo prodiderunt; ſed ut quam legem ubique ſervare ſtuduimus, ut iis quæ ſunt Eccleſiæ per Eccleſiæ magiſtros fidem adſtruamus, neque uſquam ex nobis vel adjiciamus aliquid vel detrahamus his quæ illi dogmata tradiderunt; ea hic quoque lege utentes, divinam operationem ex divina eſſentia eſſe manifeſte ſanctos clamantes audiamus. Non quod ut omnia ex Deo, ſic ipſam eſſe exiſtimemus; quemadmodum his qui a nobis diſſident, præter alia multa abſurda, etiam iſtud videtur. Nam ex Deo eſſe, etiam de rebus creatis dictum eſt: ex eſſentia autem Dei eſſe, de nulla dictum eſt rerum creatarum; immo vero maxime a ſanctis omnino prohibitum eſt dici.

Magnus enim Baſilius, *Quod efficitur*, inquit, *ex facientis eſſentia non eſt.* Et divinus Damaſcenus; *Creatura, etiamſi poſtea facta eſt, at non ex eſſentia Dei.* Et iterum: *Creatura & factura, eo quod extrinſecum & non ex ſubſtantia creantis & facientis ſit quod creatur & fit, prorſus diſſimile eſt.* Verum neque ut extra divinam eſſentiam ipſam operationem ex divina eſſentia arbitramur eſſe; quemadmodum & hac in parte alicubi delirare, non tam impie, quam imperite adverſariis contigit: ne vero quiſquam ſic a mente diſcedat: ſed cum ſubſtantialem ac naturalem ipſam eſſe, cum ſit Dei motio, a Theologis didicerimus; velut ex fonte perenni divinæ eſſentiæ dicimus procedere eam & ſcaturire, nec abſque ea ullo modo poſſe cognoſci; ſed indiviſam ab ipſa ſemper permanere, ab æterno divinæ eſſentiæ coëxſiſtere, ei inſeparabiliter unitam eſſe, neque ſæculo neque aliquo temporis vel loci intervallo poſſe a divina eſſentia dirimi: ſed ſine tempore & ante ſæcula ex ipſa prodire, & eidem ſic inhærere ut divelli non poſſit. Nam magnus Athanaſius, *Cum autem*, inquit, *omnia efficiantur a Deo per Chriſtum in ſancto Spiritu, inſeparabilem animadverto operationem Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Sanctus quoque ac divinus Anaſtaſius, cujus meminit ſancta & œcumenica ſynodus, quæ & Magnum ipſum nuncupavit, in ſecunda ſua oratione de Incircumſcripto: *Videamus*, inquit, *quænam dicere de Deo audeant hæretici, Operatione*, inquiunt, *in omnibus eſt Deus, eſſentia vero nequaquam: operationem ſcilicet appellantes prodeuntem ex operatione effectum. At dixerim ego a Dei natura ſeparari non poſſe operationem ejus.* Et poſt nonnulla: *Ubi operatio apparet, ibi cum ea cognoſcitur & eſſentia, ex qua procedit. Utrumque enim incircumſcriptum eſt, atque idcirco omnino ſunt invicem inſeparabilia. Prædicat enim operatio latentem eſſentiam: intelligitur autem ſimul adeſſe cum operatione, neque eſſe poſſe ſine ipſa.* Ac rurſum: *Circa univerſum eſt operatio: ab ea autem inſeparabilis eſſentia eſt.*

Synodus vii.

At vero quemadmodum unionem divinam & ſempiternam, non ſolum ob inſeparabilitatem, ſed tum ob alia multa, tum ob communem rationem increati & incircumſcripti, ſecundum Theologiam ſanctorum prædicamus; ita & diſtinctionem ſecundum eoſdem rurſum Deo convenientem & ipſam novimus celebrare: non in omnimodam ſeparationem aut diviſionem hinc ea pertrahentes; neque aliquam intimam diſtinctionem hanc eſſe & naturalem diremptionem cogitantes, aut ea ſeparantes invicem intervallis; abſit: ſed qualem ſuſcipere cauſas naturales & effectus a ſanctis didicimus, ſola cogitatione, ut Deum decet, diſtinguentes ea quæ ſunt naturaliter unita & indiviſa. Nam magnus Athanaſius, in quinta ſua oratione contra Arianos, *aliud dicit eſſe id quod ex aliquo eſt*,

A οὐσίας καὶ ἐνεργείας βραχέα ἄττα πειρασόμεθα διεξιέναι· οὐκ οἰκείοις λογισμοῖς ἐθελοντὶ ἐπιχειροῦντες, εἰς συνηγορίαν τινὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν εὐσεβῶς πάλαι τεθεολογημένων· ἀλλ' ὅνπερ ἀπαραιτήτως τηρεῖν ἐσπουδάκαμεν νόμον, τὰ τῆς ἐκκλησίας διὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων πιστοῦσθαι, καὶ μηδαμοῦ παρ' ἑαυτῶν προστιθέναι ἢ ἀφαιρεῖν τῶν τούτοις δογματισθέντων· τούτῳ δὲ κἀνταῦθα χρώμενοι, τὴν θείαν ἐνέργειαν ἐκ τῆς θείας οὐσίας εἶναι διαῤῥήδην τῶν ἁγίων βοώντων ἀκούσωμεν· οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ταύτην εἶναι νομίζοντες, καθάπερ τοῖς διαφερομένοις σὺν πολλοῖς ἑτέροις ἀτόποις καὶ τοῦτο δοκεῖ. τὸ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων εἴρηται· τὸ δ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐπ' οὐδενὸς εἴρηταί ποτε τῶν ποιημάτων. μάλιστα μὲν οὖν καὶ
B ἀπείρηται παντελῶς τοῦτό γε τοῖς ἁγίοις.

Ὅ, τι γὰρ μέγας Βασίλειος, τὸ ποιούμενον, φησὶν, οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ποιοῦντος ἐστί. καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, ἡ κτίσις, εἰ καὶ μετὰ ταῦτα γέγονεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. καὶ πάλιν· κτίσις δὲ καὶ ποίησις, τῷ ἔξωθεν, καὶ μὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ κτίζοντος καὶ ποιοῦντος γίνεσθαι, τὸ κτιζόμενον καὶ ποιούμενον, ἀνόμοιον παντελῶς. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ὡς ἔξω τῆς θείας οὐσίας, αὐτὴν ἐκ τῆς θείας οὐσίας ὑπειλήφαμεν εἶναι, ὥσπερ καὶ τοῦτο ληρεῖν, οὐ τοσοῦτον ἀσεβῶς ὅσον ἀμαθῶς, τοῖς δι' ἐναντίας ἐπῆλθε· μήποτέ τις οὕτω φρενὸς ἐκπέσοι, ἀλλ' οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ταύτην τοῦ Θεοῦ κίνησιν οὖσαν, κατὰ τοὺς θεολόγους εἰδότες,
C ὡς ἐκ πηγῆς ἀεννάου φαμὲν τῆς θείας οὐσίας προέρχεσθαί τε καὶ πηγάζειν, καὶ ταύτης χωρὶς οὐδέποτε θεωρεῖσθαι· ἀλλ' ἀδιαίρετον αὐτῆς ἀεὶ διαμένειν, καὶ ἀϊδίως τῇ θείᾳ συνυπάρχειν οὐσίᾳ, καὶ ἀχωρίστως ἡνωμένην εἶναι, μήτ' αἰῶνι μήτε χρονικῷ ἢ τοπικῷ τινὶ διαστήματι τῆς θείας οὐσίας διαιρεθῆναί ποτε δυναμένην· ἀλλ' ἀχρόνως καὶ προαιωνίως, ἐξ αὐτῆς τε προϊοῦσαν, καὶ ἀδιασπάστως αὐτῇ συνοῦσαν. ὁ γὰρ μέγας Ἀθανάσιος, ὅταν δὲ, φησὶ, τὰ πάντα ἐνεργῆται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ἀχώριστον ὁρῶ ἐνέργειαν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ ὁ ἐν ἁγίοις θεῖος Ἀναστάσιος, οὗ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος μεμνημένη, μέγαν τοῦτον προσείρηκεν, ἐν τῷ περὶ ἀπεριγράπτου αὐτοῦ δευτέρῳ λόγῳ, ἴδωμεν,
D φησὶν, οἷα λέγειν περὶ Θεοῦ ἀνέχονται οἱ αἱρετικοί· τῇ ἐνεργείᾳ, φασὶν, ἐν πᾶσιν ἐστὶν ὁ Θεὸς, τῇ οὐσίᾳ δὲ οὐδαμοῦ· ἐνέργειαν λέγοντες τὸ προϊὸν ἐκ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα. φαίην δ' ἂν ἔγωγε, τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀχώριστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ. καὶ μετὰ τινα· ἔνθα ἂν ἡ ἐνέργεια φαίνηται, συνθεωρεῖται ταύτῃ καὶ ἡ οὐσία, ἐξ ἧς προέρχεται. ἑκάτερον γὰρ ἀπερίγραπτον, καὶ διὰ τοῦτο παντελῶς ἀλλήλων ἐστὶν ἀχώριστα. κηρύττει μὲν γὰρ ἡ ἐνέργεια τὴν λανθάνουσαν οὐσίαν· θεωρεῖται δὲ συμπαροῦσα τῇ ἐνεργείᾳ, χωρὶς αὐτῆς εἶναι μὴ δυναμένη. καὶ αὖθις, περὶ τὸ πᾶν ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ταύτης δὲ ἀχώριστος ἡ οὐσία καθέστηκεν.

Ἀλλὰ μὴν ὥσπερ τὴν ἕνωσιν θείαν καὶ ἀΐδιον, οὐ μό-
E νῳ τῷ ἀχωρίστῳ, ἀλλ' ἄλλοις τε πολλοῖς· καὶ δὴ καὶ τῇ κοινότητι τοῦ ἀκτίστου καὶ ἀπεριγράπτου κατὰ τὴν τῶν ἁγίων θεολογίαν κηρύττομεν, οὕτω καὶ τὴν διαφορὰν κατ' αὐτοὺς πάλιν θεοπρεπῆ, καὶ ταύτην δοξάζειν ἐγνώκαμεν· οὐκ εἰς παντελῆ διαχωρισμὸν ἐντεῦθεν αὐτὰ καὶ διαίρεσιν κατασπῶντες· οὐδέ τινα ἔμφυλον τὴν διαφορὰν ταύτην καὶ φυσικὴν ἀλλοτρίωσιν ἐννοοῦντες, ἢ διαστήμασι χωρίζοντες ἀλλήλων ταῦτα, ἄπαγε· ἀλλ' οἵαν ἐπιδέχεσθαι τὰ κατὰ φύσιν αἴτια καὶ αἰτιατὰ μεμαθήκαμεν παρὰ τῶν ἁγίων, μόνῳ τῷ λογισμῷ θεοπρεπῶς διακρίνοντες τὰ φύσει ἡνωμένα καὶ ἀδιαίρετα. Ἀθανάσιος γὰρ ὁ μέγας ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πέμπτῳ λόγῳ αὐτοῦ, ἄλλο φησὶν εἶναι τὸ ἔκ τινος

καὶ ἄλλο τὸ ἐξ οὗ ἐστι. κατὰ τοῦτο ἄρα δύο. εἰ δὲ μὴ δύο εἶεν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοιτο, ἔσται τὸ αὐτὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, γεννῶν καὶ γεννώμενον, ὅπερ ἄτοπον ἐπὶ Σαβελλίου δέδεικται. τοίνυν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι, καὶ δύο εἶναι, κἀντεῦθεν διακεκρίσθαι ἀλλήλων, ἐναργῶς ἀπέφηνε, κατὰ τὸ ἐξ οὗ καὶ ὃ ἐκ τινος, τὸ αἴτιον δηλαδὴ καὶ τὸ αἰτιατὸν, ὡς ὁ πολὺς οὗτος τὰ θεῖα διδάσκει θεολογῶν. καὶ μετὰ ἕτερα· ἔστω δέ φησι, παράδειγμα ἀνθρώπινον· τὸ πῦρ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα· δύο μὲν τῷ εἶναι καὶ ὁρᾶσθαι· ἓν δὲ, τῷ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀδιαίρετον εἶναι τὸ ἀπαύγασμα αὐτοῦ. ὥσπερ τοίνυν ἐπὶ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ φωτὸς, τοῦ μὲν φύσεως καὶ αἰτίου ὄντος· τοῦ δὲ φυσικοῦ καὶ αἰτιατοῦ· τὸ, τε ἓν δηλ. τὸ ἀχώριστον, καὶ τὸ διάφορον αὖθις δηλ. τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν εἴρηκεν, οὕτω κατὰ τῆς θείας φύσεως καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς ἐνεργείας, τὸ ἓν καὶ τὸ διάφορον ἡμῖν ἐκληπτέον· τὸ μὲν, κατὰ τὸ ἡνωμένον καὶ ἀδιαίρετον· τὸ δὲ, κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ διὰ τὸ αἴτιον. οὔτε γὰρ τὸ ἓν τὴν διαφορὰν ἀπελαύνει, οὔτε μὴν ὅλως ἡ διαφορὰ τὸ ἓν ἀνατρέπει· ἀλλ' ἑκάτερον κατὰ τοὺς ἁγίους εὐσεβῶς θεωρούμενον, οὐκ' ἔνεστι πάντως θατέρου ὑποστῆναι δυνάμεως.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος τὴν τε τῆς αἰτίας ταύτης καὶ αἰτιατῆς διαφορὰν εὖ μάλα εἰδὼς ἀληθείας ἐχομένην, καὶ μηδ' ὁπωσοῦν τῇ κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾷ λυμαινομένην, Ἀβλαβίῳ γράφων, τὸ ἀπαράλλακτον, ἔφη, τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, καὶ τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον ἐκ τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, ἐν τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δ' ἐκ τοῦ αἰτίου. ὁ δὲ γε ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ μέγας ὄντως Βασίλειος, τοσοῦτον φαίνεται ἀπεξαπλῶς ταῖς αἰτίαις ταύταις καὶ αἰτιαταῖς τὴν διαφορὰν παρέχων, ὡς καὶ τάξιν ἐκ φυσικῆς ἀκολουθίας ἐπ' αὐτῆς δογματίζειν, καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ δεύτερον ἐπί τε αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ λέγειν, οὕτω διαρρήδην, ὡς καὶ τῶν ἀτόπων καὶ παραλόγων εἶναι νομίζειν, τὸ μὴ ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἀρνεῖσθαι ταῦτα τολμᾶσθαι. καὶ ὃ μὴ συνιδεῖν τὴν διαφορὰν τὸν Εὐνόμιον ταύτην ἔφη, ἢ καὶ ἀποκρύψασθαι ταύτην ἑκόντα, γράφων, ἐκεῖνο δὲ ὃ οὐ συνιδὼν ὁ Εὐνόμιος, ἢ ἑκὼν ἀπεκρύψατο· ὅτι ἐστι τὸ τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τῷ πυρὶ πρὸς τὸ φῶς ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν· δεύτερον δὲ, τὸ ἀπ' αὐτοῦ. οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. πῶς οὖν εὔλογον ἀρνεῖσθαι τὴν τάξιν, ἐφ' ὧν ἐστι πρότερον καὶ δεύτερον, οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐνυπαρχούσης ἀκολουθίας.

Πάρεστι τοίνυν ἅπασιν ἀκριβῶς συνιδεῖν ἐκ τούτων, τοῖς καὶ ὁπωσοῦν λογίζεσθαι δυναμένοις, ὅπως τὸν ἴσον τρόπον ἀληθείας ὁμοῦ καὶ εὐσεβείας ἐμέλησε τῷ ἁγίῳ. τῷ μὲν γὰρ, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνίστασθαι φάναι, ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαίνειν, ἐξ ἀφύκτου καὶ πολλῆς καὶ φυσικῆς ἀνάγκης καὶ λαμπρᾶς ἀληθείας ἔδειξεν οὖσαν, τὴν ἐν τῇ τάξει ταύτῃ διαφορὰν, τῶν αἰτιατῶν τε καὶ τῶν αἰτίων· καὶ ἄλλως ἔχειν μηδέποτε ἐγχωροῦσαν, ἀλλ' ἀεὶ ταύταις ἀναγκαίως αὐτὴν ἐνθεωρουμένην. τῷ δὲ μὴ διαστήματι, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ χωρίζειν ταῦτα ὑποθεῖναι, καὶ τὴν ἐν τῷ προτέρῳ καὶ δευτέρῳ διαφορὰν μόνῳ τῷ νῷ θεωρεῖν, φαίνεται δήπου τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα εὐσεβῶς κατοχυρωσάμενος, καὶ μηδεμίαν εἰς αὐτὴν, ἐκ τῆς διακρίσεως ταύτης βλάβην εἰσάγων· ἀλλ' αὐτήν τε τὴν ἕνωσιν ἀσύγχυτον εἶναι θεολογῶν, καὶ τὴν διαφορὰν ἀδιαίρετον πάντη διδάσκων.

Πάλιν τοίνυν Εὐνομίου τὴν τοιαύτην διαφορὰν ἀναιρεῖν πειρωμένου, ὁ μέγας οὗτος, πῶς, φησιν, οὐδεμίαν διαφο-

A alind illud ex quo eſt. Sic ſunt igitur duo. Si vero non duo fuerint, ſed de eodem iſtud dicatur, erit idem cauſa & cauſatum, gignens & genitum: quod eſſe abſurdum in Sabellio oſtenſum eſt. Igitur & operationem ex eſſentia eſſe, & duo eſſe, & hinc inter ſe diſtingui, liquido demonſtravit, ſecundum quod alud eſt ex quo, aliud quod ex aliquo, cauſa videlicet & cauſatum, ut ille in divinis rebus exercitatiſſimus de Deo docet. Et poſt nonnulla: *Eſto*, inquit, *exemplum humanis accommodatum ingeniis: Ignis, & qui exſiſtit ex ipſo ſplendor, duo quidem ſunt & conſpiciuntur eſſe: & unum tamen, eo quod ex ipſo inſeparabilis eſt ipſius ſplendor.* Quemadmodum igitur in igne & in luce ejus, cum ſit ille natura & cauſa, iſta naturalis & B cauſata; hæc eſſe unum propter inſeparabilitatem, & differre rurſum propter rationem cauſæ & cauſati dixit; Sic & in divina natura & quæ ex ipſa eſt, operatione, unum & diſtinctum nobis accipiendum eſt: illud quidem, propter unionem & inſeparabilitatem: iſtud, propter cauſam & quod ex ipſa cauſa. Neque enim quod unum eſt diſtinctionem expellit, neque omnino diſtinctio unum evertit: ſed utrumque ſi ſecundum ſanctos pie intelligitur, ſine altero non poterit ulla ratione ſubſiſtere.

Sed & Gregorius Nyſſenus, cum inter has cauſas & cauſata diſtinctionem apprime noſſet veritati conſentaneam eſſe, nec vel minimum naturali diſtinctioni officere; cum ad Ablavium ſcriberet, *Naturam*, inquit, C *immutabilem confitentes, neque diſtinctionem cauſa & cauſati negamus: quatenus dumtaxat differre alterum ab altero concepimus, eo quod illud quidem cauſam eſſe credimus, iſtud autem ex cauſa.* Ejus vero frater & magnus idem revera Baſilius, tantum videtur omnino cauſis iſtis & cauſatis diſtinctionem tribuere, ut & ordinem ex naturali conſecutione in ea conſtituat; & prius ac poſterius de cauſa & cauſato dicat; adeo aperte, ut inter abſurda & rationi contraria eſſe exiſtimet, non ea confiteri, ſed vel audere negare: atque Eunomium dicit vel hanc diſtinctionem non intelligere, aut illam dedita opera occultaſſe; ita ſcribens: *Illud vero aut non intellexit Eunomius, aut de induſtria celavit: eſſe quoddam ordinis* D *genus, non ex noſtra intelligentia confictam, ſed ipſa naturali conſecutione contingens, quemadmodum ad ignem ſe habet lux quæ ex ipſo eſt: in his enim prius vocamus, quod cauſa eſt: poſterius, quod ex ipſa eſt: Non intervallis ſejungentes iſta invicem; ſed ratiocinatione prius cauſato cauſam cogitantes. Quomodo igitur conſentaneum rationi ſit ordinem negare, ubi prius & poſterius eſt, non quia ſic rem eſſe ponimus, ſed ex naturali quæ rebus ineſt conſecutione?*

In promptu igitur omnibus eſt certo ex his perſpicere, qui quidem vel minimum ratiocinari valent, quemadmodum par ſancto cura veritatis fuerit ac pietatis. Nam hoc quidem verbo, *Non ex noſtra confictum intelligentia, ſed ipſa naturali conſecutione con-* E *tingens*; ex inevitabili plurimaque & naturali neceſſitate, & perſpicua veritate oſtendit eſſe diſtinctionem in illo ordine, cauſatorum ſcilicet & cauſarum: nec poſſe eam aliter ſe habere, ſed in illis ſemper ipſam neceſſario intelligi. Quod vero non intervallo, ſed ratiocinatione ſeparari iſta ſubjecit, & diſtinctionem prioris ac poſterioris ſola mente intelligi; videtur utique unionis rationem pie communiiſſe, nullum ei ex tali diſtinctione afferens damnum; ſed ipſam quidem unionem inconfuſam eſſe theologice docens, & diſtinctionem prorſus tradens indiviſam.

Rurſum igitur cum Eunomius talem diſtinctionem deſtruere conaretur magnus hic: *Quomodo*, inquit,

Anno Christi 1350.

nullam diſtinctionem relinquis, neque eam quæ cauſis ineſt ad ea quæ ex ipſis ſunt? Sic nullam diſtinctionem eſſe arbitrari inter cauſas & cauſata, fetus eſt evidens Arii Eunomiique inſaniæ. Illi enim conſubſtantiale tollere modis omnibus conati, cum audirent in Evangelio dixiſſe Dominum, Patrem quam ſe majorem eſſe; inde continuo & naturarum diſtinctionem inducere impie auſi ſunt; & cum eam quæ intereſt inter cauſam & cauſatum, ſcirent nullam omnino naturalem diremptionem aut diviſionem inferre; ſed & ſic naturæ unionem indiſſolutam ſemper ſervare, omnino negaverunt. Adverſus quos tres iſti, pro Trinitate fortiter dimicantes, eo quod hæc illorum impietas eſſet, & magnum auguſtumque Trinitatis myſterium everteret, illud e noſtra, quam longiſſime poſſunt, Eccleſia abigunt.

Igitur jure optimo, qui hanc diſtinctionem nunc reſpuunt, deprehenduntur illorum pravæ opinionis eſſe participes; qui vero hanc diligere ſe & amplecti alacriter confitentur, is ſanctorum iſtorum pietatis ac Theologiæ, magis vero Chriſti partis perpetuo ſunt; quippe qui unite ſecundum illos divina diſcernant, & diſcrete eadem uniant. Unum porro primumque & proprie quiſpiam dixerit iſtum eſſe divinæ eſſentiæ & operationis diſtinguendæ modum.

Differunt autem invicem, & eo quod divina quidem operatio participatur ac dividitur indiviſe, & appellatur, & cognoſcitur aliquo modo, quamquam obſcure, ex ſuis effectibus: eſſentia vero, imparticipabilis & indiviſa & innominabilis eſt, utpote quæ nomen omne ſcilicet, & omnem animi cogitationem ſuperat.

Poſtea quæſivimus demonſtrari ex ſanctis, Utrum ſit increata, inſeparabilis quidem, diſtincta tamen a natura divina, hæc operatio; id quod contradicentes Eccleſiæ minime admittebant. Et demonſtratum eſt iſtud etiam a ſanctis fuiſſe manifeſte prædicatum; quorum caput ſancta & œcumenica ſancta ſynodus; quemadmodum ſuperius ex ipſius ſententiis ſingulatim propoſitis valde potenter demonſtratum eſt.

Simul & iſtud oſtenſum eſt, eos qui non ſuſcipiunt increatam & inſeparabilem quidem & naturalem divinæ eſſentiæ operationem, ab ea tamen diſtinctam, ut dictum eſt, creatam efficere etiam ipſam Dei eſſentiam. Nam ſecundum ſanctum Maximum, *Ab operatione uniuſcujuſque natura deſignatur; increata operatione*, inquit, *increatam denotante naturam, creatam vero creata*. Adhuc & ſecundum divinum Joannem Damaſcenum, dicentem; *Creata operatio creatam manifeſtabit & naturam; increata, increatam deſignat eſſentiam.* Qui igitur dicunt creatam divinam operationem, qua divina natura deſignatur, creatam neceſſario conſtituit & divinam naturam.

Quin etiam Monotheletæ ſunt, illis qui aliquando fuerunt, pejores & abſurdiores: quippe qui æterna exiſtiment eſſe quæ ſunt creata. Quandoquidem enim duas naturas confitemur in Domino noſtro Jesu Chriſto, increatam alteram, alteram vero creatam; qui negant divinam naturam habere volitionem operationemque increatam, unam volitionem unamque operationem prædicant in Chriſto; id quod ſexta ſynodus damnavit & anathematizavit. Atque inde Monotheletæ & ipſi demonſtrantur, illis vero multo pejores; quod illi quidem unam voluntatem unamque operationem dixere in Chriſto, ſed increatam, creatam videlicet deſtruentes: hi vero unam voluntatem & unam operationem, ſed creatam, aperte increatam non admittentes.

Sed & cum magnus Baſilius in his quæ ſcribit ad Amphilochium dicat; *Nomina quidem Spiritus talia ſunt, magnifica & magna, quæ tamen juſtam glo-*

ἐστὶ καταλείπεις, οὐδὲ τὴν ἐν ταῖς αἰτίαις πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν ἐνυπάρχουσαν, οὕτω τὸ μηδεμίαν διαφορὰν ἐπὶ τῶν αἰτίων καὶ αἰτιατῶν εἶναι δοξάζειν, τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου μανίας πρόδηλος ἐστὶ τύπος. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ὁμοούσιον ἀναιρεῖν πᾶσι τρόποις ἐσπουδακότες, ἀκούοντες ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ κυρίου τὸν πατέρα μείζονα ἑαυτοῦ εἰρηκότος, ἐντεῦθεν εὐθὺς, τὴν μὲν κατὰ φύσιν διαφορὰν δυσσεβῶς παρεισάγειν ἐτόλμων· τὴν δὲ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, ὡς μηδεμίαν μηδαμοῦ φυσικὴν ἀλλοτρίωσιν ἢ διαίρεσιν διαμαρτύρεται (?) εἰσάγειν εἰδότες, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὴν τῆς φύσεως ἕνωσιν ἀδιάλυτον ἀεὶ συντηροῦσαν, ἀπηρνήσαντο καθάπαξ· πρὸς οὓς οἱ τρεῖς οὗτοι, τὸν ὑπὲρ τῆς Τριάδος ἀναλαβόμενοι γενναίως ἀγῶνα, ὡς ἐκείνων τὴν δυσσέβειαν ταύτην οὖσαν, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερφυὲς τῆς Τριάδος μυστήριον ἀναιροῦσαν, τῆς ἡμετέρας αὐτὴν ἐκκλησίας ἀπελαύνουσιν ὡς δυνατὸν πορρωτάτω.

Τοιγαροῦν εἰκότως οἱ μὲν τὴν διαφορὰν ταύτην ἀθετοῦντες νῦν, τῆς ἐκείνων κακοδοξίας ἁλίσκονται μετοχῆς· οἱ δὲ στέργειν τε καὶ ἀσπάζεσθαι προθύμως ὁμολογοῦντες, τῆς τῶν ἁγίων τούτων εὐσεβείας τε καὶ θεολογίας, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ μερίδος, διατελοῦσιν ὄντες· ἡνωμένως κατ' αὐτοὺς τὰ θεῖα διακρίνοντες, καὶ διακεκριμένως ταῦτα ἑνοῦντες. ἓν μὲν δὴ καὶ πρῶτον καὶ κυρίως ἄν τις φαίη τῆς τε θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διακρίσεως εἶδος.

Διαλλάττουσι δὲ ἀλλήλων, καὶ τῷ τὴν μὲν θείαν ἐνέργειαν μετέχεσθαι καὶ μερίζεσθαι ἀμερίστως, καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ νοεῖσθαι καὶ πῶς, εἰ καὶ ἀμυδρῶς, ἐκ τῶν αὐτῆς ἀποτελεσμάτων· τὴν γε μὴν οὐσίαν, ἀμέθεκτον καὶ ἀμέριστον καὶ ἀνώνυμον εἶναι, ὡς ὑπερώνυμον δηλονότι καὶ ἀπερινόητον παντελῶς.

Μετὰ ταῦτα ἐζητήσαμεν, ἀποδειχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων, εἰ ἔστιν ἄκτιστος ἡ ἀχώριστος μὲν· διαφέρουσα δὲ τῆς θείας φύσεως, αὕτη ἐνέργεια, ὅπερ οἱ ἀντιλέγοντες τῇ ἐκκλησίᾳ ὕπεσι ἐδέχοντο. καὶ ἀπεδείχθη καὶ τοῦτο ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐναργῶς κηρυττόμενον· ὧν κεφάλαιον ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος, καθὼς ἀνωτέρω διὰ τῶν κατὰ μέρος προτεθέντων αὐτῆς ῥητῶν, μάλιστα ἱκανῶς ἀποδέδεικται.

Συναπεδείχθη δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι οἱ μὴ δεχόμενοι ἄκτιστον τὴν ἀχώριστον μὲν καὶ φυσικὴν τῆς θείας οὐσίας ἐνέργειαν, διαφέρουσαν δὲ αὐτῆς, ὥσπερ εἴρηται, κτίσμα τι ποιεῖν καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. κατὰ γὰρ τὸν ἅγιον Μάξιμον, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἡ ἑκάστου φύσις χαρακτηρίζεται· τῆς μὲν ἀκτίστου ἐνεργείας ἄκτιστον δηλούσης φύσιν· κτιστὴν δὲ τῆς κτιστῆς. ἔτι τε κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν θεῖον Ἰωάννην φάσκοντα, ἡ κτιστὴ ἐνέργεια, κτιστὴν δηλώσει καὶ φύσιν· ἡ δὲ ἄκτιστος, ἄκτιστον χαρακτηρίζει οὐσίαν. οἱ οὖν λέγοντες κτιστὴν τὴν θείαν ἐνέργειαν, ἀφ' ἧς ἡ θεία φύσις χαρακτηρίζεται, κτιστὴν ἐξ ἀνάγκης ποιοῦσι καὶ τὴν θείαν φύσιν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μονοθελῆταί εἰσι, τῶν πώποτε ἐκείνων χείρους καὶ ἀτοπώτεροι· καὶ προαιώνια δοξάζουσιν εἶναι κτίσματα. ἐπεὶ γὰρ δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν μὲν ἄκτιστον, τὴν δὲ κτιστήν· οἱ μὴ λέγοντες ἔχειν τὴν θείαν φύσιν καὶ θέλημα καὶ ἐνέργειαν ἄκτιστον, ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν δοξάζουσιν ἐπὶ Χριστοῦ, ὅπερ ἡ ἕκτη σύνοδος ἀπεκήρυξε καὶ ἀνεθεμάτισε. κἀντεῦθεν Μονοθελῆται καὶ αὐτοὶ ἀναδείκνυνται· χείρους δὲ ἐκείνων πολύ, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἔλεγον ἐπὶ Χριστοῦ, ἀλλ' ἄκτιστον, τὴν κτιστὴν δηλονότι ἀναιροῦντες· οὗτοι δὲ ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἀλλὰ κτιστὴν, τὴν ἄκτιστον φανερῶς μὴ δεχόμενοι.

Ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον γράφοντος, τὰ μὲν ὀνόματα τοῦ πνεύματος τοιαῦτα ὑπερφυῆ καὶ μεγάλα, οὐ μέντοι ἔχοντα ἴσα εἰς δόξαν ὑπερ-

Anno Christi 1350.

βολαί· αἱ δὲ ἐνέργειαι, τίνες; ἄῤῥητοι μὲν διὰ τὸ μέγεθος, ἀνεξαρίθμητοι δὲ διὰ τὸ πλῆθος· πῶς γὰρ νοήσομεν τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, τίνες ἦσαν αὐτοῦ πρὸ τῆς νοητῆς κτίσεως αἱ ἐνέργειαι; οἱ λέγοντες κτιστὰς τὰς θείας ἐνεργείας, φανερῶς δοξάζουσιν εἶναι κτίσματα τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα. ἐδείχθη δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἄκτιστοι αἱ κοιναὶ καὶ φυσικαὶ τῆς τρισυποστάτου φύσεως θεῖαι ἐνέργειαι· οὐ διὰ δύο ἢ τριῶν μαρτυριῶν, ἀλλὰ διὰ πάσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς.

Μετὰ τοῦτο ἐζητήσαμεν παρὰ τῶν ἁγίων, εἰ μεμαθηκέναι ἔχοι τις ἂν ἐπινοεῖν σύνθεσιν ἐπὶ Θεοῦ, διὰ τὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαφοράν. καὶ τοῦτο γὰρ οἱ ἀντιλέγοντες ἰσχυρίζονται. ἀπεδείχθη οὖν παρὰ τῶν ἁγίων ἁπάντων κηρυττόμενον, ὡς οὐκ ἔστι σύνθεσιν ἐντεῦθεν περὶ τοῦτο νομίζειν ἐπὶ Θεοῦ. ὁ γὰρ θεῖος Μάξιμος ἐν οἷς πρὸς Πύῤῥον διαλέγεται, φανερώτατα δείκνυσι μηδεμίαν σύνθεσιν ἐκ τῆς ἐνεργείας γίνεσθαι. ὁρᾷς, λέγων τῷ Πύῤῥῳ, ὅτι ἐκ τούτου πλανᾶσθε, ἐκ τοῦ πάντη ἀγνοεῖν, ὅτι αἱ συνθέσεις τῶν ἐν ὑποστάσει ὄντων. καὶ οὐ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων εἰσίν· καὶ τοῦτο κοινὸν φρόνημα πάντων, καὶ τῶν ἔξω φιλοσόφων, καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας θεοσόφων μυσταγωγῶν. εἰ δὲ τῶν θελημάτων σύνθεσιν λέγετε, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν σύνθεσιν λέγειν ἐκβιασθήσεσθε.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν ἕκτῳ κεφαλαίῳ τῆς εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἀναπληρώσεως, οὕτω πρὸς λέξιν διέξεισιν. εἰ τοίνυν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν διάφορα τυγχάνῃ τὰ πρὸς αἴσθησιν κατεσκευασμένα παρὰ τῆς φύσεως ὄργανα, διὰ πάντων ὁ νοῦς ἐνεργῶν καὶ κινούμενος, καὶ καταλλήλως ἑκάστῳ πρὸς τὸ προκείμενον κεχρημένος, εἷς ἐστι καὶ ὁ αὐτός, ταῖς διαφοραῖς τῶν ἐνεργειῶν οὐ συνεξαλλάσσων τὴν φύσιν· πῶς ἄν τις ἐπὶ Θεοῦ, διὰ τῶν ποικίλων δυνάμεων, πολυμερῆ τινα τῆς αὐτοῦ οὐσίας καθυποπτεύσειε;

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο συναπεδείχθη, ὅτι οἱ κατὰ τοὺς ἀντιλέγοντας μὴ δεχόμενοι τὴν διαφορὰν τῆς θείας ἐνεργείας, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν περὶ τὴν φύσιν καὶ οὐσίαν φυσικῶς θεωρουμένων, οὗτοι σύνθετον μᾶλλον ποιοῦσι τὸν Θεόν, τοῦ μεγάλου Βασιλείου φανερῶς λέγοντος· εἴπερ εἰς τὴν οὐσίαν φέροντες πάντα τὰ θεῖα ὀνόματα καταθήσομεν, οὐ μόνον σύνθετον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνομοιομερῶν συγκείμενον τὸν Θεὸν ἀποδείξομεν, διὰ τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο ὑφ' ἑκάστου τῶν ὀνομάτων σημαίνεσθαι. καὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου γράφοντος· ἢ καὶ τὸ ἀθάνατον καὶ τὸ * ἄκακον καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὐσία Θεοῦ. ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλαὶ οὐσίαι Θεοῦ, καὶ οὐ μία· ἢ σύνθετον τὸ θεῖον ἐκ τούτων. οὐ γὰρ ἀσυνθέτως ταῦτα, εἴπερ οὐσίαι. ἔτι καὶ τοῦ θείου Κυρίλλου· οὐ γὰρ οὐσία τὸ ἀγέννητον, ἢ τὸ ἄφθαρτον, ἢ τὸ ἀθάνατον, ἢ τὸ ἀόρατον. εἰ γὰρ ἕκαστον τούτων οὐσίαν σημαίνει, ἐκ τοσούτων οὐσιῶν σύγκειται ὁ Θεός, ὅσαπερ ἂν αὐτῷ φυσικῶς προσόντα φαίνηται. πολλὰ γάρ ἐστιν, ἃ μόνῳ μὲν αὐτῷ πρόσεστιν, ἑτέρῳ δὲ τῶν ἁπάντων οὐδενί. καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου· τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἡ γραφὴ, ποτὲ μὲν πῦρ, ποτὲ δὲ ὕδωρ καλεῖ, δεικνῦσα ὅτι οὐκ οὐσίας ταῦτα ὀνόματα, ἀλλ' ἐνεργείας· οὐ γὰρ ἐκ διαφόρων συνέστηκεν οὐσιῶν τὸ πνεῦμα, ἀόρατόν τι καὶ μονοειδὲς ὄν. καὶ τοῦ Νύσσης πρὸς Εὐνόμιον λέγοντος· τίς ὁ διπλοῦν τὸν Θεὸν εἶναι λέγων, πλὴν σοῦ τοῦ πᾶσαν ὀνόματος ἔννοιαν, τῇ τοῦ πατρὸς οὐσίᾳ συμφύροντος, καὶ μηδὲν ἔξωθεν προσεῖναι λέγοντος, ἀλλ' ἕκαστον τῶν περὶ τῶν θείων ὀνομάτων τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ ἐμπαρείροντος;

* Forte, ἄκτιστον.

Μετὰ τοῦτο ἐζητήθη, εἴγε ἡ θεία καὶ ἄκτιστος ἐνέργεια, θεότης παρὰ τῶν ἁγίων προσαγορεύεται. οὐδὲ γὰρ τοῦτο οἱ νῦν ἀντιλέγοντες παραδέχονται. καὶ ἐφάνη καὶ τοῦτο παρὰ τῶν θεολόγων κηρυττόμενον. αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας Βασί-

A ria menſuram non excedunt: *operationes vero, quæ? Ineffabiles quidem ob magnitudinem, innumeræ ob multitudinem. Quomodo enim cognoſcemus ea quæ ſunt ultra ſæcula? Quæ fuere illius ante creaturam intellectivam operationes?* Qui creatas dicunt operationes divinas, manifeſte exiſtimant eſſe creata ea, quæ ſunt ultra ſæcula. Demonſtratum eſt autem & illud, increatas eſſe communes & naturales tripliciter ſubſiſtentis naturæ divinas operationes; non duobus vel tribus teſtimoniis, ſed per omnem divinitus inſpiratam ſcripturam.

Poſtea indagavimus ex libris ſanctorum, An nullam quis poſſit excogitare compoſitionem in Deo, ob eſſentiæ divinæ diſtinctionem. Nam hoc quoque adB verſarii aſſeverant. Oſtenſum eſt igitur, ab omnibus ſanctis fuiſſe prædicatum, non eſſe aliquam propterea compoſitionem exiſtimandam in Deo. Nam divinus Maximus in dialogo cum Pyrrho, valde manifeſte oſtendit nullam compoſitionem ex operatione oriri. *Vides*, inquit Pyrrhum alloquens, *inde veſtrum errorem exſiſtere, quod omnino neſcitis, compoſitiones earum eſſe rerum quæ ſubſiſtunt, non earum quæ in altero conſiderantur? Et hic communis ſenſus eſt omnium, tum externorum Philoſophorum, tum magiſtrorum eccleſiæ in rebus divinis peritorum. Si vero voluntatum compoſitionem dicitis, aliorum quoque naturalium compoſitionem cogemini confiteri.*

Sed & Gregorius Nyſſenus in ſexto capite ſuppleC menti in Hexaëmeron, ſic verbis totidem diſſerit: *Si igitur in homine, quamvis diverſa ſint quæ præparata ſunt a natura organa ad ſenſum, quæ tamen per omnia mens operatur ac movetur, & modo hoc modo illo ad propoſitum utens, una eademque eſt, diverſitate operationum haudquaquam ſimul immutans naturam; quomodo quis in Deo, ob varias virtutes multipartitam ipſius eſſentiam eſſe ſuſpicabitur?*

Verum & iſtud quoque probatum eſt, Eos qui cum adverſariis non ſuſcipiunt diſtinctionem divinæ operationis, ac prorſus omnium quæ circa naturam & eſſentiam naturaliter conſiderantur, magis compoſitum facere Deum; Baſilio magno manifeſte dicente: *Si quidem ad eſſentiam referentes omnia divina nomina D ei tribuamus, non ſolum compoſitum, ſed etiam ex partibus diſſimilibus conſtantem Deum exhibebimus, quoniam aliud & aliud unoquoque nomine ſignificatur.* Et magno Gregorio Theologo ſcribente: *Aut & immortale & increatum & immutabile, eſſentia Dei erunt. Quod ſi ita eſt, multa eſſentia Dei, & non una erit: vel compoſitus erit Deus ex iſtis. Neque enim ſine compoſitione hæc erunt, ſi quidem eſſentia ſunt.* Adhuc autem & divino Cyrillo: *Neque enim ingenitum eſſentia eſt, aut incorruptibile, aut immortale, aut inviſibile. Nam ſi unumquodque horum eſſentiam ſignificat, ex tot eſſentiis compoſitus eſt Deus, quod illi naturaliter ineſſe attributa videntur. Multa enim ſunt, quæ illi ſoli ineſſe conſtat, nulli autem omnium alteri.* E Et divino Chryſoſtomo: *Spiritus gratiam ſcriptura interdum ignem, interdum vero aquam appellat; oſtendens non eſſe hæc eſſentiæ nomina, ſed operationis. Neque enim ex diverſis eſſentiis Spiritus conſtituitur, cum ſit inviſibilis & ſimplex.* Et Nyſſeno adverſus Eunomium dicente: *Quis duplicis naturæ Deum eſſe dicit, præter te, qui omnem nominis notionem cum Patris eſſentia permiſces, & nihil extrinſecus eſſe dicis, ſed unumquodque divinorum nominum ipſimet Dei eſſentiæ inſeris?*

Poſtea quæſitum eſt, Num divina & increata operatio, deïtas a ſanctis appelletur: neque enim hoc illi, qui nunc contradicunt, receperunt. Et viſum eſt etiam iſtud a Theologis prædicari. Statim enim magnus Ba-

ſilius in libris adverſus Eunomium, *Ipſumque*, inquit, *deitatis nomen, ſive inſpiciendi ſive providendi vim ſignificat, proprie habet ob res humanas.* Ac rurſum idem in epiſtola ad Euſtathium medicum: *Igitur*, inquit, *identitas operationis in Patre & Filio & Spiritu ſancto, oſtendit manifeſte naturam nulla omnino ex parte diſſimilem. Quamobrem tametſi naturam ſignificat nomen deitatis, proprie etiam Spiritui ſancto hanc appellationem convenire eſſentia communitas adſtruit. Sed neſcio quomodo ad naturæ demonſtrationem referunt appellationem deitatis, qui omnia moliuntur.* Et poſt aliqua: *Ergo poteſtatis alicujus ſive inſpiciendi ſive operandi demonſtrationem infert ea appellatio. Divina autem natura quantalibet excogitentur nomina, qualis in ſe eſt inexplicabilis permanet, ut noſtra quidem ſententia fert: Cum beneficam autem & judicem, bonum & juſtum, & quæcumque alia hujuſmodi didicimus, operationum diverſitates edocti ſumus: operantis vero naturam nihilo magis per operationum cognitionem poſſumus exploratam habere. Quando enim quiſpiam reddiderit rationem cujuſque nominis, & ipſius naturæ cujus ſunt ea nomina, non eamdem utrorumque reddet rationem. Quorum enim alia ratio eſt, horum eſt & natura diverſa. Igitur aliud eſſentia eſt, cujus necdum index inventus eſt ſermo. Alia vero nominum quæ circa eam ſunt ſignificatio eſt, ex operatione aliqua vel dignitate repetita.* Rurſumque idem magnus Baſilius: *Sive operationis nomen eſt Deitas, ſicut unam operationem Patris & Filii & Spiritus ſancti, ſic unam dicimus eſſe & deitatem. Sive etiam, ut multi exiſtimant, naturam deſignat nomen deitatis, eo quod nulla invenitur in natura diverſitas, haud abs re unius deitatis eſſe ſanctam Trinitatem definimus.*

Sanctus quoque Anaſtaſius aït; *Nomen, Deus, manifeſte operationis nomen eſt: neque enim ipſam Dei eſſentiam menti exhibet: impoſſibile ſiquidem eſt ipſam noſſe: ſed vox illa, Deus, inſpectricem ipſius operationem nobis exhibet ac manifeſtat.* Idemque rurſum: *Nomen, Deus, non eſſentiam deitatis ſignificat; incomprehenſibilis enim ipſa & innominabilis eſt: ſed ex inſpectrice ipſius operatione Deus dicitur, ut aït ſanctus Dionyſius: aut ex verbo* θέειν, *quod eſt currere: aut ex verbo* αἴθειν, *quod eſt comburere.* Ipſe autem magnus Dionyſius: *Si ſuperſubſtantialem*, inquit, *latebram, Deum, aut vitam, aut eſſentiam, aut lumen appellaverimus, nihil aliud intelligimus, quam in nos ex ipſa prodeuntes virtutes deificas, aut ſubſtantiæ effectrices, aut vitæ productrices, aut ſapientiæ largitrices: ipſi vero tribuimus ſecundum omnium intelligentium operationum diſſolutionem: quippe qui nullam intueamur deificationem aut vitam aut eſſentiam, quæ ſimilis ſit cauſæ ſecundum omne genus excellentiæ præ cunctis eximiæ.*

Ac rurſum idem aït: *Deitas eſt, quæ omnia inſpicit, providentia.* Quod vero providentia operatio ſit, tum ex aliis cognitu facile eſt, maxime vero ex iis quæ magnus Athanaſius ſcribit, dicens; *Non ſecundum aliam & aliam providentiam Pater & Filius operatur, ſed ſecundum unam & eamdem ſubſtantialem deitatis operationem.* Sed & magnus Dionyſius iterum in ſecunda ad Gaium epiſtola, *deitatem* aït eſſe *rem deifici doni, & inimitabilem imitationem ſuper-Dei & ſuperboni, ſecundum quam deificamur ac boni efficimur.*

Ad hæc, quandoquidem tale donum Spiritus & operationem, ſcilicet deïficationem, ſecundum quam ſancti deïficantur, deïtatem a ſanctis appellatam, qui Theſſalonicenſi contradicunt, *dicunt eſſe deïtatem creatam; conſtituentes ex eo quod ſtabilire ipſam di-

λικος ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου, καί αὐτό φησι, τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, εἴτε τὴν ἐποπτικὴν εἴτε τὴν προνοητικὴν ἐξουσίαν σημαίνει, οἰκείως ἔχει πρὸς τὰ ἀνθρώπινα. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Εὐστάθιον τὸν ἰατρὸν ἐπιστολῇ· οὐκοῦν φησιν, ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, δείκνυσι σαφῶς τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον. ὥστε κἂν φύσιν σημαίνῃ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, κυρίως καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὴν προσηγορίαν προσαρμόζεσθαι ταύτην, ἡ τῆς οὐσίας κοινότης συνάγεται. ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως ἐπὶ τὴν τῆς φύσεως ἔνδειξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν, οἱ πάντα κατασκευάζοντες. καὶ μετά τινα· οὐκοῦν ἐξουσίας τινὸς εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς ἔνδειξιν ἡ προσηγορία φέρει. ἡ δὲ θεία φύσις, ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι καθὼς ἔχει μένει ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. εὐεργέτην γὰρ καὶ κριτήν, ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μαθόντες, ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐδιδάχθημεν. τὴν δὲ ἐνεργοῦσαν τὴν φύσιν, οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς ἐνεργειῶν κατανοήσεως ἐπιγνῶναι δυνάμεθα. ὅταν γὰρ ἀποδιδῶ τις λόγον ἑκάστου τῶν ὀνομάτων, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως ἧς ἐστι τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδώσει λόγον. ὧν δὲ ὁ λόγος ἕτερος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος. οὐκοῦν ἄλλο μέν ἐστιν οὐσία, ἧς οὔπω λόγος μηνυτὴς ἐξευρέθη· ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς μέγας Βασίλειος ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ· εἴτε ἐνεργείας ὄνομα ἡ θεότης, ὡς μίαν ἐνέργειαν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οὕτω μίαν φαμὲν εἶναι καὶ τὴν θεότητα· εἴτε ἢ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, φύσεως ἐνδεικτικόν ἐστι τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, διὰ τὸ μηδεμίαν δι-εὑρίσκειν ἐν τῇ φύσει παρεμπλεκομένην, οὐκ ἀπεικότως μιᾶς θεότητος τὴν ἁγίαν Τριάδα ὁριζόμεθα.

Καὶ ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος φησί· ἡ Θεὸς προσηγορία, πρόδηλος ὡς ἐνεργητικὴ τυγχάνει· οὐ γὰρ αὐτὴν τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν παρίστησιν· ἀδύνατον γὰρ ταύτην γνῶναι· ἀλλὰ τὴν θεωρητικὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν ἡμῖν παρίστησι καὶ δηλοῖ, τὸ Θεός. καὶ πάλιν ὁ αὐτός· τὸ Θεὸς ὄνομα, οὐ τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος σημαίνει· ἀκατάληπτος γὰρ αὕτη καὶ ἀνώνυμος ἐστίν· ἀλλ' ἐκ τῆς θεωρητικῆς αὐτοῦ ἐνεργείας, θεὸς εἴρηται, ὡς φησὶν ὁ ἅγιος Διονύσιος, ἢ ἐκ τοῦ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν· ἢ ἐκ τοῦ αἴθειν, ὅ ἐστι φλογίζειν. ὁ δὲ αὐτὸς μέγας Διονύσιος· εἰ τὴν ὑπερούσιον φησὶ κρυφιότητα, Θεὸν ἢ ζωὴν ἢ οὐσίαν, ἢ φῶς, ἢ λόγον ὀνομάσωμεν, οὐδὲν ἕτερον νοοῦμεν, ἢ τὰς εἰς ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς προαγομένας δυνάμεις ἐκθεωτικὰς ἢ οὐσιοποιούς, ἢ ζωογόνους, ἢ σοφοδώρους. αὐτῇ δὲ κατὰ τὴν πασῶν τῶν νοερῶν ἐνεργειῶν ἀπόλυσιν ἐπιβάλλομεν, μηδεμίαν ὁρῶντες θέωσιν ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν, ἣ τις ἐμφερὴς ἐστι τῇ πάντων ἐξῃρημένῃ κατὰ πᾶσαν ὑπεροχὴν αἰτίᾳ.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησί· θεότης ἐστίν, ἡ πάντα θεωμένη πρόνοια. ὅτι δὲ ἡ πρόνοια ἐνέργειά ἐστι, καὶ ἀπ' ἄλλων μὲν ἐστὶ γνώριμον, μάλιστα δὲ καὶ ἀφ' ὧν ὁ μέγας Ἀθανάσιος γράφει, λέγων· οὐ κατὰ ἄλλην καὶ ἄλλην πρόνοιαν, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσιώδη τῆς θεότητος ἐνέργειαν. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γάϊον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, θεότητα φησὶν εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ θεοποιοῦ δώρου, καὶ τὸ ἀμίμητον μίμημα τοῦ ὑπερθέου καὶ ὑπεραγάθου, καθ' ὃ θεούμεθα καὶ ἀγαθυνόμεθα.

Ἐπὶ τούτοις, ἐπειδήπερ τὴν τοιαύτην δωρεὰν τοῦ πνεύματος καὶ ἐνέργειαν, δηλαδὴ τὴν θέωσιν, καθ' ἣν οἱ ἅγιοι θεοῦνται, θεότητα παρὰ τῶν ἁγίων προσαγορευομένην, οἱ τῷ Θεσσαλονίκης ἀντιλέγοντες λέγουσιν εἶναι θεότητα κτιστήν, κατασκευάζοντες τοῦτο ἐκ τοῦ ἱστάναι αὐτῆς εἰρη-

Digitized by Google

Anno Christi 1350.

ἐστι παρὰ τοῦ μεγάλου Διονυσίου ὁ Θεός, καὶ μίμημα καλέσῃ ταύτην, καὶ τῶν μετεχόντων ἕξιν, δυσσεβεῖς μὲν αὐτοὺς λέγειν ἀπεφήνατο ἡ ἱερὰ σύνοδος. ὅμως ζητηθέντος καὶ τούτου παρὰ τῆς θείας συνόδου, εἴπερ εἶπέ τις τῶν ἁγίων ἄκτιστον εἶναι τὴν θέωσιν, καὶ εἴπερ ἡ ἕξις καὶ τὸ μίμημα καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἀκτίστων λέγεται· προεκομίσθησαν ῥήσεις τῶν ἁγίων, οὐκ ἀεὶ ἐπὶ κτιστῶν δηλοῦσαι λέγεσθαι ταῦτα. ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς φησιν, ὁ τεκὼν βώλους δρόσου, οὐχ ὁμοίως ταῖς τε βώλοις, καὶ τὸν υἱὸν ὑπεστήσατο. καὶ τῷ πρώτῳ δὲ τοῦ Ἑξαημέρου, ἵνα δειχθῇ φησιν ὅτι ὁ κόσμος τεχνικόν ἐστι κατασκεύασμα, προκείμενον πᾶσιν εἰς θεωρίαν, ὥστε δι' αὐτοῦ τὴν τοῦ ποιήσαντος σοφίαν ἐπιγινώσκεσθαι, οὐκ ἄλλῃ τινὶ φωνῇ ἐχρήσατο ὁ σοφὸς Μωϋσῆς περὶ αὐτοῦ· ἀλλ' εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν. οὐχὶ ἐνήργησεν, οὐδὲ ὑπέστησεν, ἀλλ' ἐποίησεν· καθότι πολλοὶ τῶν φαντασθέντων συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ τὸν κόσμον, οὐχὶ γεγενῆσθαι παρ' αὐτοῦ συνεχώρησαν. συναπεδείχθη δὲ ἀπὸ τούτου, ὅτι καὶ τὸ ἐνεργεῖν καὶ τὸ ἐνεργεῖσθαι, οὐ μόνον ἐπὶ κτιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀϊδίων καὶ ἀκτίστων δύναται λέγεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὴν χάριν ἐνεργουμένην ἀκούοντες οἱ διαφερόμενοι, κτιστὴν εὐθὺς εἶναι νομίζουσιν. ὁ γὰρ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, ἔστω, φησί, καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς αἱρήσετε· αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνεργηκὸς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον.

Καὶ ὁ Νύσσης δὲ θεῖος Γρηγόριος, οὐ τρεῖς θεοὺς ὀνομάζειν, φησί, δυνάμεθα, τοὺς τὴν θείαν καὶ ἐποπτικὴν ἐνέργειαν, συνημμένως καὶ ἀδιακρίτως ἀλλήλων ἐφ' ἡμῶν τε καὶ πάσης τῆς κτίσεως ἐνεργοῦντας.

Περὶ δὲ τοῦ μιμήματος εἶπεν ὁ Θεσσαλονίκης, ὡς ὁ μέγας Διονύσιος, τῷ μιμήματι τὸ ἀμίμητον προσέθηκεν. ὥστε τὸ θεοποιὸν δῶρον οὐ μᾶλλον μίμημα, ἢ ἀμιμησία. φησὶ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, μίμημα εἶναι καὶ τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, γράφων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ υἱοῦ· εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὡς ὁμοούσιος, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου πατήρ. αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται. ὥστε τὸ μίμημα, οὐκ ἐμποδίζει πρὸς τὸ ἄκτιστον εἶναι τὴν θέωσιν. σχέσις δὲ ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια πρὸς τὸ προνοούμενον· καὶ ἡ πρόγνωσις αὐτοῦ πρὸς τὸ προγινωσκόμενον· καὶ οἱ ἐξ ἀϊδίου ἐν τῷ Θεῷ προορισμοί, πρὸς τὰ προοριζόμενα. ἀλλ' ἑκάστῳ τούτων οὐκ ἐμπόδιόν ἐστι τὸ σχέσιν εἶναι πρὸς τὸ ἄκτιστον εἶναι. ὥστε οὐδὲ ἡ θεοποιὸς δωρεὰ τοῦ πνεύματος, αὐτὴ ἡ θέωσις, ἐστὶ κτιστή, διότι σχέσις ἐστὶ πρὸς τὰ θεούμενα. ὅτι γὰρ ἄκτιστός ἐστι, σαφῶς καὶ συντόμως παρέστησε καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος, γράφων· ἡ θεία χάρις, εἰ καὶ ἀπόλαυσιν δίδωσι τοῖς κατὰ χάριν μετέχουσιν, ἀλλ' οὐ κατάληψιν. μένει γὰρ καὶ τῇ μεθέξει τῶν ἀπολαυόντων αὐτῆς ἀκατάληπτος, ὅτι κατὰ φύσιν ὡς ἀγέννητος ἔχει τὴν ἀπειρίαν. καὶ πάλιν· τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον, πρεσβεία Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ υἱοῦ σαρκωθέντος καὶ μισθὸν δωρουμένου τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, τὴν ἀγέννητον θέωσιν.

Μετὰ δὴ τὸ φανῆναι καὶ τὴν θείαν ἐνέργειαν θεότητα ὀνομαζομένην, ἐζητήσαμεν ἀποδειχθῆναι παρὰ τῶν θεολόγων, εἰ τῆς θείας ἐνεργείας ταύτης, καὶ τῶν οὐσιωδῶς περὶ αὐτὴν θεωρουμένων, ὑπέρκειται κατ' οὐσίαν ὁ Θεός· καὶ ἀνεφάνη καὶ τοῦτο παρὰ πάντων κηρυττόμενον τῶν ἁγίων· συναπεδείχθη δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι οἱ μὴ τοῦτο παραδεχόμενοι, πολύθεοί εἰσι, πολλὰς λέγοντες ἀρχάς, ὡς μὴ ἀναφέροντες εἰς ἓν αἴτιον καὶ μίαν ἀρχὴν τὰ περὶ τὸν Θεὸν οὐσιωδῶς θεωρούμενα. ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς φησιν· ἔστι τι τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλ'

A ctus ſit a magno Dionyſio Deus: & imitationem nuncupet eam, & habitum eorum qui participant; impie loqui eos declaravit ſancta ſynodus. Tamen hoc etiam indagato a divina ſynodo; Utrum dixerit aliquis ſanctorum increatam eſſe deïficationem; & utrum habitus, & imitatio, & quod ſtabilitur etiam de increatis dicatur: prolatæ ſunt ſententiæ ſanctorum, quæ non ſemper de creatis iſta dici oſtenderent. Nam magnus Baſilius in Antirrheticis aït: *Qui genuit glebas roris, non ſimiliter glebas ac Filium facit ſubſiſtere.* Et primo libro Hexaëmeri: *Ut oſtenderetur*, inquit, *mundum eſſe quoddam ex arte factum opus, propoſitum omnibus ad contemplandum, ut per ipſum factoris ſapientiam agnoſcamus, non alia quapiam voce uſus eſt*
B *ſapientiſſimus Moſes de eo: ſed dixit*, In principio fecit: *non, operatus eſt: non ſtabilivit; ſed fecit: qua ratione multi eorum qui ſomniarunt coëxſiſtere Deo mundum ab æterno, non eſſe factum ab ipſo conceſſerunt.* Simul autem ex eo demonſtratum eſt, quod operari, ſive Græcum verbum forma activorum efferatur, ſive forma deponentium verborum, ἐνεργεῖν ſive ἐνεργεῖσθαι, non ſolum de rebus creatis, ſed & de ſempiternis & increatis poſſe dici: quandoquidem & gratiam operantem, ἐνεργουμένην audientes adverſarii, creatam illico eſſe arbitrantur. Magnus enim in Theologia Gregorius; *Eſto*, inquit, *etiam operationis, ſi ita videtur; ne ſic quidem nos capietis: ſed ipſum illud*
C *quod operatum fuerit, erit conſubſtantiale.*

Geneſ. 1. 1.

Coloſſ. 1. 29.

Sed & divinus Gregorius Nyſſenus, *Non tres deos nominare poſſumus*, inquit, *qui divinam & inſpectricem operationem conjuncte & indiviſe inter ſe circa nos & omnem creaturam operantur.*

Ad imitationem autem quod attinet, dixit Theſſalonicenſis, magnum Dionyſium imitationi non-imitabile adjeciſſe: quamobrem deïficum donum nihilo magis imitatio quam non-imitatio eſt. Dicit & Gregorius Theologus, imitationem Patris Filium eſſe, ſcribens in ſecunda oratione de Filio: *Imago Patris, utpote conſubſtantialis; & quod iſtud inde eſt, non autem ex ipſo Pater. Hæc enim imaginis natura eſt, ut imitatio ſit primigenii exemplaris, & cujus eſſe di-*
D *citur.* Quamobrem imitatio non impedit, quominus increata deïficatio ſit. Refertur autem Dei providentia ad ea quibus providet; & præſcientia ejus ad ea quæ præſciuntur; & prædefinitiones quæ ab æterno in Deo ſunt, ad ea quæ prædefiniuntur. At nulli horum impedimento relatio eſt, quin ſit increatum. Quamobrem neque deïficum donum Spiritus, ipſa utique deïficatio, quiddam creatum eſt, eo quod refertur ad ea quæ deïficantur. Quod enim increata ea ſit, manifeſte & compendioſe convincet etiam divinus Maximus; ſcribens: *Divina gratia, quamquam fructum affert his qui ſunt gratia participes, at non comprehenſionem. Manet enim etiam participata ab iis qui fruuntur incomprehenſibilis, eo quod naturaliter,*
E *velut ingenita, habet infinitionem.* Et iterum: *Hoc eſt Dei Evangelium, legatio Dei ad homines, tum Filio incarnato, tum mercedem donante eo his qui in ſe credunt, ingenitam deïficationem.*

Poſtquam vero patuit aperte etiam divinam operationem deïtatem nuncupari, quæſivimus demonſtrari ex Theologis, Utrum divinæ huic operationi, & his quæ eſſentialiter circa eam conſiderantur, ſupereminneat ſecundum eſſentiam Deus: Et patuit etiam illud ab omnibus ſanctis fuiſſe prædicatum. Simul autem demonſtratum & iſtud eſt, Qui iſtud non admitterent, eos plurium deorum aſſertores eſſe; quippe qui multa inducant principia; quandoquidem non referunt ad unam cauſam & ad unum principium, quæcumque circa Deum eſſentialiter conſiderantur. Magnus certe Baſilius in Antirrheticis aït: *Eſt quoddam ordinis genus, non ex noſtra affirmatione conſiſtens, ſed ipſa*

Digitized by Google

naturali conſecutione contingens; quemadmodum ad ignem ſe habet lux quæ ex ipſo eſt: in talibus enim prius vocamus quod cauſa eſt; poſterius, quod ex ipſa eſt. Non intervallis ſejungentes iſta invicem; ſed ratiocinatione prius cauſato cauſam cogitantes. Quomodo igitur rationi conſentaneum ſit ordinem negare, ubi prius & poſterius eſt, non quia ſic rem eſſe ponimus, ſed ex naturali quæ rebus ineſt conſecutione?

Sed & in his quæ ſcribit ad Amphilochium, dicit: *Operationes autem Spiritus, quæ? Ineffabiles quidem ob magnitudinem, innumeræ ob multitudinem. Quomodo enim cognoſcemus ea, quæ ſunt ultra ſæcula? Quæ fuere illius ante creaturam intellectivam operationes? Quam multa ab ipſo erga creaturam gratia? Quæ porro erga ſuperventura ſæcula virtus? Erat etenim & prius erat & ſimul erat in Filio & Patre ante ſæcula. Quamobrem quantumlibet aliquid ultra ſæcula cogites, iſtud quoque Spiritu inferius eſt:* operationes Spiritus quæ ſæcula præceſſerunt, inferiores Spiritu cenſens eſſe.

In oratione autem de deïtate Filii & Spiritus, divinus Gregorius Nyſſenus aït: *Divina quidem natura ineffabilis & inenarrabilis permanet, omnem ſuperans, quæ voce exprimitur, ſignificationem.* Non igitur naturam, ſed vim inſpectricem Spiritus, deïtatis appellatio exhibet. Magnus vero Athanaſius, in oratione ſecunda contra Arianos, cum hæretici dicerent, voluntatis eſſe Filium, at non naturæ Patris. *Si velle*, inquit, *circa ea quæ non exſiſtunt, Deo concedunt, cur quod ſuperius eſt voluntate non agnoſcunt in Deo?* Et in tertia oratione contra eoſdem: *Quod quidem eſt oppoſitum voluntati, viderunt hæretici: quod vero majus & ſuperius eſt, non animadverterunt. Quemadmodum enim opponitur voluntati quod præter ſententiam eſt; ita ſuperius eſt & præcedit voluntatem, quod naturale eſt.* Idem adverſus Macedonium ſcribens; *Scito*, inquit, *Deum eſſe, poſterius quiddam quam naturam eſſe. Nam & nos, ſi imitatores Dei ſimus, ſecundum Paulum, dii efficimur; ejuſdem autem naturæ fieri, non poſſumus.* Divinus vero Maximus; *Omnia*, inquit, *quæ ſunt, tum quæ participant, tum quæ participantur, infinite Deus antecellit.*

Cap. 12 §. 3.

Sed & divinus Dionyſius, capite duodecimo de divinis nominibus, aït: *Quantum antecellunt iis quæ non ſunt, quæ ſunt ſancta aut divina aut principalia aut regia, & iis quæ participant ipſæ per ſe participationes: tantum ſupereminet omnibus quæ ſunt, qui eſt ſuper omnia quæ ſunt, & omnibus quæ participant, ipſiſque participationibus, is qui cauſa eſt imparticipabilis.* Et in ſecunda ad Gaium epiſtola; *Quomodo*, inquit, *is qui eſt ultra omnia, & ſuper ſuprema deitatis rationem eſt, & ſuper rationem ſupremæ bonitatis? Si deitatem & bonitatem cogites, ipſam rem eſſe bonum & deum efficientis doni, per quod dii bonique efficimur. Nam ſi iſtud principium eſt quo dii efficimur & boni: ultra ea eſt quæ deificantur & bona fiunt, is qui omnis principii ſupremum principium eſt, & ſic appellatæ deitatis & bonitatis, & ſupremæ deitatis, ſupremæque bonitatis.* Et idem iterum: *Nunc tranſeundum eſt ad eam quæ vere exſiſtit, illius qui vere eſt eſſentialem appellationem Theologica conſideratione. * Tantum autem commonebimus, orationis hujus propoſitum eſſe, non ſupereſſentialem eſſentiam, quæ ille ſuper eſſentias eſt, enarrare: ineffabile enim iſtud eſt & ignotum & prorſus inenarrabile, & ipſam ſuperans unionem; ſed eſſentiarum effectorem ad omnia quæ ſunt ſupremi eſſentiarum principii progreſſum prædicare.* Divinus autem Maximus in ſcholiis; *Progreſſum hic dicit, divinam operationem, quæ omnem eſſentiam produxit.*

De divin. nomin. cap. 5. §. 1.

* προόδον.

Et divinus Chryſoſtomus, in oratione prima de In-

αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον. ὡς τὸ πρὸς τὸ πῦρ τὸ φῶς ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. ἐν τοῖς τοιούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον δὲ τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ· οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. πῶς οὖν εὔλογον ἀρνεῖσθαι τὴν τάξιν, ἐφ᾽ ὧν ἐστι πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐνυπαρχούσης ἀκολουθίας;

Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον γράφει· αἱ δὲ ἐνέργειαι τοῦ πνεύματος, τίνες; ἄῤῥητοι μὲν διὰ τὸ μέγεθος· ἀνεξαρίθμητοι δὲ, διὰ τὸ πλῆθος. πῶς γὰρ νοήσομεν τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα; τίνες ἦσαν αὐτοῦ πρὸ τῆς νοητῆς κτίσεως, αἱ ἐνέργειαι; πόσαι δὲ αἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ περὶ τὴν κτίσιν χάριτες, τίς δὲ ἡ πρὸς τοὺς αἰῶνας τοὺς ἐπερχομένους δύναμις; ἦν μὲν γὰρ καὶ προῆν καὶ συμπαρῆν τῷ υἱῷ καὶ τῷ πατρὶ πρὸ τῶν αἰώνων. ὥστε κἄν τι νοήσῃς τῶν αἰώνων ἐπέκεινα καὶ τοῦτο ἐστὶ τοῦ πνεύματος κατώτερον· τὰς προαιωνίους ἐνεργείας πνεύματος, κατωτέρας τοῦ πνεύματος ἀποφαινόμενος εἶναι.

Ἐν δὲ τῷ περὶ θεότητος υἱοῦ καὶ πνεύματος λόγῳ ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος φησίν· ἡ μὲν θεία φύσις ἄφραστός τε καὶ ἀνεκφώνητος μένει, ὑπερβαίνουσα πᾶσαν τὴν διὰ φωνῆς σημασίαν. ἰδοὺ οὖν οὐχὶ φύσιν, ἀλλὰ τὴν θεατικὴν δύναμιν τοῦ πνεύματος, ἡ τῆς θεότητος προσηγορεία παρίστησιν. ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρῳ λόγῳ, τῶν αἱρετικῶν λεγόντων, τῆς θελήσεως εἶναι τὸν υἱὸν, ἀλλ᾽ οὐ τῆς φύσεως τοῦ πατρός· εἰ τὸ βούλεσθαι φησὶ περὶ τῶν μὴ ὄντων διδόασι τῷ Θεῷ, διατί τὸ ὑπερκείμενον τῆς βουλήσεως οὐκ ἐπιγινώσκουσι τῷ Θεῷ, κἀν τῷ τρίτῳ κατὰ τῶν αὐτῶν· τὸ μὲν ἀντικείμενον τῆς βουλήσεως, ἑωράκασιν οἱ αἱρετικοί· τὸ δὲ μεῖζον καὶ ὑπερκείμενον, οὐ τεθεωρήκασιν. ὥσπερ γὰρ ἀντίκειται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην, οὕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βούλεσθαι, τὸ κατὰ φύσιν. καὶ κατὰ Μακεδονίου γράφων ὁ αὐτὸς, γίνωσκε, φησὶν, ὅτι τὸ Θεὸς εἶναι, δεύτερόν ἐστι τῆς φύσεως· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐὰν μιμηταὶ γενώμεθα τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν Παῦλον, θεοὶ γινόμεθα· τῆς δὲ αὐτῆς φύσεως γενέσθαι, οὐ δυνάμεθα. ὁ δὲ θεῖος Μάξιμος, πάντων, φησὶ, τῶν ὄντων, καὶ μετεχόντων καὶ μεθεκτῶν, ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπεξῄρηται.

Ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος, ἐν τῷ περὶ θείων ὀνομάτων δωδεκάτῳ, φησὶν, καθόσον ὑπερέχει τῶν οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἅγια ἢ θεῖα ἢ κύρια ἢ βασιλικὰ, καὶ αὐτῶν μετεχόντων αἱ αὐτομετοχαί· κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυται πάντων τῶν ὄντων, ὁ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα· καὶ πάντων τῶν μετεχόντων καὶ τῶν μετοχῶν, ὁ ἀμέθεκτος αἴτιος. καὶ τῇ δευτέρᾳ δὲ πρὸς Γάϊον ἐπιστολῇ, πῶς, φησι, ὁ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν ἐστὶ καὶ ὑπὲρ ἀγαθαρχίαν. εἰ θεότητα καὶ ἀγαθότητα νοήσαις, αὐτὸ τὸ χρῆμα τοῦ ἀγαθοποιοῦ καὶ θεοποιοῦ δώρου, καθ᾽ ὃ θεούμεθα καὶ ἀγαθυνόμεθα· καὶ γὰρ εἰ τοῦτο ἀρχὴ γίνεται τοῦ θεοῦσθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι, τοῖς θεουμένοις καὶ ἀγαθυνομένοις, ὁ πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος, καὶ τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος καὶ ἀγαθότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας, ἐστὶν ἐπέκεινα. καὶ πάλιν ὁ αὐτός· μετιτέον νῦν ἐπὶ τὴν ὄντως οὖσαν, τοῦ ὄντως ὄντος θεολογικὴν οὐσιωνυμίαν. τοσοῦτον δὲ ὑπομνήσομεν, ὅτι τῷ λόγῳ σκοπὸς, οὐ τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν, ᾗ ὑπερούσιος, ἐκφαίνειν· ἄῤῥητον γὰρ τοῦτο καὶ ἄγνωστον καὶ παντελῶς ἀνέκφαντον, καὶ αὐτὴν ὑπεραῖρον τὴν ἕνωσιν· ἀλλὰ τὴν οὐσιοποιὸν εἰς τὰ ὄντα πάντα τῆς θεαρχικῆς οὐσιαρχίας πρόοδον ὑμνῆσαι. ὁ δὲ θεῖος Μάξιμος ἐν τοῖς σχολίοις, πρόοδον φησὶν ἐνταῦθα, τὴν ἐνέργειαν, ἣ πᾶσαν οὐσίαν παρήγαγε.

Καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῷ περὶ ἀκαταλήπτου πρώτῳ

λόγῳ,

ANNO CHRISTI 1350.

τῷ λόγῳ, φησὶν, οἱ προφῆται, οὐ μόνον τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀγνοοῦντες φαίνονται, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς σοφίας αὐτῆς, πόση τίς ἐστι διαπορῶσιν. καίτοι γε οὐχ ἡ οὐσία ἀπὸ τῆς σοφίας, ἀλλ' ἡ σοφία ἀπὸ τῆς οὐσίας. ὅταν δὲ μὴ δὲ ταύτην δυνῶνται καταλαβεῖν μετὰ ἀκριβείας, πόσης ἂν εἴη μανίας, τὴν οὐσίαν αὐτὴν νομίζειν δύνασθαι τοῖς οἰκείοις ὑποβάλλειν λογισμοῖς; καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ πάλιν ὁ αὐτός φησιν· οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα. ἡμεῖς γὰρ πάντες μέτρῳ τὴν ἐνέργειαν τοῦ πνεύματος ἐλάβομεν. πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα, τὴν ἐνέργειαν λέγει· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μεριζομένη. οὗτος δὲ ἀμέτρητον ἔχει καὶ ὁλόκληρον πᾶσαν τὴν ἐνέργειαν. εἰ δὲ ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἀμέτρητος, πολλῷ μᾶλλον ἡ οὐσία.

Μετὰ τοῦτο ἐζητήθη παρ' ἡμῶν, ἐπειδήπερ οἱ τὴν ἐκκλησίαν ἐλαύνοντες, οὗτοι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ μετέχειν ἅπαντα φασὶν, ὡς ἀδιαφόρου οὔσης τῆς τε θείας οὐσίας καὶ τῆς θείας ἐνεργείας, καὶ μηδὲν ἕτερον ὄντος τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτοὺς, πλὴν οὐσίας μόνης· ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν ἁγίων ἐκδιδαχθέντες γραφῶν, καὶ οὐσίαν ἔχειν τὸν Θεὸν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, τῆς θείας οὐσίας διαφέρουσαν· μᾶλλον δὲ καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας· οὕτω γὰρ οὐ μόνον τρισυπόστατος, ἀλλὰ καὶ παντοδύναμος ἔσται. ἐζητήθη οὖν τίνος μετέχουσι τὰ πάντα, τῆς θείας οὐσίας, ἢ τῆς τοῦ Θεοῦ θείας ἐνεργείας. ἡ θεία σύνοδος, ἀχώριστον μὲν ἴσμεν, ἔφη, τὴν θείαν οὐσίαν καὶ τὴν θείαν φυσικὴν ἐνέργειαν. οὐ γάρ ποτε ἐνέργεια εἴη ἂν τῆς ἑαυτῆς οὐσίας χωρίς. περὶ μέντοι τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδημιουργημένων ἔφη, τίς οὐκ οἶδεν, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἀντιλέγοντας παραπαίοι, ὅτι πᾶν δημιούργημα τῆς ἐνεργείας τοῦ δημιουργήσαντος, ἀλλ' οὐχὶ τῆς οὐσίας μετείληφεν; οὐ γὰρ ἡ οἰκία τῆς τοῦ οἰκοδόμου, οὐδὲ ναῦς τῆς τοῦ ναυπηγοῦ μετείληχεν οὐσίας, ἀλλὰ τῆς τέχνης καὶ τῆς ἐνεργείας, κατὰ τὸν Νύσσης θεολόγον. ὅτι δὲ καὶ οἱ ἅγιοι, τῇ πρὸς Θεὸν ἑνώσει θεοποιούμενοι, οὐ τῆς θείας οὐσίας, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ θείας ἐνεργείας μετέχουσιν, ὁ δὲ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος παρίστησι, γράφων περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι Χριστὸς λέγεται διὰ τὴν θεότητα· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος· οὐκ ἐνεργείᾳ, κατὰ τοὺς ἄλλους Χριστοὺς ἁγιάζουσα, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος. καὶ ὁ μέγας Βασίλειος· πάντα μὲν, φησι, πληροῖ τῇ δυνάμει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· μόνοις δὲ ἐστι μεθεκτὸν τοῖς ἀξίοις, οὐχ ἑνὶ μέτρῳ μετεχόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως διαιροῦν τὴν ἐνέργειαν. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· ὥσπερ αἱ τῶν προσώπων ἐμφάσεις, οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ὕλαις γίνονται, ἀλλ' ἐν ταῖς λειότητα τινὰ καὶ διαφάνειαν κεκτημέναις· οὕτως οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια, ἀλλ' ἐν ταῖς οὐδὲν σκολιὸν ἐχούσαις, οὐδὲ στραγγαλιῶδες. ὁ δὲ ἅγιος Μάξιμος· πάντα, φησὶν, ὅσα ὁ Θεὸς, καὶ ὁ διὰ τῆς χάριτος τεθεωμένος ἔσται· χωρὶς τῆς κατ' οὐσίαν ταυτότητος. ὁ δὲ μέγας Διονύσιος· κυκλικῶς, φησὶν, οἱ θεῖοι κινοῦνται νόες, ἑνούμενοι ταῖς ἀνάρχοις καὶ ἀτελευτήτοις ἐλλάμψεσι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. πληθυντικῶς μὲν οὖν αὐτὰς προενεγκὼν, ἔδειξεν ὡς οὐσίαν οὔσας τοῦ Θεοῦ· οὐδέποτε γὰρ ἐκείνη πληθυντικῶς ἐκφέρεται· ἐλλάμψεις δὲ αὐτὰς καλέσας, καὶ ἀνάρχους καὶ ἀτελευτήτους προσειπὼν, θείας καὶ ἀκτίστους ἐνεργείας ταύτας ἔδειξεν. ὁ δὲ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην ἁγίῳ εὐαγγελίῳ, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, φησι, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. ὅπερ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξηγούμενος, ποταμοὶ φησὶν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσι, τὸ δαψιλὲς καὶ ἄφθονον τῆς χάριτος αἰνιττόμενος· ὅπερ ἀλλαχοῦ φησὶ, πηγὴ ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν

A comprehenſibili, aït: *Propheta non ſolam quid ſecundum eſſentiam Deus ſit neſcire videntur; ſed etiam de ipſamet ſapientia, quanta ſit, dubitant. Quamquam non eſt eſſentia a ſapientia; ſed ſapientia ab eſſentia eſt. Cum autem neque hanc poſſint comprehendere plane & explorate; quanta dementia fuerit, eſſentiam ipſam arbitrari propriis poſſe ſubjicere ratiocinationibus?* Et in Evangelium Joannis, iterum idem aït; *Non in menſura dat Deus ſpiritum. Nos enim omnes in menſura operationem Spiritus accepimus. Spiritum enim ibi operationem dicit. Ipſa enim eſt qua diſpartitur. Ille autem immenſam habet & integram omnem operationem. Si autem operatio ipſius immenſa eſt, multo magis eſſentia.* Joan. c. 34.

B Deinceps quæſitum a nobis eſt, quandoquidem qui Eccleſiam vexant, hi eſſentiam Dei participare omnia contendunt, quippe cum indiſtinctæ ſint divina eſſentia & divina operatio; neque aliud Deus ſit ſecundum ipſos, quam ſola eſſentia. Nos vero ex ſacris edocti ſumus ſcripturis, & eſſentiam habere Deum, & virtutem, & operationem ab eſſentia divina diſtinctam; vel potius & virtutes & operationes. Sic enim non ſolum tripliciter ſubſiſtens, ſed etiam omnipotens erit. Quæſitum eſt igitur, quid ſit quod participent omnia; an divinam eſſentiam, an Dei divinam operationem. Divina ſynodus dixit: Inſeparabilem quidem ſcimus eſſe divinam eſſentiam a divina naturali operatione. Neque enim umquam operatio fuerit C ſine ſua eſſentia. Tamen quod attinet ad ea quæ ab initio Deus condidit, quis ignorat, niſi cum adverſariis deſipiat, omne opificium operationem opificis, ſed non eſſentiam participare? Neque enim domus illius qui ædificat, domum aut navis illius qui navim fabricatur, eſſentiam participat, ſed artem & operationem; ut auctor eſt Nyſſenus Theologus. Quod autem etiam ſancti, per unionem cum Deo deificati, non divinæ eſſentiæ, ſed ipſius divinæ operationis participes fiunt, magnus in Theologia Gregorius oſtendit, ſcribens de Domino noſtro Jesu Chriſto; *Chriſtus dicitur propter deitatem: unctio enim ipſa humanitatis eſt: non operatione, ut alios chriſtos, ſanctificans, ſed præſentia totius ungentis.* Et magnus Baſilius; *Omnia quidem*, inquit, *implet virtute Spiritus ſanctus: D ſolis tamen illis participabilis eſt qui digni ſunt; nec uno modo participatur, ſed ſecundum proportionem fidei dividit operationem.* Et alibi iterum: *Quemadmodum enim vultuum imagines ſive ſpecies non in quibuslibet corporibus exhibeantur, ſed in his dumtaxat, qua lævitatem quamdam ac perſpicuitatem habeant; ſic non in omnibus animis Spiritus operatio eſt, ſed in his quæ nihil obliquum habeat, nihil tortuoſum.* Sanctus vero Maximus; *Omnia*, inquit, *quæcumque Deus eſt, hæc & ille erit, qui per gratiam fuerit deificatus; ſed non eadem eſſentia.* Magnus autem Dionyſius; *Circulariter*, inquit, *divina moventur mentes, dum uniuntur principio, & fine carentibus Pulcri Bonique* E *illuſtrationibus.* Has ille plurali numero efferens, oſtendit non eſſe eas eſſentiam Dei; neque enim illa numero plurali effertur. Dum autem illuſtrationes illas appellat, & principio ac fine carentes vocat, divinas illas eſſe & increatas operationes oſtendit. Dominus autem noſter ac Deus, in ſancto Joannis evangelio, *Qui credit in me*, inquit, *ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus ſanctus, quia* Jesus *nondum erat glorificatus.* Quod divinus Chryſoſtomus enarrans, *Flumina*, inquit, *de ventre ejus fluent: affluentiam abundantiamque gratiæ ſubindicans*: quod alibi dicit: Fons aquæ vivæ ſalientis in vitam æter-

De divin. nomin. cap. 4. §. 8.

Joan. 7. 38.

Joan. 4. 14.

ANNO CHRISTI 1350.

nam: *hoc eſt, multam habebit gratiam. Alibi ſane quidem vitam æternam vocat, hic vero aquam vivam: vivam autem dicit, ſemper operantem. Nam Spiritus gratia ubi in mentem venerit, ibique conſederit, omni fonte uberius erumpit, nec deſinit, nec exhauritur, nec retinetur. Simul vero etiam ut non deficientem ſuppeditationem oſtenderet, & ineffabilem operationem, fontem & flumina nuncupavit: nec flumen unum, ſed ineffabilia: affluentiam autem expreſſit verbo ſaliendi.* Idem poſt nonnulla: *Non jam Prophetæ apud eos erant, neque gratia eorum Sancta tuebatur. Quoniam igitur receſſerat Spiritus ſanctus, debebatque deinceps effundi copioſe; atque hujus diſtributionis initium poſt crucem factum eſt, nec ſolum liberalitatis, ſed & majorum chariſmatum: nam multo mirabilius donum fuit; ut cum ait:* Neſcitis cujus Spiritus eſtis. *Et iterum:* Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. *Enimvero & veteres Spiritum habuerunt, ſed aliis non dabant. Apoſtoli autem, innumeros repleverunt. Quoniam vero hanc erant accepturi gratiam, nec dum illa fuerat data; idcirco aït:* Nondum erat Spiritus ſanctus, *hoc eſt, datus,* quia Jesus nondum erat glorificatus, *gloriam Chriſti crucem appellans. Quoniam enim inimici eramus & peccatores, & privati dono Dei, & Deo exoſi; gratia autem reconciliationis demonſtratio eſt; donum vero non inimicis neque inviſis, ſed amicis datur, & placitis gratiſque; oportuit prius offerri pro nobis hoſtiam, & inimicitiam in carne diſſolvi, & fieri Dei amicos, & tunc donum accipere. Nam ſi in promiſſione Abrahæ facta hoc contigit, multo magis ſub gratia.*

Luc. 9. 55.

Rurſus idem in triceſima ſexta homilia ejuſdem lucubrationis; *Sic etiam in nobis,* inquit, *non ſimpliciter aqua operatur, ſed quando Spiritus gratiam acceperit, tunc omnia diluit peccata.* Et poſt pauca: *Sed etiamſi univerſus orbis accedat, gratia non conſumitur, neque operatio exhauritur, ſed ſimiliter manet, & talis, qualis & antea fuit. Et quemadmodum ſolares radii ſingulis diebus lucent, nec conſumuntur; neque ex multa erogatione minor eiſdem lux efficitur; ſic, eoque multo magis, Spiritus operatio nullo modo imminuitur ab iis qui ea fruuntur.* Et idem iterum in quinta homilia ejuſdem commentationis; ubi illud exponit, *Omnia per ipſum facta ſunt*, aït: *Cum de rerum creatione dixiſſet Joannes, ſubjungit etiam de providentia ſermonem, dicens,* In ipſo vita erat. *Etenim ut nemo diffideret, quomodo tot ac tanta per ipſum facta ſint, ſubjunxit,* In ipſo vita erat. *Quemadmodum igitur in fonte abyſſos gignente, quantumcumque detraxeris, nihil tamen fontem minuiſti; ſic etiam in operatione Unigeniti, quantacumque credideris producta per ipſam & facta, nihilo minor facta eſt.* Et rurſum; *Evangelio dicente, De plenitudine ejus nos omnes accepimus; ad hoc enim tandem reducenda oratio eſt: Non participatum,* inquit, *donum habet; ſed ipſe fons & ipſa radix eſt bonorum; ipſa vita & ipſa lux & ipſa veritas: non in ſeipſo continens bonorum divitias, ſed in alios omnes redundans, & poſtquam redundavit, plenus permanens, nec ulla re imminutus ob erogationem in alios: ſed ſemper ſcaturiens, & cum omnibus hæc impertierit, in eadem perfectione manet. Quod ego autem fero, participatum eſt: ab alio enim illud accepi, exiguum quiddam ex univerſo, & veluti gutta exigua ad abyſſum immenſam & pelagus infinitum: vel potius, neque iſtud exemplum exhibere poteſt quod conamur eloqui. Guttam enim ſi pelago ademeris, eo ipſo pelagus minus facis, quamquam imminutio non apparet. In illo autem fonte, idem dici non poteſt: ſed*

Homil. 4.

A αἰώνιον· τουτέστι, πολλὴν ἕξει χάριν. ἀλλαχοῦ μὲν οὖν ζωὴν αἰώνιον λέγει, ἐνταῦθα δέ, ὕδωρ ζῶν. ζῶν δὲ λέγει, τὸ ἀεὶ ἐνεργοῦν. ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος χάρις, ἐπειδὰν εἰς διάνοιαν ἔλθῃ καὶ ἱδρυνθῇ, πάσης πηγῆς μᾶλλον ἀναβλύζει, καὶ οὐ διαλιμπάνει, οὐδὲ κενοῦται, οὐδὲ ἵσταται. ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ ἀνελλιπὲς τῆς χορηγίας δηλῶν καὶ τὸ ἄφατον τῆς ἐνεργείας, πηγὴν καὶ ποταμὸν ἐκάλεσεν· οὐχ ἕνα ποταμόν, ἀλλὰ ἀφάτους· καὶ ἐκεῖ δὲ τὴν πλημμύραν διὰ τοῦ ἅλλεσθαι παρέστησεν. καὶ μετὰ ἕτερα ὁ αὐτός· οὐκ ἔτι προφῆται παρ' αὐτοῖς ἦσαν, οὐδὲ ἐπέβλεπεν αὐτοὺς τὰ ἅγια ἡ χάρις· ἐπεὶ οὖν ἀνέσταλτο μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔμελλε δὲ λοιπὸν ἐκχεῖσθαι δαψιλῶς, ταύτης δὲ τῆς διανομῆς ἀρχὴ μετὰ τὸν σταυρὸν ἐγένετο· οὐ μόνον δαψιλείας, ἀλλὰ καὶ μειζόνων χαρισμάτων· B καὶ γὰρ θαυμαστοτέρα ἦν ἡ δωρεά, ὡς ὅταν λέγῃ· οὐκ οἴδατε ποίου πνεύματός ἐστε. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας. καὶ γὰρ καὶ οἱ παλαιοὶ πνεῦμα μὲν εἶχον, ἄλλοις δὲ οὐ παρεῖχον· οἱ δὲ ἀπόστολοι, μυριάδας ἐνέπλησαν. ἐπεὶ δὲ ταύτην ἔμελλον λαμβάνειν τὴν χάριν, οὔπω δὲ ἦν δεδομένη, διὰ τοῦτό φησιν· οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον· τουτέστι δοθέν, ἐπεὶ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη· δόξαν κυρίου τὸν σταυρὸν καλῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἐχθροὶ ἦμεν καὶ ἡμαρτηκότες, καὶ ὑστερούμενοι τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ, καὶ θεοστυγεῖς· ἡ δὲ χάρις καταλλαγῆς ἦν ἀπόδειξις· δῶρον δὲ οὐ τοῖς ἐχθροῖς, οὐδὲ τοῖς μισουμένοις, ἀλλὰ τοῖς φίλοις δίδοται, καὶ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ἔδει πρότερον προσενεχθῆναι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν, καὶ τὴν ἔχθραν ἐν C τῇ σαρκὶ καταλυθῆναι, καὶ γενέσθαι τοῦ Θεοῦ φίλους, καὶ τότε λαβεῖν τὴν δωρεάν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦτο γέγονε τῆς πρὸς Ἀβραάμ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς χάριτος.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τριακοστῇ ἕκτῃ ὁμιλίᾳ τῆς αὐτῆς πραγματείας. καὶ ἐφ' ἡμῶν φησιν οὐχ' ἁπλῶς τὸ ὕδωρ ἐργάζεται, ἀλλ' ὅταν τὴν τοῦ πνεύματος χάριν δέξηται, τότε ἅπαντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. καὶ μετὰ βραχέα· ἀλλὰ κἂν ἡ οἰκουμένη πᾶσα ἔλθῃ, ἡ χάρις οὐ καταναλίσκεται· οὐδὲ ἡ ἐνέργεια δαπανᾶται, ἀλλ' ὁμοίως μένει, καὶ τοιαύτη οἵα καὶ πρὸ τοῦ. καὶ καθάπερ αἱ ἡλιακαὶ ἀκτῖνες καθ' ἑκάστην φωτίζουσι τὴν ἡμέραν, καὶ οὐ δαπανῶνται, οὐδὲ ἀπὸ τῆς πολλῆς χορηγίας ἔλαττον αὐτῆς γίνεται τὸ φῶς· οὕτω, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια οὐδὲν ἐλαττοῦται παρὰ D τῶν ἀπολαυόντων αὐτῆς. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν πέμπτῃ ὁμιλίᾳ τῆς αὐτῆς πραγματείας, τό, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο ἐξηγούμενος, φησίν· εἰπὼν περὶ τῆς δημιουργίας ὁ Ἰωάννης, ἐπάγει καὶ τὸν περὶ τῆς προνοίας λόγον, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, λέγων. καὶ γὰρ ἵνα μηδεὶς ἀπιστῇ πῶς τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα δι' αὐτοῦ γέγονεν, ἐπήγαγεν ὅτι ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῆς πηγῆς τῆς τικτούσης ἀβύσσους, ὅσον ἂν ἀφέλῃς, οὐδὲν ἐλαττοῖς τὴν πηγήν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ μονογενοῦς, ὅσα ἂν πιστεύσῃς παρῆχθαι δι' αὐτῆς καὶ πεποιῆσθαι, οὐδὲν ἐλάττων γέγονεν. καὶ πάλιν· τοῦ εὐαγγελίου εἰρηκότος, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, ἐπὶ γὰρ τοῦτο τέως ἀκτέον τὸν λόγον· οὐ μεθεκτήν, φησιν, E ἔχει τὴν δωρεάν, ἀλλ' αὐτοπηγὴ καὶ αὐτορρίζα ἐστὶ τῶν καλῶν, αὐτοζωὴ καὶ αὐτοφῶς καὶ αὐτοαλήθεια· οὐκ ἐν ἑαυτῷ συνέχων τῶν ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑπερβλύζων αὐτόν· καὶ μετὰ τὸ ὑπερβλύσαι, μένων πλήρης, καὶ οὐδενὶ ἐλαττούμενος ἐκ τῆς εἰς ἑτέρους χορηγίας, ἀλλ' ἀεὶ πηγάζων, καὶ πᾶσι τούτων μεταδιδοὺς τῶν καλῶν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει τελειότητος. ὃ δὲ ἐγὼ φέρω, μεθεκτόν ἐστι· παρ' ἑτέρου γὰρ ἔλαβον αὐτό, καὶ μικρόν τι τοῦ παντός, καὶ οἱονεὶ σταγὼν βραχεῖα πρὸς ἄβυσσον ἄφατον καὶ πέλαγος ἄπειρον. μᾶλλον δέ, οὐδὲ τοῦτο τὸ παράδειγμα παραστῆσαι δυνατὸν ἄν, ὅπερ ἐπιχειροῦμεν εἰπεῖν. σταγόνα μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ πελάγους ἂν ἀφέλῃς, αὐτῷ τούτῳ τὸ πέλαγος ἠλάττωσας, εἰ καὶ ἀφανὴς ἡ ἐλάττωσις. ἐπὶ δὲ τῆς πηγῆς ἐκείνης, οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν· ἀλλ'

Anno Christi 1350.

ὅσον ἄν τις ἀρύσηται, μένει μηδὲν ἐλαττούμενος. διὸ καὶ μάλιστα, ἐφ᾽ ἕτερον ὑπόδειγμα ἐλθεῖν, ἀσθενὲς μὲν καὶ αὐτό, καὶ οὐ δυνάμενον ὅπερ ζητοῦμεν παραστῆσαι· μᾶλλον δὲ τοῦ προτέρου χειραγωγοῦν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἔννοιαν τῶν προκειμένων ἡμῖν νῦν. ὑποθώμεθα γὰρ εἶναι πυρὸς πηγήν, εἶτα ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐκείνης μυρίους ἀνάπτεσθαι λύχνους, καὶ δὶς τοσούτους καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις. ἆρα οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει πληρότητος τὸ πῦρ, καὶ μετὰ τὸ μεταδοῦναι τοσούτοις τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ; παντί που δῆλον ἐστι. εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τῶν μεριστῶν, τῶν ἐλαττουμένων ὑπὸ τῆς ἀφαιρέσεως, εὑρίσκεται τοιοῦτον, ὃ καὶ μετὰ τὸ παρασχεῖν ἑτέροις τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν παραβλάπτεται, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀκηράτου δυνάμεως ἐκείνης τοῦτο συμβήσεται. εἰ γὰρ ἔνθα οὐσία ἐστὶ τὸ μεταλαμβανόμενον καὶ σῶμα, καὶ μερίζεται καὶ οὐ μερίζεται, πολλῷ μᾶλλον ὅταν περὶ ἐνεργείας ὁ λόγος ᾖ, καὶ ἐνεργείας τῆς ἐκ τῆς ἀσωμάτου οὐσίας, οὐδὲν εἰκὸς τοιοῦτον παθεῖν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰωάννης ἔλεγεν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἐλάβομεν. ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. ἡμεῖς οἱ δώδεκα, οἱ τριακόσιοι, οἱ πεντακόσιοι, οἱ τρισχίλιοι, οἱ πεντακισχίλιοι, αἱ πολλαὶ τῶν Ἰουδαίων μυριάδες, ἅπαν τὸ πλήρωμα τῶν πιστῶν, καὶ τῶν τότε, καὶ τῶν νῦν, καὶ αὖθις ἐσομένων, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν. τί δὲ ἐλάβομεν, χάριν ἀντὶ χάριτος, φησίν.

Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τὸν τεσσαρακοστὸν ὄγδοον ψαλμὸν ἐξηγούμενος, φησί· τὸν μὲν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· ἀλλ᾽ ὅμως ὅ γε τοῦ νοεῖν καὶ ἐπιγνῶναι τὸν ἑαυτοῦ κτίστην καὶ δημιουργὸν δύναμις, καὶ ἐν ἀνθρώποις ὑπάρχει. ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον, τουτέστι, μοῖράν τινα τῆς ἰδίας χάριτος ἐναπέθετο τῷ ἀνθρώπῳ, ἵνα τῷ ὁμοίῳ ἐπιγινώσκῃ τὸ ὅμοιον. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀνακαινίζων, φησί, τὸν ἄνθρωπον ὁ κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος αὐτοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδοὺς, ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν, τί φησι; λάβετε πνεῦμα ἅγιον. καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ προγνώσεως καὶ προορισμοῦ τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων τοῦτον, φησί, τὸν ἄνθρωπον ὁ δημιουργὸς ἄρρενα κατεσκεύασε, μεταδοὺς ἑαυτοῦ θείας χάριτος, καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἑαυτοῦ διὰ ταύτης αὐτὸν ποιησάμενος. καὶ πάλιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον· τίς, φησίν, οὕτως ἀνόητος τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀξίοις, ὡς ἀγνοεῖν ὅτι τῶν δικαίων ὁ στέφανος, ἡ τοῦ πνεύματος ἐστὶ χάρις ἀφθονωτέρα τότε καὶ τελειοτέρα παρεχομένη;

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν, ἐρωτῶντος αὐτὸν, τοῦτο δὴ Ἑρμείου, περὶ τῆς ἐν ἡμῖν θείας ἐνοικήσεως καὶ μετοχῆς, καὶ λέγοντος· ἥδιστα ὡς ἀληθῶς ἄν σου διαπυθοίμην, τί, ὅπως ἂν ἐν ἡμῖν εἴη τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ πλήρωσις νοοῖτο καὶ πράττοιτο, μία τις οὖσα καὶ ἀδιάφορος. ἀποκρινόμενος οὖν δὴ ὁ ἅγιος Κύριλλος· καὶ μὴν, φησίν, οὐδ᾽ ἐπουσιῶν ἔργα δὲ τοῦτο χαλεπὸν ἢ δυσέφικτον. πῶς γὰρ ἂν ἑτέρως, ἢ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, θείων ἡμᾶς χαρισμάτων ἀναπιμπλάντος δι᾽ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνοντος; καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς Θησαυροῖς· ἀλλ᾽ εἴπερ ἐστὶν ὄντως ποίημα, κατὰ τὴν τῶν ἑτεροδόξων μανίαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ὅλην ἔχει τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν. οὐ γὰρ οὕτως τοσοῦτον, οἶμαι, τοῦ φρονεῖν ὀρθῶς ἐκβήσεται, ὡς τολμῆσαι καὶ μόνον εἰπεῖν, τὴν θείαν οὐσίαν, δι᾽ ὀργάνων τινῶν, ἔξωθεν εἰς τὸ εἶναι παρενεχθέντων, διαπονεῖσθαι πρὸς ἐνέργειαν, τὴν ἐξ αὐτῆς διεκβαίνουσαν φυσικῶς πρὸς τινας ἐπιτηδείους πρὸς τὸ λαβεῖν.

Καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σαραπίωνα ἐπιστολῇ· πάντα, φησί, τὰ τοῦ πατρός, τοῦ υἱοῦ ἐστι· διὸ καὶ τὰ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐν πνεύματι διδόμενα, τοῦ πατρός ἐστι χαρίσματα· καὶ τοῦ πνεύματος ὄντος ἐν ἡμῖν· καὶ ὁ λόγος ὁ τοῦτο δι-

Anno Christi 1350.

A *quantumcumque quis hauſerit, manet nulla ex parte diminutus. Idcirco valde neceſſe eſt ad aliud exemplum confugere; nam iſtud imbecille, nec poteſt id quod quærimus exhibere: alio igitur eſt opus, quod certius quam prius deducat nos ad intelligentiam rei nobis modo propoſita. Ponamus enim eſſe fontem ignis, poſtea ex illo fonte innumeras accendi lucernas, & bis terque totidem, & ſæpius. Nonne in eadem plenitudine manet ignis, etiam poſt quam impertierit tam multis operationem ſuam? Nemini non iſtud manifeſtum eſt. Si vero in corporibus quæ dividuntur, quæ detractione minuuntur, tale aliquid invenitur, quod neque poſtquam largitus eſt aliis quæ ſua ſunt, nihil damni patitur; multo magis in incorporea & incorrupta virtute illa id* B *continget. Si enim ubi eſſentia eſt quod participatur, & corpus, & dividitur, & non ſecatur; multo magis quando de operatione ſermo fuerit, & ea quidem quæ ſit ex eſſentia experte corporis, nihil tale conſentaneum eſt accidere? Propterea etiam Joannes dicebat,* De plenitudine ejus omnes accepimus. *Nos omnes accepimus. Nos duodecim, trecenti, quingenti, ter mille, quinquies mille, multa Judæorum myriades, univerſa plenitudo fidelium, & qui tunc fuerunt, & qui nunc ſunt, & qui in poſterum erunt: de plenitudine ejus accepimus. Quid autem accepimus?* Gratiam pro gratia, *inquit.*

Magnus etiam Baſilius quadrageſimum octavum Pſalmum enarrans, aït: *Hominem quidem Deus fe*C*cit ex terra, & miniſtros ſuos flammam ignis: ſed tamen vis cogitandi & cognoſcendi creatorem ſuum & opificem, etiam hominibus ineſt. Inſufflavit enim in faciem, hoc eſt, partem aliquam ſuæ gratiæ depoſuit in homine, ut ſimili agnoſcat ſimile.* Et idem iterum in ſcriptis ad Amphilochium de Spiritu ſancto: *Renovans,* inquit, *hominem Dominus, & quam amiſit gratiam ex inſufflatione ejus, hanc rurſum reſtituens, inſufflavit in faciem diſcipulorum, quid dicit?* Accipite Spiritum ſanctum. Et divinus Damaſcenus, in capite de præſcientia & prædeſtinatione, inter Theologica ipſius capita; *Hunc,* inquit, *hominem creator maſculum conſtituit, impartiens ei divinam ſuam gratiam, & ſuo eum per ipſam donans conſortio.* Iterumque D magnus Baſilius in ſcriptis ad Amphilochium: *Quis,* inquit, *adeo ignorat quæ præparata ſint bona a Deo dignis, ut neſciat juſtorum coronam eſſe Spiritus gratiam copioſiorem tunc, & perfectiorem futuram?*

Sed & ſanctus Cyrillus in libro tertio ad Hermiam, ſuſcitante ab eo ipſomet Hermia, de divina in nobis inhabitatione & participatione; ac dicente: *Verum ex te libentiſſime quæſierim, quomodo in nobis Patris & Filii plenitudo intelligatur & fiat, cum una ſit & indiſcreta.* Reſpondens ſanctus Cyrillus, *Certe,* inquit, *nihil in eo vel minimum difficile captu vel comprehenſu. Quomodo enim aliter, quam per ſanctum Spiritum, divinis nos donis replentem per ſeipſum, & ineffabilis naturæ conſortes efficientem?* Et rurſum idem E in Theſauris: *At ſi quidem eſt factura, juxta hæreticorum inſaniam, Spiritus ſanctus; quomodo totam habet Dei operationem? Neque enim quiſquam tantum, opinor, excidet a ſana mente, ut audeat vel dicere, divinam eſſentiam, per quædam inſtrumenta, quæ foras ad eſſe proferat, miniſterium præbere ad operationem, quæ ex ipſa naturaliter irrumpit ad quoſdam, qui ſunt ad accipiendum idonei.* Lib. 33. in fine.

Et magnus Athanaſius in epiſtola ad Serapionem: *Omnia,* inquit, *quæ Patris ſunt, Filii ſunt. Idcirco etiam quæ a Filio in Spiritu dantur, dona ſunt Patris, & Spiritus qui in nobis eſt. Et Verbum quod hunc de-*

Anno Christi 1350.

dic, in nobis eſt, & in Verbo Pater eſt. Et ſic eſt illud; Veniemus ego & Pater, & manſionem apud eum faciemus, *quemadmodum dictum eſt. Ubi enim lux, ibi & ſplendor eſt: & ubi ſplendor, ibi & illius operatio, & ſplendida gratia. Idque rurſum Paulus docens, ſcripſit ad Corinthios iterum in ſecunda epiſtola, dicens:* Gratia Domini noſtri Jesu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. *Nam quæ datur gratia & largitio, in Trinitate tribuitur, a Patre per Filium in Spiritu ſancto. Quemadmodum enim ex Patre eſt quæ per Filium datur gratia, ſic neque fieri poteſt communicatio largitionis in nobis, niſi in Spiritu ſancto. Hujus enim facti participes, habemus Patris caritatem, & Filii gratiam, & ipſius Spiritus communicationem. Una igitur ex his Trinitatis operatio eſſe oſtenditur.*

Joan. 14. 23.

2. Cor. 13. 13.

Sed & ſanctus Anaſtaſius in ſua oratione de Spiritu ſancto; *Conſentientia ſunt*, inquit, *& quæ ſunt a divino Paulo de Spiritu dicta. Nam eos qui crediderunt, templa Dei appellavit, inhabitantem adeptos gratiam Spiritus.* Neſcitis *enim* quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? *Et iterum:* Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti in vobis, quem habetis a Deo? *Hæc vero manifeſte docens, divinæ naturæ eſſe ſanctiſſimum Spiritum. Si enim templum Dei nuncupantur ii qui crediderunt, eo quod gratiam Dei ſuſceperunt: ex Deo utique Spiritus ſanctus eſt. Nam quia hujus gratiam inhabitantem habent, Dei templum appellati ſunt.*

1. Cor. 6. 19. ex Græco.

Et divinus Chryſoſtomus in quarta Enarratione in Acta, ubi illud explicat, *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis: Recte*, inquit, *dixit* diſpertitæ: *ex una enim erant radice: ut diſcas operationem eſſe a Paracleto miſſam.* Et rurſum idem in eodem loco: *Et repleti ſunt;* inquit, *omnes. Non tenuiter acceperunt Spiritus gratiam, ſed repleti ſunt.*

Quin etiam Maſſalianis dicentibus, in participatione divinæ eſſentiæ conſtitui eos, qui apud ipſos eſſent purgati; proferentibuſque illud Evangelicum, *Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus;* & hoc juxta ſuam impietatem valde abſurde detorquentibus; quæ contra eoſdem Maſſalianos conflata eſt ſynodus, totum ſceleſtam opinionem confutans, *Fit quidam*, inquit, *adventus Paracleti, & inhabitat Deus in his qui digni ſunt, ſed non ut ſe habet natura deitatis.*

Joan. 14. 23.

Poſtea quæſitum eſt ut oſtenderetur ex ſcriptis ſanctorum, increatum quiddam eſſe lumen Dominicæ Transformationis, nec tamen illud eſſentiam Dei eſſe. Et omnes fere dixerunt, demonſtratum illud ſeſſione quarta; in qua cum præſentes adeſſent qui Eccleſiæ contradicunt, nunc quidem creatum illud eſſe, & viſionem, & velamen & imaginem, aperte blaſphemantes dixerunt: nunc vero æque impie protulerunt, illud increatum & ipſammet eſſentiam Dei eſſe. Productus eſt enim in illa ſeſſione Gregorius, cui a Theologia cognomen eſt; quique ſic ſcribit: *Nemo eſt in ſubſtantia & eſſentia Domini, ſicut ſcriptum eſt: nemo Dei naturam aut vidit aut enarravit.* Et divinus Maximus ſcribens in ſeptimo capite tertiæ centuriæ rerum Theologicarum: *Qui iis quæ ſunt imparticipabilis eſt ſecundum eſſentiam, alio modo participari volens ab his qui poſſunt, non exit prorſus ab abſcondito eſſentia ſua.* Et divinus Chryſoſtomus in eamdem feſtivitatem ſcribens; *In monte*, inquit, *transformatus Salvator modico tempore tamquam Dominus, exhibuit diſcipulis ſuis inviſibilis divinæ ſuæ majeſtatis gloriam. Sed ſtatim dicent qui effrenatam & venaticam linguam circumferunt: Immo vero, ſi inviſibilis eſt ipſius gloria, quomodo oſtendit eam Apoſtolis?*

Jerem. 23. 18. ex Græco.

Inter dubia opera, apud Savil. tomo 7. pag. 329.

A δυὸς, ἔστιν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ Λόγῳ ἐστὶν ὁ πατήρ· καὶ οὕτως ἐστὶ τὸ, ἐλευσόμεθα ἐγώ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν· καθάπερ εἴρηται. ἔνθα γὰρ τὸ φῶς, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀπαύγασμα· καὶ ἔνθα τὸ ἀπαύγασμα, ἐκεῖ καὶ ἡ τούτου ἐνέργεια, καὶ λαμπρὰ ἡ χάρις. καὶ τοῦτο πάλιν ὁ Παῦλος διδάσκων, ἔγραψεν αὖθις Κορινθίοις, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, λέγων· ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. ἡ γὰρ διδομένη χάρις καὶ δωρεὰ ἐν Τριάδι δίδοται, παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὥσπερ γὰρ ἐκ πατρός ἐστι δι' υἱοῦ ἡ διδομένη χάρις, οὕτως οὐκ ἂν γένοιτο κοινωνία τῆς δόσεως ἐν ἡμῖν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ. τούτου γὰρ μετέχοντες, ἔχομεν τοῦ πατρὸς τὴν ἀγάπην, B καὶ τοῦ υἱοῦ τὴν χάριν, καὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος τὴν κοινωνίαν. μία ἄρα ἐκ τούτων ἡ τῆς Τριάδος ἐνέργεια δείκνυται.

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος ἐν τῷ περὶ τοῦ πνεύματος λόγῳ αὐτοῦ, σύμφωνά φησι καὶ τὰ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου περὶ τοῦ πνεύματος εἰρημένα. τοὺς γὰρ πεπιστευκότας, ναοὺς Θεοῦ προσηγόρευσεν, ἐνοικοῦσαν ἐσχηκότας τὴν χάριν τοῦ πνεύματος· οὐκ οἴδατε γὰρ ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστέ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; καὶ πάλιν· οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ; τοῦτο δὲ ἄντικρυς διδάσκει τῆς θείας φύσεως εἶναι τὸ πανάγιον πνεῦμα. εἰ γὰρ ναὸς Θεοῦ χρηματίζουσιν οἱ πεπιστευκότες, ἐπειδὴ τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἐδέξαντο, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὴν γὰρ τούτου χάριν ἐνοικοῦσαν C ἐσχηκότες, Θεοῦ ναοὶ ὠνομάσθησαν.

Καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ δ' τῶν εἰς τὰς πράξεις ἐξηγητικῶν, τὸ, καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς ἀναπτύσσων, καλῶς, φησίν, εἶπε διαμεριζόμεναι· ἐκ μιᾶς γὰρ ἦσαν ῥίζης· ἵνα μάθῃς ὅτι ἐνέργεια ἐστὶν ἀπὸ τοῦ παρακλήτου πεμφθεῖσα. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ· καὶ ἐπλήσθησαν, φησίν, ἅπαντες· οὐκ ἁπλῶς ἔλαβον τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ἀλλ' ἐπλήσθησαν.

Ἀλλὰ καὶ τῶν Μασσαλιανῶν λεγόντων, ὡς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ἐν μετοχῇ καθίστανται οἱ παρ' ἐκείνοις καθαιρόμενοι, καὶ προφερόντων τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν· καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἑαυτῶν δυσσέβειαν λίαν ἀτόπως διαστρεφόντων· ἡ κατ' D αὐτῶν δὴ τῶν Μασσαλιανῶν συστᾶσα σύνοδος, τὴν ἐκείνων πονηρὰν δόξαν ἀποῤῥαπίζουσα, γίνεται μέν τις, φησίν, ἐπιδημία τοῦ παρακλήτου, καὶ ἐνοικεῖ τοῖς ἀξίοις ὁ Θεός, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔχει φύσεως ἡ θεότης.

Μετὰ τοῦτο ἐζητήθη δειχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων, ὅτι τὸ ἄκτιστον ἐστὶ τὸ φῶς τῆς τοῦ κυρίου μεταμορφώσεως, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ. καὶ πάντες σχεδὸν εἶπον, ὅτι ἀπεδείχθη τοῦτο κατὰ τὴν τετάρτην συνέλευσιν, ἐν ᾗ παρόντες οἱ ἀντιλέγοντες τῇ ἐκκλησίᾳ, νῦν μὲν κτιστὸν εἶναι τοῦτο καὶ φάντασμα καὶ παραπέτασμα καὶ ἴνδαλμα φανερῶς βλασφημοῦντες ἔλεγον· νῦν δὲ, καὶ τοῦτο ἀσεβῶς ἔλεγον ἄκτιστον καὶ οὐσίαν εἶναι Θεοῦ. προσηνέχθη γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ E συνελεύσει, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος Γρηγόριος, γράφων· οὐδείς ἐστιν ἐν ὑποστήματι καὶ οὐσίᾳ κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ Θεοῦ φύσιν ἢ εἶδεν ἢ ἐξηγήσατο. καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος γράφων ἐν ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τῆς τρίτης τῶν θεολογικῶν ἑκατοντάδος· ὁ τοῖς οὖσι μὲν κατ' οὐσίαν ὑπάρχων ἀμέθεκτος, κατ' ἄλλον δὲ τρόπον μετέχεσθαι τοῖς δυναμένοις βουλόμενος, τῆς κατ' οὐσίαν κρυφιότητος παντελῶς οὐκ ἐξίσταται. καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος εἰς τὴν αὐτὴν ἑορτὴν γράφων· ἐν τῷ ὄρει, φησί, μεταμορφωθεὶς ὁ σωτὴρ, μικρῶς πως ὡς δεσπότης, ἔδειξε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τῆς ἀθεάτου θείας αὐτοῦ βασιλείας τὴν δόξαν. ἀλλ' εὐθὺς ἐροῦσιν οἱ ἀχάλινον καὶ θηρευτικὴν περιφέροντες γλῶσσαν. ναὶ εἰ ἀθέατος ἡ θεία αὐτοῦ δόξα, πῶς ὑπέδειξεν αὐτὴν τοῖς ἀποστόλοις;

Anno Christi 1350.

εἰ γὰρ ὁρατὴ, οὐκ ἀθέατος. εἰ δὲ ἀθέατος, οὐχ ὁρατή. διὸ ἄκουε συνετῶς· ἐπειδὴ ὁ δεσπότης Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπέδειξε τῆς ἀθεάτου αὐτοῦ βασιλείας τὴν δόξαν, καὶ οὐκ ἐπέδειξε· τουτέστι μικρὸν παρήνοιξε τὴν θεότητα, καὶ οὐ τελείως· τὸ μὲν πληροφορῶν, τὸ δὲ φειδόμενος. πληροφορῶν μὲν γὰρ ἔδειξεν αὐτοῖς τῆς ἀθεάτου βασιλείας τὴν θείαν δόξαν· οὐχ᾽ ὅση ἦν ὡς ἦν, ἀλλ᾽ ὅσον ἠδύναντο βλέπειν οἱ σωματικοὺς ὀφθαλμοὺς περιφέροντες· φειδόμενος δὲ καὶ οὐχὶ φθονῶν οὐκ ἔδειξεν αὐτοῖς τῆς ἀθεάτου βασιλείας τὴν πᾶσαν θεϊκὴν αὐτοῦ δόξαν, ἵνα μὴ σὺν τῇ ὁράσει καὶ τὴν ζωὴν ἀπολέσωσιν. ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, ἔλλαμψιν αὐτὸ λέγοντες καὶ λαμπρότητα καὶ χάριν, καὶ θέωσιν καὶ θεότητα παραδειχθεῖσαν μικροῦ στερροτέραν καὶ ὄψεως, καὶ φῶς ἀπρόσιτον, καὶ φυσικὴν ἀκτῖνα τοῦ υἱοῦ· ἄναρχον βολίδα θεότητος, ἀστραπὴν θεότητος, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Προὐνέχθη δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ συνελεύσει καὶ ὁ ἐπὶ τούτοις συνοδικὸς πρῶτος τόμος, ὃς τοῦτο φιλοθέως καὶ βεβαίως ἀπέδειξεν, ἄκτιστον καὶ οὐκ οὐσίαν, διὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς θείας γραφῆς μαρτυριῶν, καὶ τῶν τοῦ τρισμακαρίτου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου συμφώνως τοῖς ἁγίοις ῥημάτων, καὶ θεοσεβῶν θεσπισμάτων. τοὺς ἐν ἱερὸν καὶ θεῖον τόμον ἀντιπαλαμένους ἰδόντες ποτὲ καὶ ἀντιλέγοντας, τοὺς καὶ τῷ ἱερωτάτῳ Θεσσαλονίκης ἀντικειμένους, ἀποβαλλόμεθα τούτους· ὡς νῦν μὲν κτιστὸν τὸ φῶς τῆς τοῦ κυρίου μεταμορφώσεως, νῦν δὲ λίαν ἀνοήτως οὐσίαν εἶναι τοῦτο ἰσχυριζομένους τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς μὴ φέροντας ἔχειν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ καὶ δύναμιν ἄκτιστον καὶ ἐνέργειαν, ἀλλὰ πάσας τὰς κοινὰς δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀφρόνως εἰς κτίσματα καταφέροντας, καὶ πολυθέους νομίζοντας, τοὺς ἄκτιστον ὁμολογοῦντας τὸν Θεὸν, μὴ κατ᾽ οὐσίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, καὶ κατὰ τὰς κοινὰς τῶν τριῶν ὑποστάσεων θείας δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας.

Ἐπὶ τούτοις ἅπασι τὸ τοῦ Ἀκινδύνου βιβλίον εἰς μέσον προτεθὲν ἀνεγνώσθη· ἐν ᾧ καὶ ἄλλας μὲν κακοδοξίας παλαιάς τε καὶ νέας δογματίζων ἐφαίνετο· διϊσχυρίζετο δὲ, καὶ μηδεμίαν πρεσβεύειν ἐνέργειαν ἄκτιστον κοινὴν τῆς τρισυποστάτου θεότητος, εἰ μὴ τὸν υἱὸν μόνον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ᾽ ἡ θεία σύνοδος, καλῶς τε καὶ θεοφιλῶς ἐπιγνοῦσα, Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Σωφρονίου τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν τὴν δυσσέβειαν ταύτην οὖσαν, εὐθὺς τὸν θεῖον Χρυσόστομον κατὰ τῆς κακοδοξίας ταύτης ἀντιπαρεξάγουσι, καθάπερ τινὰ οὐρανόθεν αὐτὸν ἀφιέντες πρηστῆρα, τὰ φρυγανώδη τοῦ Ἀκινδύνου λυρήματα καταφλέγοντα· ὃς δὴ καὶ τὴν πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολὴν ἐξηγούμενος, Μάρκελλος, φησὶ, καὶ Φωτεινὸς, καὶ Σωφρόνιος, τὸν λόγον ἐνέργειαν εἶναι φασί· τὴν δὲ ἐνέργειαν ταύτην, ἐνοικῆσαι τῷ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, οὐκ οὐσίαν ἐνυπόστατον. Ἄρειος, υἱὸν μὲν ὁμολογεῖ, ῥήματι δὲ μόνῳ· κτίσμα δὲ εἶναι φησὶ, καὶ τοῦ πατρὸς ἐλάττονα πολύ. ἕτεροι δὲ οὔ φασιν ἔχειν αὐτὸν ψυχήν. εἶδες τὰ ἅρματα ἑστῶτα; θέασαι τοίνυν αὐτῶν καὶ τὰ πτώματα, πῶς ὁμοῦ πάντας καταιρίαν βάλλει, καὶ μιᾷ πληγῇ πάντας ἀθρόον πως εἰς γῆν καταβάλλει. τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, φησὶν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ᾽ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἐντεῦθεν καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἔπεσε, καὶ Μάρκελλος καὶ Σαβέλλιος. ἐν μορφῇ γὰρ, φησι, Θεοῦ ὑπάρχων. πῶς οὖν λέγεις, ἀπὸ Μαρίας, ὦ μιαρὲ, ἤρξατο, καὶ πρὸ τούτου οὐκ ἦν; πῶς δὲ σὺ λέγεις, ἐνέργεια ἦν; μορφὴ γὰρ Θεοῦ, φησὶν, μορφὴν δούλου ἔλαβεν. ἡ μορφὴ τοῦ δούλου ἐνέργεια δούλου ἐστὶν, ἢ φύσις δούλου; πάντως δήπου φύσις δούλου. οὐκοῦν καὶ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ, Θεοῦ φύσις· οὐκ ἄρα ἐνέργεια.

A *Nam aſpectabilis, non eſt inviſibilis: ſi autem inviſibilis, non eſt aſpectabilis. Itaque audi & intellige. Illis Dominus Chriſtus ſuis diſcipulis oſtendit inviſibilis ſuæ majeſtatis gloriam, & non oſtendit. Hoc eſt, tenuiter aperuit deitatem, & non plene: alteram quidem ut eos confirmaret, alterum ut eiſdem parceret. Confirmans quidem oſtendit illis inviſibilis majeſtatis divinam gloriam, non quanta quanta eſt, ſed quantum poterant intueri, qui corporeos oculos circumferrent. Parcens autem, nec invidens, non oſtendit illis inviſibilis majeſtatis omnem divinam ſuam gloriam; ne videntes vitam amitterent.* Sed & omnes ſancti lumen illud illuſtrationem vocant, & ſplendorem, & gratiam, & deïficationem, & deïtatem oſtenſam paulo ſolidiorem quam oculis poſſit conſpici, & lumen inacceſſibi- B le, & naturalem Filii radium; principio carentem facem deïtatis, deïtatis coruſcationem, & ſimilia.

Productus autem eſt in illa ſeſſione de his ſynodicus primus Tomus, qui pie firmiterque demonſtravit, eſſe lumen illud increatum, nec tamen Dei eſſentiam, multis ex divina ſcriptura teſtimoniis, & verbis religioſiſque ſanctionibus ter beatiſſimi ac celebratiſſimi Imperatoris noſtri illius domini Andronici Palæologi, quæ ſanctorum dictis conſentiunt. Huic ſacro ac divino Tomo videntes adverſari & contradicere eos, qui etiam ſacratiſſimo Theſſalonicenſi adverſantur, eos abjicimus: ut qui nunc quidem creatum lumen Dominicæ Transformationis, nunc vero valde C ſtulte eſſentiam Dei illud eſſe ſtatuant: nec confiteantur habere eſſentiam Dei & virtutem increatam & operationem; ſed omnes communes virtutes & operationes Patris & Filii & Spiritus ſancti in ordinem rerum creatarum inſipienter detrahunt; & multorum deorum cultores arbitrantur eos, qui increatum fatentur Deum, non ſecundum eſſentiam duntaxat, verum etiam ſecundum hypoſtaſes, & ſecundum communes trium hypoſtaſeon divinas virtutes & operationes.

Poſt hæc omnia Acindyni liber in medium productus, lectus eſt: in quo & alias quidem pravas opiniones novas ac veteres viſus eſt adſtruere; affirmabat autem ſe nullam conſtituere operationem increatam com- D munem deïtati tripliciter ſubſiſtenti, niſi ſolum Filium & Spiritum ſanctum. At divina ſynodus, ſancte ac religioſe agnoſcens, Marcelli, Photini, & Sophronii, veterum hæreticorum, impietatem illam eſſe, illico divinum Chryſoſtomum contra hanc pravam opinionem proferunt, quaſi quemdam e cælo ipſum demittentes turbinem igneum, qui tamquam virgulta arida Acindyni deliria concremaret. Nam is exponens epiſtolam ad Philippenſes; *Marcellus*, inquit, *& Photinus, & Sophronius, Verbum operationem eſſe dicunt: operationem autem iſtam inhabitaſſe in eo qui ex ſemine David, non eſſentiam ſubſiſtentem. Arius Filium quidem confitetur, ſed verbo tenus: creaturam autem eſſe ait, & Patre longe minorem. Alii vero ne- E gant ipſum habere animam. Vidiſti currus ſtantes? Conſidera igitur ipſorum etiam caſus: quomodo ſimul omnes deſigens vulneret, & una plaga omnes repente quodammodo proſternat.* Hoc enim ſentite in vobis, *inquit*, quod & in Chriſto Jesu; qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æque ac Deum. *Hinc & Paulus Samoſatenus cecidit, & Marcellus & Sabellius.* Cum *enim, inquit*, in forma Dei eſſet. *Quomodo igitur, ſceleſte, dicis: A Maria cœpit, & prius non erat? Quomodo tu dicis, Operatio fuit? Nam Dei forma, inquit, formam ſervi accepit. Forma ſervi an operatio ſervi eſt, an non potius natura ſervi? Omnino ſcilicet natura ſervi eſt. Igitur & forma Dei, Dei natura eſt; non utique operatio.*

Philip. 2. 5. ex Græco.

Sed & Nyſſenus divinus Gregorius, in oratione ad Ablavium; *Deus*, inquit, *operantem ſignificas: deïtas vero, operationem: nullum autem e tribus operatio eſt: ſed potius operans unumquodque eorum eſt.*

Ex his itaque divina ſynodus; Oſtenſum eſt, inquit, eum qui dicit, ſolum Filium & Spiritum ſanctum increatas operationes eſſe, ut qui non communem operationem exiſtimet naturalem trium hypoſtaſeon, quam Acindynus reſpuit; Marcelli & Photini & Sophronii hæreſim jam olim demortuam & abolitam, in Eccleſiam Dei audere ſubinducere. Quamvis autem e ſanctis aliqui Filium & Spiritum ſanctum virtutem vel operationem dixerunt, ſed Patris; & ſic uterque ut perfecta hypoſtaſis, & operationem habet & virtutem; & eſt hoc commune nomen, ſecundum divinum Dionyſium, integræ & ſuperplenæ deïtatis: ſecundum quam ſignificationem etiam Pater Virtus nuncupatur. At nobis non de hac operatione ac virtute, ſed de communi tripliciter ſubſiſtentis deïtatis, quæ non eſt hypoſtaſis, ſed naturaliter & ſupra naturam ineſt unicuique divinarum hypoſtaſeon, ſecundum traditionem Theologorum. Unum enim Deum in tribus hypoſtaſibus, ſecundum magnum Athanaſium, cum de Deo loquimur, prædicamus; unam habentem eſſentiam, & virtutem, & operationem, & quæcumque alia circa eſſentiam conſiderantur, ac de Deo cum laude prædicantur. Atque ut ſummatim dicamus, & collectionem ſive plenitudinem habeamus eorum quæ de Deo dicuntur, deinceps audiamus: Quod increatum, incorporeum, ante omne tempus, expertem principii, ſempiternum, interminatum, infinitum, ignotum, formam non recipientem, ineffabilem, imperveſtigabilem, Deum deorum dicimus ipſum, Dominum dominorum, Regem regnantium, omnipotentem, factorem, conditorem, lumen, ſanctum, vitam, bonum, fortem, omnipotentem, & quæcumque alia excellentiam ſignificantia vel cauſalitatem; non unumquodque eſſentiam dicimus eſſe, ſed circa eſſentiam: quæ & collectio & complementum deïtatis eſſe dicuntur ſecundum ſcripturam, & in unaquaque trium ſanctarum hypoſtaſeon ex æquo conſiderantur, ac de ea prædicantur. *Omnia enim quæ habet Pater, mea ſunt; & clarificatus ſum in eis.* Alioqui Virtus Patris Filius appellatur, aut etiam Spiritus ſanctus, tum ob alias cauſas, quas Theologi prodiderunt; tum vero maxime, quod tota virtus Paterna Filio ineſt, ut magnus Baſilius ad verbum ſcribit, certans adverſus Eunomium. Quomodo igitur æquum bonumque fuerit, perimere naturalem & communem tripliciter ſubſiſtentis deïtatis virtutem, per quam Filius & Spiritus ſanctus Virtus Patris eſſe a Theologis celebrantur?

Joan. 17, 10.

Poſt hæc juſſu potentiſſimi ſanctique noſtri Imperatoris ac Regis, rogatus a magno Chartophylace & principe Philoſophorum, quilibet ex epiſcopis & Senatoribus, & eccleſiaſticis præſulibus, qua quiſque in ſententia eſſet, de his omnibus quæ dicta & examinata nunc fuerant in divina & ſacroſancta ſynodo. Et omnes ſingulatim nihil ambigere ſe de his reſponderunt; plurimamque gratiam ſe habere ſacratiſſimo metropolitæ Theſſalonicenſi dixerunt, quod concordiſſime cum ſanctis omnibus & locutus ſit, & ſcripſerit; & ad patrocinium veritatis quæ fidem ſpectat, tantum diligentiæ attulerit; & tot contumelias atque calumnias, aliaſque injurias pertulerit, ut refelleret Barlaamum iſtum & Acindynum, & eos qui poſtea uſque nunc exſtiterunt conſentientes ipſis, quique a tradita nobis a Patribus in Deum fidem ac pietate Chriſti Eccleſiam deducere moliebantur. Poſt omnes poſtremo pronunciavit etiam vere magnanimus & rerum divinarum ſcientia inſtructiſſimus, ſereniſſimus, fortiſſi-

Ἀλλὰ καὶ ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ, Θεὸς, φησὶν, ἐνεργοῦντα δηλοῖ· θεότης δὲ, ἐνέργειαν. οὐδὲν δὲ τῶν τριῶν ἐνέργεια· ἀλλὰ μᾶλλον ἐνεργοῦν ἕκαστον αὐτῶν.

Ἐκ δὴ τούτων ἡ θεία σύνοδος, ἀπεδείχθη, φησὶν, ὡς ὁ λέγων μόνον τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκτίστους ἐνεργείας εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ κοινὴν ἐνέργειαν δοξάζων φυσικὴν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἣν ὁ Ἀκίνδυνος ἀθετεῖ, τὴν Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Σωφρονίου αἵρεσιν πάλαι τεθνηκυῖαν καὶ καταχωσθεῖσαν, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τολμᾷ παρεισάγειν Θεοῦ· εἰ δὲ καί τινες τῶν ἁγίων δύναμιν ἢ ἐνέργειαν εἰρήκασι τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τοῦ πατρός· καὶ οὕτως ἑκάτερον ὡς ὑπόστασις τελεία, καὶ ἐνέργειαν καὶ δύναμιν ἔχει· καὶ ἔστι τοῦτο κοινὸν ὄνομα, κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον, τῆς ὁλοτελοῦς καὶ ὑπερπλήρους θεότητος· καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ ὁ πατὴρ δύναμις καλεῖται. ἡμῖν δὲ ἀλλ' οὐ περὶ ταύτης τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου θεότητος, ἥ τις οὐχ' ὑπόστασις ἐστὶ, ἀλλὰ φυσικῶς καὶ ὑπερφυῶς πρόσεστιν ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, κατὰ τὴν τῶν θεολόγων παράδοσιν. ἕνα γὰρ Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον θεολογοῦμεν· μίαν ἔχοντα τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὴν οὐσίαν θεωρεῖται θεολογούμενα καὶ ὑμνούμενα. καὶ ἵνα τύπον δῶμεν τοῦ λόγου, καὶ ἄθροισμα ἢ πλήρωμα τῶν κατὰ θεολογίαν ἔχωμεν, καθεξῆς ἀκούσωμεν, ὅτι τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ ἄπειρον, τὸ ἄγνωστον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ἀνεξιχνίαστον, τὸ Θεὸν θεῶν λέγεσθαι αὐτὸν, τὸ κύριον κυρίων, τὸ βασιλέα βασιλευόντων, τὸ παντοκράτορα, τὸ ποιητὴν, τὸ δημιουργὸν, τὸ φῶς, τὸ ἅγιον, τὸ ζωὴν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἰσχυρὸν, τὸ παντοδύναμον, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὸ ὑπεροχὴν καὶ αἰτιολογίαν, οὐχ' ἕκαστον οὐσία λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν· ἃ καὶ ἄθροισμα καὶ πλήρωμα θεότητος λέγεται κατὰ τὴν γραφὴν, καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν ὑποστάσεων ἐξ ἴσου θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα. πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. ἄλλως τε δύναμις καλεῖται ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, καὶ δι' ἄλλας μὲν αἰτίας, ἃς οἱ θεολόγοι παραδεδώκασι· μάλιστα δὲ, ὡς ὅλης τῆς πατρικῆς δυνάμεως ἐναποκειμένης τῷ υἱῷ, ὡς ὁ μέγας Βασίλειος ῥητῶς τοῦτο γράφει Εὐνομίῳ παλαίων. πῶς οὖν δίκαιον ἀναιρεῖν τὴν φυσικὴν καὶ κοινὴν τῆς τρισυποστάτου θεότητος δύναμιν, δι' ἣν καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δύναμις τοῦ πατρὸς παρὰ τῶν θεολόγων ὑμνεῖται;

Ἐπὶ τούτοις ἐκ θελήματος τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος καὶ βασιλέως, ἐρωτηθέντες παρὰ τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, τῶν ἀρχιερέων ἕκαστος καὶ τῶν συγκλητικῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, τίνα γνώμην ἔχει περὶ τῶν λαληθέντων καὶ ἐξετασθέντων τῶν πάντων νῦν ἐπὶ θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου. καὶ καθ' ἕνα πάντες ἀναμφιβόλως ἔχειν περὶ τούτων ἀπεφήναντο· καὶ πολλὴν χάριν εἰδέναι τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης ἔλεγον, ὡς συμφώνως τοῖς ἁγίοις πᾶσιν εἰπόντι καὶ συγγεγραφότι· καὶ εἰς συνηγορίαν τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας ἐπὶ τοσοῦτον σπουδάσαντι, καὶ τοσαύτας ὕβρεις τε καὶ συκοφαντίας καὶ ἐπηρείας ἄλλας ὑπενεγκόντι ὑπὲρ τοῦ ἐξελέγξαι Βαρλαὰμ ἐκεῖνον, καὶ τὸν Ἀκίνδυνον, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα μέχρι τοῦ νῦν ἀναφανέντας συμφώνους αὐτοῖς, καὶ τῆς πατροπαραδότου πρὸς Θεὸν πίστεως καὶ εὐσεβείας τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν μεταστῆσαι σπουδάζοντας. μετὰ δὲ πάντας ὕστερον ἀπεφήνατο καὶ ὁ μεγαλοφυέστατος ὄντως καὶ τὰ θεῖα σοφὸς, γαληνότατος, κράτιστος

Digitized by Google

καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐτοκράτωρ καὶ βασιλεὺς, πάντων τῆς καθέδρας ἐξαναστάντων τῶν τε λαμπροτάτων συγκλητικῶν καὶ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων, ὥσπερ δὴ νόμος ἐν τοῖς τοιούτοις, κύριος Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς, διοριζόμενος· ὅτι μέγα ἡ ἀδικία κακὸν, καὶ ἐπὶ τῶν γηΐνων τούτων καὶ χαμαιζήλων, ὡς καὶ ἔθνος ὅλον ἀχρειῶσαι καὶ καταστρέψαι δυναμένη· ὅτε καὶ τὸ ἐναντίον ταύτης ἡ δικαιοσύνη, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὑψοῖ ἔθνος. εἰ δὲ ἐπὶ τῶν κάτω ἡ ἀδικία τοσοῦτον μέγα κακὸν, πόσῳ μᾶλλον, ὅταν εἰς τὸ θεῖον ὕψος λαλῶνται, παρὰ τῶν κακῶς φρονούντων; καὶ αὐτὴ ἡ ἐν τῷ Θεῷ ἀλήθεια ἀδικεῖται παρὰ τῶν ἀθετούντων αὐτήν· καὶ οἱ ταύτην στέργοντες καὶ ἀνακηρύττοντες, ἔτι δὲ καὶ συναγωνιζόμενοι πρὸς δύναμιν, ὑβρίζονται καὶ συκοφαντοῦνται καὶ διαβάλλονται, παρὰ τῶν ἐν διαστρόφῳ γνώμῃ πλανᾶν τοὺς ὄχλους ἐπιχειρούντων. ἐγὼ γοῦν τοσαύτην ὁρῶ τὴν πρὸς ἁγίους συμφωνίαν, τῶν παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης λεχθέντων, καὶ τῶν ἀναγνωσθέντων αὐτοῦ συγγραμμάτων εἰς συνηγορίαν τῆς εὐσεβείας· καὶ τοσαύτην σπουδὴν τοὺς ἁγίους ποιουμένους ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασιν ὑπὲρ τῶν προκειμένων ἀρτίως θείων δογμάτων, ὡς μηδένα τῶν μετ' εὐγνωμοσύνης ζῆν ἐθελόντων, πλείονα ταύτης ἐπιζητῆσαι. ὑπὲρ δὲ ὧν τοῖς τε μακαρίοις τοῦ Χριστοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις καὶ ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσι τεθεολόγηται, τοσοῦτον τὸ ἐν ἐμοὶ πρόθυμον, διὰ τῆς ἐν ἐμοὶ τοῦ Χριστοῦ χάριτος, ὡς ἕτοιμος εἶναι εἴπερ μοι καὶ μία κοτύλη προσῆν αἵματος, ταύτην ἐκχέαι προθύμως ὑπὲρ αὐτῶν. χάριν δὲ ἔχω καὶ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τῷ δεσπότῃ καὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅτι μέγα ἔλεος ἐποίησε μεθ' ἡμῶν, εὐδοκήσας φανερωθῆναι καὶ στερεωθῆναι σήμερον τὴν τῆς εὐσεβείας ἀλήθειαν, καὶ μὴ ἐάσας παρασπασθῆναί τι ταύτης, καὶ σαλευθῆναι παρὰ τῶν πολλοῖς ἐπιχειρήμασι καὶ δόλοις καὶ μηχανήμασιν ἐπιχειρούντων ταύτην ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἐνιαυτοὺς ἤδη διαστρέψαι καὶ καταβαλεῖν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος βασιλεύς.

Ἐπεὶ δὲ ἀπελήλυθε τοῦτο θεῖον καὶ σεπτὸν πρόσταγμα καὶ πρὸς τὸ ἅγιον ὄρος, ὡς ἂν οἱ ἐν τούτῳ συνέσει καὶ ἀρετῇ διαφέροντες ἐπιδημήσωσιν εἰς τὴν κατὰ τὴν θεοδόξαστον ταύτην μεγαλόπολιν συγκροτηθεῖσαν σύνοδον· ἐκεῖνοι δὲ διά τε τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, καὶ τὴν τοῦ καιροῦ δυσχέρειαν ἐπιδημῆσαι μὴ ἔχοντες, δύο τῶν ἱερωμένων μοναχῶν ἀρετῇ τε καὶ λόγῳ σεμνυνομένους πέμπουσι, καὶ ἀναφορὰν πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα περιδηλοῦσαν, ὅτι καὶ ἔγγραφον τὴν οἰκείαν γνώμην τῇ συνόδῳ ἀπέστειλαν. ἐπέστησαν οὖν οἱ πεμφθέντες ἱερομόναχοι, καὶ ἀπέδωκαν τῇ συνόδῳ λόγους, ὡς κοινοὺς τοῦ ἁγίου ὄρους παντὸς, οὓς καὶ συνεγράψατο ἐκεῖ ἔτι περιὼν μετ' αὐτῶν ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἡρακλείας κύριος Φιλόθεος. προεκόμισαν δὲ τὴν ἐκεῖθεν πεμφθεῖσαν ἔγγραφον ἁπάντων γνώμην· ἥ τις καὶ ἀναγνωσθεῖσα εἰς ἐπήκοον πάντων, συμφωνοῦσα καὶ συμμαρτυροῦσα δέδεικται τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης, διὰ πάντων κατὰ τὴν τῆς εὐσεβείας ἀλήθειαν. ταῦτα δὲ καὶ τὸ ἅγιον ὄρος ἅπαν.

Ἡμεῖς δὲ πᾶσα ἡ συναθροισθεῖσα ἐν τῷ Τρικλίνῳ τῷ οὕτως ἐπιλεγομένῳ Ἀλεξιακῷ τῶν ἱερῶν Βλαχερνῶν, θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος χάριτι Χριστοῦ, καὶ νῦν τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχοῦντες, καὶ ἀκριβῆ καὶ προσήκουσαν τὴν περὶ τῶν προκειμένων σκέψιν καὶ ἐξέτασιν ποιησάμενοι, καὶ τοὺς προτέρους ἐπὶ τούτοις συνοδικοὺς τόμους ὡς εὐσεβεστάτους ἐπικυροῦντες, μᾶλλον δὲ καὶ τούτοις ἐμμένοντες, τὸν μὲν Βαρλαὰμ ἐκεῖνον καὶ τὸν Ἀκίνδυνον, ὡς εἰς αὐτὰ τὰ καίρια τῆς εὐσεβείας ἐμπαροινήσαντας, καὶ μηδαμῶς μεταμεληθέντας ἔτι περιόντας τῷ βίῳ, τῷ ἀπὸ Χριστοῦ ἀναθέματι δικαίως καθυποβάλλομεν. τοὺς δὲ νῦν ἀναφανέντας καὶ συνοδικῶς ἐξελεγχθέντας ὁμοίως ἐκείνοις ὁμόφρονας, καὶ

mus, & ſanctus noſter Imperator ac Rex, omnibus ex ſua ſede aſſurgentibus, tum ſenatoribus, tum ſacratiſſimis epiſcopis, ut mos eſt in talibus, dominus Joaones Cantacuzenus, ita definiens: Magnum improbitas malum eſt, etiam in terrenis iſtis humilibuſque rebus; cum & gentem totam valeat deſtruere ac demoliri: quando & quæ ipſi contraria eſt *juſtitia*, ſicut ſcriptum eſt, *elevat gentem*. Quod ſi autem in rebus infimis improbitas tantum eſt malum, quanto magis quando in divinam majeſtatem loquuntur, qui prave ſentiunt? cum & ipſa quæ in Deo eſt veritas injuria afficitur ab his qui ſpernunt eam; qui vero eam diligunt ac prædicant, quique ulterius pro virili eam defendunt, injuriis vexantur & calumniis & ignominia, ab his qui perverſa ſententia ſeducere turbas conantur. Ego ſane tantam intueor cum ſanctis conſenſionem, in his quæ dicta ſunt a ſacratiſſimo metropolita Theſſalonicenſi, & in ſcriptis ejus, quæ modo lecta fuerunt ad defenſionem pietatis; & tantum diligentiæ ſanctos attuliſſe in ſuis lucubrationibus pro divinis dogmatibus proxime propoſitis, ut nemo eorum qui velint cum probitate & æquitate vivere, ampliorem ea velit deſiderare. Pro his autem quæ ſunt a beatis Chriſti diſcipulis & Apoſtolis, & a ſanctis atque œcumenicis ſynodis, ſanctiſque Patribus, de Deo tradita, tanta mihi alacritas eſt, per Chriſti gratiam quæ in me eſt, ut paratus ſim, ſiquidem mihi vel una fuerit hemina ſanguinis, hanc effundere prompte pro illis. Gratiam autem habeo etiam ei qui eſt ſuper omnia Deus Dominus & dominator noſter Jeſus Chriſtus, qui magnam miſericordiam fecit nobiſcum: cum placuit ei manifeſtari ac ſtabiliri hodie fidei veritatem, nec paſſus eſt aliquid ex ea convelli, aut concuti ab his, qui multis conatibus & dolis & machinationibus eam pervertere ac proſternere ab annis quatuordecim moliuntur. Hactenus ſane quidem diviniſſimus Imperator.

Prov. 14. 34.

Poſtquam autem profectum eſt hujus ſacrum ac venerandum edictum ad ſanctum Montem; ut qui ibi intelligendi vi ac virtute excellerent, convenirent ad ſynodum convocatam in hanc felicem Magnam Urbem; nec illi poſſent proficiſci, tum ob itineris longitudinem, tum ob moleſtum anni tempus; idcirco duos ex Monachis ſacerdotibus virtute & dicendi vi eximie ornatos, cum relatione ad potentiſſimum ſanctumque noſtrum Imperatorem ac regem, qua indicarent ſe ſuam ſententiam ſcripto ad ſynodum miſiſſe. Sutrexerunt igitur qui miſſi fuerant Hieromonachi, & dederunt ſynodo tractatus, velut communes toti Monti Sancto, quos ibi conſcripſerat, cum adhuc ibi cum ipſis degeret, ſacratiſſimus metropolita Heracleæ, dominus Philotheus. Protulerunt autem inde miſſam ſcripto omnium ſententiam: quæ audientibus cunctis perlecta, conſentire & adſtipulari viſa eſt ſacratiſſimo metropolitæ Theſſalonicenſi in omnibus, ſecundum fidei veritatem. Atque hæc quidem & totus Mons Sanctus.

Mons Athos.

Qui poſtea Patriarcha CP.

Nos autem omnis congregata in Triclinio ſic nuncupato Alexiaco ſacratum Blachernarum, divina & ſacra ſynodus Chriſti gratia, etiamnunc pro pietate certantes, & accurata convenienteque de rebus propoſitis deliberatione & examinatione facta; & priores ſuper his ſynodicos Tomos velut pietati maxime conſentaneos confirmantes, vel potius iiſdem inhærentes, Barlaamum quidem & Acindynum, ut qui in præcipua iſta fidei capita inſultarint, nec ullo modo reſipuerint, quamdiu fuere ſuperſtites, anathemati a Chriſto juſte ſubjicimus. Eos vero qui nunc deprehenſi ſunt, & ſynodice convicti eadem atque illi ſentire, &

Anno Chriſti 1350.

Antonius a Zeugmate, Arianus. I. 682. A.
Baſſus Zeugmatites, in Conc. Niceno, anno 325. I. 314. E. in Conc. Antioch. anno 341. I. 590. D.
Evercius Zeugmatis, (al. *Evolcius*) in Conc. Antioch. anno 448. II. 515. B. in Conc. Chalced. anno 451. II. 368. E.
Heliades Zeugmatis, in conciliabulo Epheſi, anno 431. I. 1458. A. 1534. A.
Julianus Zeugmatis, in Conc. V. anno 553. III. 206. D.
Sabinianus Zeugmatis, in Conc. Antioch. anno 363. I. 742. E.

ZI ZO

ZICENSIS, *in Africa, ſitu ignoto.*
Donatus Zicenſis, Donat. in Collat. Carthag. I. 1103. A.

ZICHNARUM, *in Macedonia prope Pheras: teſte Cantacuzeno, lib.* 1. *cap.* LII.
Gregorius Zichnarum, anno 1565. X. 1176. A.

ZIGANORUM, *in provincia Lazica, ex Notitiis Græcis, in quibus eſt ibi* Ζιγάνων, *&* Τζιγάνων. *Sunt autem* Λάζοι, οἱ Κόλχοι, *ut dictum eſt, verbo* PHASIDIS.
Fauſtinus Ziganorum, in Trullana ſynodo. III. 1711. B.

ZIGGENSIS. *Vide*, GIGGENSIS.

ZOARENUS, *in Palæſtina tertia, ex Notitiis Græcis, in quibus eſt ibi* Ζώαρα. *In Notitia Imperii, ſect.* XXI. Zoaræ.
Joannes Zoarenus, in Conc. ſub Mena, anno 536. II. 1402. C.
Iſidorus Zoorenus, in epiſt. ad Joannem CP. anno 518. II. 1346. C.
Muſonius Zoaræ, in ſynodo Epheſ. II. anno 449. II. 86. C. 270. D.
Idem *Muſonius* Segor, al. Zoaræ, in Conc. Chalced. anno 451. II. 58. B.

ZOICENUS, *in Ægypto. In Notitiis Græcis non occurrit.*
Athanaſius Zoïcenus, in epiſt. ad Leonem Imp. II. 696. D.

ZOROPASSENUS, *in Iſauria. In Notitiis Græcis non occurrit.*
Athenæus Zoropaſſenus, in Conc Nicæno, anno 325. I. 318. E.

ZU ZY

ZUCABIARITANUS, *in Mauritania Cæſarienſi.*
Stephanus Zucabiaritanus, in Conventu Afric. anno 484. II. 874. B.

ZUGABBARITANUS, *in Africa, ſitu ignoto.*
Germanus Zugabbaritanus, Donat. in Collat. Carthag. I. 1098. C.

ZUMMENSIS, *in Numidia. Vide*, SUMMENSIS.

ZUNILI, *pro* ZURULI. *Vide*, TZURULOES.

ZURENSIS, *in Africa proprie dicta, ſive Proconſulari.*
Paulinus Zurenſis, in Collat. Carthag. I. 1085. E.

ZYGRENSIS, *in Libya, ex Athanaſio.*
Marcus Zygrorum prope Libyam, in Conc. Alexandrino, anno 362. I.
Lucius Zygrenſis, in ſynodo Epheſ. II. anno 449. II. 86. D. 272. B.

INDEX

INDEX QUINTUS,

RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

quæ in omnibus Conciliorum tomis continentur.

*Prior numerus majuſculis expreſſus litteris, Tomum deſignat: alter, Tomi paginam: ſequentes litteræ, A B C &c. partem paginæ indicant: Aſteriſcus * quibuſdam ſententiis præfixus, noſtras pollicetur, eaſque neceſſarias eſſe prænunciat in ea potiſſimum loca obſervationes: ne iiſdem locis, quamvis ſumma fide excerpta ea ſint totidem verbis ex Tomis Conciliorum, maligne nihilominus & imperite abuti aliquis auſit, vel contra hiſtoriæ veritatem, vel contra fidem ac mores Eccleſiæ Catholicæ.*

A A

* AARON Pontifex, & rex, *Clem. epiſt. 3.* I. 54. A.
* Aaron Pontifex, tanquam rex, primitias & tributum per capita accepit a populo. *Clemens, epiſt. 3.* I. 54. A.
Aaron epiſcopus: filii ejus presbyterorum demonſtravere figuram. *Anaclet. epiſt. 2.* I. 70. C.
Aaron. Epiſcopi tenent gradum Summi Pontificis Aaron. IV. 913. C.

A B

ABAELARDUS. *Vide*, Trinitas.
Abaëlardus dicit ab adverſariis ſe accuſatum fuiſſe, quod tres deos prædicaſſet & ſcripſiſſet. VI. *parte II. circa med.* 1104. D. Cogitur ſymbolum Athanaſii recitare. 1106. B. C.
* Abaelardus gloriabatur, quod liber ſuus in Curia Romana haberet ubi caput ſuum reclinaret. VI. *parte II. circa med.* 1222. E. Sententia Innocentii Papæ in ipſum 1224. C. D. Ejus errores. *Ibidem.* E.
Abayllardi epiſtola. VI. *parte II.* 1698.
ABAGARUS. Narratio de ipſo comprobatur a Stephano Papa in Concilio Romano. IV. 782. D. ab aliis. *Ibidem.* E.
Ἀββάδιον, abbatulus. V. 1125. C.
Abba, *pro* abbas. II. 1011. C.
Ἀββᾶς ἐγένετο, factus eſt abbas, Photius. V. 1141. C.
ABBAS vices Chriſti in monaſterio agit. V. 107. A.
Abbas abbatum utrum Cluniacenſis, an Caſſinenſis. VI. *parte II. initio.* 1938. E.
Abbates conſtitui quales oportest. V. 68 B.
Abbatis electio. *Vide*, Monaſteriis exemptis.
Abbates & monachi alicujus ordinis nomen non habent. VI. 982. A.
Abbas nullus ordinetur, niſi qui prius diuturna converſatione vitæ monaſticæ diſciplinam fuerit aſſecutus. VI. 1519. B.
Abbas non ordinetur ullus monachus corporali crimine publice lapſus: nec abbatiſſa, monialis ſic lapſa. VI. 1519. C.

Abbas a monachis poſt mortem prioris eligendus; non ab ipſo abbate priore inſtituendus. III. 1775. B.
Abbates ex ſeipſis ut monachi eligerent, permiſit Ludovicus Pius Imp. IV. 1214. D.
Abbates judicio congregationis eligendi. II. 1178. A.
Abbates & abbatiſſæ probi eligantur per epiſcopum & conventum. IV. 1220. C. A neutro autem ſine alterius conſenſu. *Ibidem.*
Abbates & abbatiſſæ eligantur vitæ probæ, & ex ipſo monaſterio, ſi fieri poteſt. *Calchuth.* anno 787. III. 2074. E.
Abbates & abbatiſſas inſtituere vel deſtituere Patriarcha ne præſumat abſque fratrum ſuorum canonicorum conſilio. VI. *parte II. ſub finem.* 1858. D. E.
Abbas ſine conſenſu epiſcopi non eligatur, ubi juſſio regis fuerit. *Franceford.* anno 794. IV. 906. E.
Abbas Chrodegarius ab epiſcopo per regiam præceptionem regendo monaſterio Corbeïenſi conſtitutus. III. 1014. A.
Abbates ſi duo ſimul electi fuerint, quid ſit agendum. III. 1982. B.
Abbatem a monachis electum confirmat rex Angliæ, conferendo ei baculum paſtoralem. VI. 681. D.
Abbates ne ſunto citra 2x11. ætatis annum. IX. 1748. C.
Abbas conſecratur. VI. *parte II. circa med.* 1105. E.
Abbatem conſecravit Papa. VI. *parte II. initio.* 1713. C.
Abbatem conſecrare & in monaſteriis præſtituere Apoſtolica vice jubetur epiſcopus Cootantienſis. VI. *parte II. initio.* 1653. B.
Abbatis ordinatio qualiter fieri ab epiſcopo debeat. *Theodor. Cantuar.* III. 1771. & 1772. E.
Abbati plura monaſteria habere non liceat. *Venet.* anno 465. II. 797. E.
Abbas unus duobus monaſteriis ne præſideat. *Epaon.* anno 517. II. 1049. A. *Rotomag.* anno 1223. VII. 127. D.
Abbatibus ſingulis habere diverſas cellulas aut plura monaſteria non liceat. *Agath.* anno 506. II. 1002. D.
Abbas unus duas abbatias regere ſi poſſit, habeat. *Gregorius VII. Papa.* VI. 1237. A.
Abbates duo in uno monaſterio ne ſint. *Cabilon.* anno 650. III. 950. A.
Abbates. De his præcepta Concilii Pariſienſis, anno 1212. VI. *parte II. ſub finem.* 2012. E. *& ſeqq.*
Abbatum diſciplina conſtituta in Conc. Monſpel. anno 1215. VI. *parte II. ſub finem.* 2048. A. &c.
Abbatum & abbatiſſarum reformatio, ex Conc. Pariſ. anno 1429. VIII. 1044. 1045.
Abbatum canonicorum quæ debeat eſſe vita. IV. 1395. E. Abbatum monachorum. 1396 A. B.
Abbates canonicorum attendant ut quid abbates vocentur. IV. 1320. A.
Abbatum & religioſorum quæ veſtes, quæ calceamenta. *Senon.* anno 1216. VII. 86. C.
Abbates eadem menſura in cibo, veſte, & opere, contenti ſint, quam monachi ſui habent. IV. 1230. D. E.
Abbates ante ſe joca turpia fieri non permittant. IV. 1019. E.
Abbas cum ſuis dormiat monachis. IV. 906. D.
Abbas ſine monacho ne audeat equitare. VII. 195. B.
Abbates barbam raſam habeant, & coronam in capite. VI. 849. E.
Abbates qui magis canonice, quam monachice converſari inter ſuos videntur. *Turon.* anno 813. IV. 1026. E.
Abbates & abbatiſſæ, qui ſine neceſſitate cum laïcis convivari delectantur. IV. 1311. E.
Abbates, & abbatiſſæ. *Vide*, Monaſteriorum præpoſiti.
Abbates pro humilitate religionis in epiſcoporum poteſtate ſint. *Aurelian. I.* anno 511. II. 1011. B.
Abbates qui epiſcoporum præcepta deſpiciunt, ad communionem ne admittantur. *Aurelian. II.* anno 533. II. 1176. B.
Abbates ſemel in anno, ubi epiſcopus elegerit, conveniant. II. 1011. B.
Abbates & Priores, qui ad Concilium non venerint, per octo dies ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenduntur. VI. 557. C.
Abbati longius a monaſterio, ſine per-

miſſione epiſcopi, vagari non licet. *Arelat. V.* anno 554. III. 328. B.

Abbas aut Prior ne faciat monachos ſuos vel canonicos ab alienis epiſcopis ordinari, niſi cum litteris ſui epiſcopi diœceſani. *Lameth.* anno 1330. VII. 1554. A. B.

Abbas nullus excommunicationes generales in ſuos monachos promulgare præſumat, inconſulto diœceſano ſuo. *Rotomag.* anno 1231. VII. 190. E.

Abbatibus & presbyteris res eccleſiæ alienare ſine permiſſu epiſcopi non licet. *Aurelian. III.* anno 538. II. 1427. E.

Abbatibus aut monaſteriis aut parochiis dona collata, ne ſibi abbates aut presbyteri vindicent. *Aurelian. IV.* II. 1437. E. nec aliquid alienent ſine conſenſu epiſcopi. *Ibid.*

Abbates excommunicati, qui conſpirant, quod communibus expenſis defendent ſe contra epiſcopos. VII. 1250. B. C.

Abbatibus, presbyteris, omni clero, ad regem venire non liceat, pro petendis beneficiis, ſine epiſcopi commendatione. *Aurelian. I.* anno 511. II. 1010. A. B.

Abbates & monachi patrocinio ſæculari non utantur: & principem ſine epiſcopi ſui permiſſu non adeant. *Cabilon,* anno 650. III. 950. C.

Abbas ne mutuo recipiat pecuniam ſine Capituli ſui, vel majoris & ſanioris partis licentia, ultra ſummam ab epiſcopo taxendam. *Rotomag.* anno 1231. VII. 185. C.

Abbates, priores, & alii obedientiarii, de ſingulis proventibus, & redditibus, & expenſis, diligenter computent in Capitulo quater in anno ad minus. *Rotomag.* anno 1231. VII. 185. C.

Abbates ne monachis ſimplicibus aſſignent aliquas penſiones, &c. *Auſcitan.* anno 1308. VII. 1282. C. D. E.

Abbas ne pretium exigat ab his qui ad converſionem veniunt. VI. *parte II. initio.* 1686. B. 1760. E.

Abbates, qui per penſiones gravant Prioratus, &c. VII. 347. E.

Abbates nigri Ordinis. VII. 189. C. Nullus abbas nigri Ordinis monachum profeſſum recipiat Ciſtercienſis Ordinis. VII. 189. E.

Abbas abbatem non poteſt excommunicare: ſi diſſidium inter ambos ſit, res deferatur ad chorepiſcopum, vel ad epiſcopum, vel ad Patriarcham. *Nicæn. Arab.* I. 504. B. C.

Abbates, qui ſunt ordinum capita, ceterique ſuperiores epiſcopis non ſubjecti, inferiora monaſteria viſitent & corrigant, etiam commendata. *Trid.* X. 176. C. D.

Abbates S. Benedicti capitulum provinciale quotannis faciant. VII. 1367. A.

Abbatis quæ pœna ſit, qui monachi peccata non emendat, aut non epiſcopo denunciat. III. 445. E.

Abbates ne faciant milites. VI. *parte II. initio.* 1865. B.

Abbates in hoſtem ipſi non eant, ſed mittant. *Sueſſion.* anno 744. III. 1933. B.

Abbas diffiniens ſubſcribit, ut epiſcopi, in Conc. Tolet. anno 1566. X. 1158. C.

Abbates ne indulgentias & remiſſiones faciant; nec mitras & annulos deferant; ne benedicant ſacras veſtes, aut vaſa eccleſiaſtica, &c. *Saltzburg.* anno 1274. VII. 723. A.

Abbates, qui Confirmationis munus conferre attentant, & calices conſecrare. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1963. C.

Abbates ne calices conſecrent. *Viennenſe,* anno 1267. VII. 584. B.

Abbates non extendant ſe ad officium epiſcopale; de cauſis matrimonialibus cognoſcendo; injungendo publicas pœnitentias, indulgentiarum litteras concedendo, &c. *Lateran.* anno 1215. VII. 63. D.

Abbates chirothecis, ſandaliis, & annulo, ſine privilegio non utantur. VI. *parte II. initio.* 1859. E.

Abbates regularium canonicorum ne rochetis uterentur, ſtatutum in ſynodo Baſileenſi. IX. 1173. D.

Abbates, presbyteri fieri debent, aut prælaturas amittere. VI. 1576. A.

Abbatem ejicere de loco ſuo nemo præſumat, vel archipresbyterum, ſine omnium compresbyterorum ſuorum & abbatum conſilio. *Turon.* anno 567. III. 358. E.

Abbates ſine culpa non removendi. III. 556. D.

Abbas innocentem ſe aſſerens, ad metropolitani judicium deducatur. *Epaon.* anno 517. II. 1049. D.

Abbatis pœnitentia, ſi peccaverit. III. 1775. C.

Abbates & abbatiſſæ, ſi deliquerint, ab epiſcopo corrigantur. Si epiſcopum non audierint, epiſcopus Imperatori indicet. *Boniſac. Mogunt. ſub Pippino.* III. 1943. E.

Abbatum morientium bona relicta ab epiſcopo vel archidiacono non uſurpanda. III. 552. E. 949. C.

Abbates commendatarii. *Vide*, Commendatarii.

Abbatum regularium & commendatariorum ordo in proceſſione, ſeſſione & deliberatione conciliorum. X. 1263. C. D.

Abbas. Presbyter, Abbas, diaconus. III. 1002. C. 1035. A.

Abbas. Stephanus ex abba presbyter. III. 1730. E. Polychronius ex abba presbyter. *Ibidem.*

Abbas amabiliſſimus. III. 2026. D.

Abbas & bibliothecarius Hilduinus, anno 876. VI. 174. E.

Abbas palatii Aquiſgrani, anno 887. VI. 397. D.

ABBATIÆ. *Vide*, Inveſtituras.

Abbatiæ, quæ ſunt Capita Ordinum, quibus conferendæ. *Trid.* X. 177. A. B.

Abbatia jure beneficiario a Carolo Imp. data fideli ſuo. VI. 46. A.

Abbatiæ Angliæ quædam recenſentur. VI. 1174. D. E.

Abbatiæ Galliarum multæ circa Vindocinenſem. VI. 918. D. E.

Abbatiæ Galliarum multæ. VI. 1070. D. E.

Abbatiæ Galliarum nonnullæ appellantur. VI. 1002. C. VI. 1160. D. 1616. E. 1617. A. VI. *parte II. initio.* 1946. D. E. 1949. A. 1968. A. B. VI. *parte II. circa med.* 1132. C. VI. *parte II. ſub finem.* 1625. C. 1626. C. VII. 481. C. VII. 1395. A. 1887. C. 1888. A. 1917. C. VIII. 102. D. E. 103. 104. *& ſeqq.* 481. 482. *& ſeqq.*

Abbatiolæ ex caſis Dei in beneficium datæ. V. 55. C.

ABBATISSÆ, prioriſſæ, &c. quomodo eligendæ. Trid. X. 172. A. Non minores annis XL. *Ibid.* vel in caſu neceſſitatis, anno XXX. Ibid.

Abbatiſſæ ne fiant, ſive matres ſpiritales, quæ prius diſcipulæ non fuerint. IV. 1320. E.

Abbatiſſæ quales eſſe debeant. *Cabilon.* anno 813. IV. 1040. D. 1041. A. B. C. 1042. C. IV. 1165. & 1166.

Abbatiſſis nihil liceat contra regulam. *Arelat. V.* anno 554. III. 328. C.

Abbatiſſæ quid debeant docere ſanctimoniales ſibi ſubditas. IV. 1169. E. 1170. A. B.

Abbatiſſa nulla vel ſanctimonialis carioribus utatur indumentis, quam agninis, vel cattinis. VI. *parte II. circa med.* 1132. B.

Abbatiſſæ virorum frequentias vitent. IV. 1172. B.

Abbatiſſæ præpoſitas vice ſua conſtituant pervigiles. IV. 1174. D. E.

Abbatiſſæ quæ regulariter non vivunt, a rege deponantur. *Francoford.* IV. 908. E.

Abbatiſſa duo monaſteria non habeat. III. 1995. E.

Abbatiſſa ſine intermiſſione in ſuo monaſterio reſideat: & duo monaſteria non habeat. III. 2057. A.

Abbatiſſæ in monaſteriis ſuis ſedeant, nec foras vadant ſine licentia ſui epiſcopi. IV. 1012. A.

Abbatiſſæ abſque ſui epiſcopi licentia foras egredi non habeant poteſtatem, niſi cum ad Imperatorem proficiſci voluerint. *Turon.* anno 813. IV. 1027. B.

Abbatiſſa e monaſterio non exeat, niſi rex vocet, de conſenſu epiſcopi. III. 1995. E.

Abbatiſſæ & ceteræ ſanctimoniales, ne viduas aut puellas velare præſumant. IV. 1321. E. 1322. A.

Abbatiſſæ ne benedictiones dent cum impoſitione manus ſuper capita virorum. IV. 842. D.

Abbatiſſæ bona beneficiatorum per ipſas non retineant. VII. 738. B.

Abbatiſſam conſecrare poteſt presbyter. *Theodor. Cantuar.* III. 1771. E.

Abbatiſſæ Canoniſſarum debent apud ſua collegia reſidere. IX. 2091. D.

ABBATULUS. VI. 370. D. Abbatuli filius Santabarenus. *Ibidem.* E.

ABBO florentiſſimus philoſophia, omni divina & ſæculari auctoritate totius Franciæ magiſter famoſiſſimus. VI. 855. E. Martyrio coronatus apud Vaſconiam, *Ibidem.*

SS. ABDON & Sennen feſtivitas. VI. 1148. C.

ABEL. *Vide*, Miſſa.

* Abel obtulit Deo ſine altari. IV. 1412. D.

* Abel ſacrificia Deo ex proprio conſiderationis arbitrio obtulit. IV. 86. A.

* *Abel.* Deus ab ipſo mundi primordio, incipiens ab Abel ſalutis humanæ præ-

cones miſit in mundum. *Tullenſe*, anno 680. V. 515. A.

* ABESSALON. I. 1100. B. IV. 785. C.

Abeſſalom inſurrexit in patrem. II. 734. A.

ABGARUS. *Vide*, AUGARUS.

ABIMELECH. I. 50. E.

Abinceps. III. 1780. A. C.

Abortum qui procurant, homicidæ cenſeantur. *Trull.* III. 1694. B. Qui abortum faciunt, ſeptem annis excommunicentur. II. 1064. E.

ABRAHAM primus ſenior appellatus. *Anaclet. epiſt.* 2. 70. B. presbyter merito vocabatur. V. 623. A.

Abrahæ patri noſtro Deus in ſpecie trium virorum. V. 805. E.

Abraham três vidit; aliud cernens, & aliud eſſe intelligens. *Nicol. I. Papa.* V. 124. E.

Abraham tres vidit, & uni *Domine* dixit. *Alex. epiſt.* 1. I. 84. E.

ABRINCENSIS epiſcopus, in provincia Normanniæ ſub decanus epiſcoporum. X. 1262. E.

ABS

ABSCINDANTUR gradu proprio. II. 610. A.

ABSENS nemo judicetur. *Zephyr. epiſt.* 1. I. 105. E.

Abſentem damnare non licet. II. 442. A. 507. D.

Abſentem nulla lex damnat. I. 134. B.

Abſens ſi quis damnetur, ſententia ſit irrita. *Carthag. IV.* anno 398. I. 981. A.

AASIS. I. 964. C.

ABSOLUTIO. *Vide*, Pœnitentes. Remittendi peccata poteſtas. Caſus reſervati.

Abſolutio, condonatio & remiſſio peccatorum. IX. 1914. A.

Abſolutio. De fide eſt, ſacerdotem in caſibus ſibi permiſſis poſſe peccatorem confeſſum & contritum a peccatis abſolvere, & ei pœnitentiam injungere. *Martinus V. in bulla contra Wicleff.* VIII. 915. C.

* *Abſolutio.* Dominus dixit diſcipulis, *Tollite lapidem* : &, *Solvite eum. Capitular.* V. 422. D.

Abſolvere ſacerdotem poſſe, etiamſi in peccato mortali ſit, qui negat, hæreticus eſt. *Saltzburg.* anno 1420. VIII. 958. E.

* *Abſolutio.* Omni electorum eccleſiæ, juxta modum culparum vel pœnitentiæ, ligandi ac ſolvendi datur auctoritas. *Hincmar. Rem.* V. 1264. D.

* Abſolvere volens ſacerdos confitentem, moneat ut credat per Dei miſericordiam virtute ſanguinis Chriſti per abſolutionem impartiendam in verbo ejus, ſibi remiſſum iri peccata : injungat illi dignum pœnitentiæ fructum facere; ac tum denique imponat manum, & abſolvat confitentem. IX. 2010. B.

* *Abſolutio.* Presbyter ex virtute verbi & clavium ſibi a Chriſto traditarum peccatorem pœnitentem abſolvit. IX. 2008. D.

* *Abſolutio.* Invocatione Spiritus ſancti, qui eſt remiſſio peccatorum, per manus epiſcoporum, vel eorum auctoritate reliquorum ſacerdotum, impoſitionem, vel ſupplicationibus eorum, remittuntur peccata. *Capitular.* V. 422. C.

* Abſolvit a timore damnationis æternæ eccleſia miſerans quoſcumque pœnitentes aſpexerit; hoc ei officium in epiſcopis & presbyteris committitur : & ut quos in peccatis perſeverantes agnoverit, perennibus ſuppliciis obligandos inſinuet. *Hincmar. Rem.* V. 1264. C.

Abſolutio. In remiſſione culpæ non plus facit Papa aut epiſcopus, quam infimus ſacerdos. *Error Lutheri.* IX. 1893. D.

Abſolutio. Si ſacerdos joco abſolveret, & confeſſus credat ſe abſolutum, veriſſime eſt abſolutus. *Error Lutheri.* IX. 1893. D.

Abſolutio. Crede fortiter te abſolutum; & abſolutus vere eris; quidquid ſit de contritione. *Error Lutheri.* IX. 1893. D.

Abſolutio. Laïcos & mulierculas, æque atque presbyteros, poſſe abſolvere, error Lutheri. IX. 1931. E.

Abſolutio nullius momenti eſt, ſi ſacerdoti deſit animus ſerio agendi & vere abſolvendi : aut ſi careat ordinaria aut ſubdelegata juriſdictione. Trid. X. 94. A. B. C. 99. B.

Abſolutio. Poſt Concilium Tridentinum, conceſſum eſt epiſcopis, in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, diſpenſare; exceptis &c. X. 1244. C.

Abſolvere a cenſuris ſi liceat ex Jubilæo, non propterea licet diſpenſare in irregularitate, niſi ejus rei facultate nominatim expreſſa. X. 775. E.

Abſolutio. Presbyteri de occultis reconcilient pœnitentes, juſſione epiſcopi. *Herardus Turon.* anno 858. V. 454. C. Infirmantes abſolvant, & communicent. *Ibidem.*

Abſolvere a caſibus Apoſtolicæ Sedi vel epiſcopo reſervatis, diſtricte prohibetur in Saltzburg. anno 1386. VII. 1900. E. 1901. A.

Abſolutio non concedatur cuiquam, qui non fuerit reconciliatus cum proximo, ſaltem in voto, ſi quem oderat. X. 1282. E.

Abſolutiones inordinate non fiant, niſi ſatisfactio præcedat regulis Patrum conſentiens. V. 389. A.

Abſolutio. Expleto ſatisfactionis tempore ſacerdotali prece per manus impoſitionem reconcilient pœnitentes, & ſacra communione confirment. *Capitular.* V. 422. E.

Abſolutio. Ubi peccatum manet, ante congruam ſatisfactionem, benedictio locum non habet. V. 537. B.

Abſolutio ab excommunicatione per vim vel metum extorta non valet. *Gregorius X. in Lugdun.* anno 1274. VII. 714. B. nulla eſt & irrita, &c. VIII. 964. E.

Abſolvi qui ſe faciunt per vim, quomodo alia cenſura ſunt arcendi. *Vaur.* anno 1368. VII. 1821. A. B.

Abſolutio præſidentis tunc vera eſt, cum interni arbitrium ſequetur judicis. IV. 1099. D.

Abſolutio. Ab altero ligatus, ab altero ſolvi non poteſt. V. 1143. B.

Abſolvere metropolitani prohibentur eos, quos ſuffraganei epiſcopi juſte ligaverint. VI. *parte II. initio.* 1650. D.

Abſolutio. Pium eſt & tutum, ut ſacerdos omnem infirmum in extremis laborantem abſolvat de omnibus peccatis, ſi ab eo humiliter fuerit requiſitus. *Claromont.* anno 1268. VII. 594. A.

* Abſolutionis forma. Ego te abſolvo, auctoritate qua fungor, &c. VII. 617. B. *anno* 1268.

Abſolutionis forma, *Ego te abſolvo*, &c. IX. 440. A.

Abſolutionis forma omnibus confeſſoribus præſcripta Friſingæ, anno 1440. *Ego abſolvo te a peccatis tuis, & reſtituo te ſacramentis eccleſiæ. In nomine Patris, &c.* IX. 1290. B.

* Abſolutionis forma. *Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens Dominus. Et ego te abſolvo auctoritate D. N.* JESU *Chriſti, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & officii mihi commiſſi, ab iis peccatis quæ confeſſus es, & aliis oblitis. Nemauſ.* anno 1284. VII. 911. A. B.

* Abſolvit per litteras Alexander Papa Thomam Cantuarienſem. VI. *parte II. ſub finem.* 1607. B. C.

* Abſolutionis & indulgentiæ plenariæ litteræ miſſæ Hugoni Autiſſiodorenſi epiſcopo, qui per litteras confeſſus fuerat peccata Joanni XVIII. Papæ. VI. 840. A.

* *Abſolutio.* Eos qui in bello nuper contra paganos ceciderunt, interceſſione beati Petri Apoſtoli, cujus poteſtas ligandi atque ſolvendi eſt in cælo & in terra, quantum fas eſt, abſolvimus, precibuſque illos Domino commendamus. *Joannes VIII. Papa.* VI. 46. D.

* *Abſolutio.* Congregatis vobis, & noſtro, immo divino Spiritu, qui eſt remiſſio omnium peccatorum, per eccleſiaſticam Apoſtolicæ auctoritatis poteſtatem, ſi promiſerit emendationem, peccata illi eccleſiaſtica pietate & canonico more dimittite, quæ ſunt per illum & ab illo commiſſa. *Metenſe*, anno 859. V. 480. C.

* *Abſolutio.* Omnipotens Deus, meritis & auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, a cunctis peccatis te abſolvat. *Gregorius IV. lib.* 2. *epiſt.* XXXI. *ad Henricum regem.* VI. 1285. E. 1286. A.

* Abſolutionem peccatorum tuorum, ſicut rogaſti, auctoritate Petri & Pauli fulti, quorum vice fungimur, tibi mittere dignum duximus. *Gregorius VII. Remedio Lincolnienſi epiſcopo.* VI. 1223. D.

* *Abſolutio.* Omnipotens Deus, meritis ſupremæ Dominæ, per auctoritatem beati Petri & Pauli, a cunctis vos peccatis abſolvat. *Gregorius VII. Papa.* VI. 1235. E. 1236. A.

* *Abſolutio.* Si interim veniat in vitæ periculum, auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & ea quam nos per eos ſuſcepimus, abſolutus, gratiam ſanctæ communionis accipiat. *Gregorius VII. Papa.* VI. 1352. D.

* Abſolutionem conferimus peccatorum, & benedictionem æternam, ei qui hæc obſervaverit. *Lemovic.* anno 1031. VI. 874. A.

Abſolvendi modus ab excommunicatione. VII. 611. A. B.

Abſolutio. Excommunicatus abſolvitur ſolitis ad hoc adhibitis precibus & abſolutionibus. *Nicæn. Arab.* I. 504. A.

Abſolutio ad cautelam. VII. 1192. E. Abſolvit ſub cautela Gregorius VII. quemdam, ut ſacræ communionis licentiam haberet revertens ex Urbe, uſque io octavum diem, poſtquam rediiſſet ad patriam, ubi cauſam ejus diſcuti Papa jubebat. VI. 1362. D. E.

* Abſolutio epiſcopi magis pertinet ad Photium, qui offenſus fuit; quam ad Romanum Pontificem: ſed ſi & hic aſſentiatur, hoc melius. VI. 270. E.

Abſolvi, reſolvi, *S. Patric.* I. 1791. E.

Abſolutio epiſcopalis in die Cœnæ. VI. 666. B.

Abſolutio defunctorum. VII. 1984. B.

Abſolviſti a ſpiritu meo animam meam. III. 1765. E.

ABSTINERI. I. 252. B. D. 255. D. E. 256. A. C. D. 258. A. D. 263. A. 265. D. 991. E. abſtinendi. 1005. B.

ABSTINENTIA ſextæ feriæ. *Vide*, Sexta feria.

Abſtinentia. Clericus vel laïcus a nuptiis, carnibus, & vino abſtinens, non propter exercitationem, ſed propter abominationem, corrigatur, vel deponatur, & ex eccleſia ejiciatur. I. 22. E. ſi præſertim abſtineat in feſtia diebus. I. 23. A.

Abſtinendum a carnibus, & jejuniis incumbendum, feria ſexta omnis hebdomadæ, & in vigiliis inſignium feſtivitatum. *Nicolaus I. Papa.* V. 355. D.

Abſtinentis carnis & ſanguinis diebus XIV. ante feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ, niſi infirmitate impediente, aut feſti ſolemnitate. VI. 828. B. *Vide*, Vigiliæ.

Abſtinentia a carne, ſive pinguedine. *Vide*, Monachi.

* *Abſtinentia a carne.* Canonici a Paſcha uſque ad Pentecoſten carnem manducandi licentiam habeant, præter tantum ſexta feria. *Chrodegang.* IV. 1189. D. A Nativitate ſancti Joannis uſque ad tranſitum S. Martini, quarta & ſexta feria a carne abſtineant: ut & poſt Natalem Domini uſque in caput Quadrageſimæ. *Ibidem.* Octo diebus Pentecoſtes clerus S. Stephani Metenſis, licentiam habeat carnem edendi: & clerus Angilrhamni. *Ibidem.* E. & 1190. A.

AC

Ac per hoc. II. 889. A. III. 1762. B. IV. 21. A. V. 18. D. 513. B. 755. B.

ACACIUS Berœenſis. I. 1013. D. Ad unionem Eccleſiarum procurandam multum operæ poſuit. I. 1330. A. Centum & decem vitæ annos expleverat. I. 1558. A. Pater epiſcoporum & ſynodi appellatur a Joanne Antioch. *Ibid.* Neſtorium demum anathematizat. I. 1691. D.

ACACIUS a Cæſarea, Arianus. I. 654. E.

ACACIUM CP. dejecit Felix, peremit & extinxit Gelaſius. V. 612. E.

Acacii CP. epiſtola. II. 804. Acacius CP. citatur & damnatur a Felice Papa. II. 829. D. 831. D. Acacius CP. non debuit inter catholicorum nomina computari. *Gelaſ. Papa, epiſt.* 1. II. 881. C. D. E. Acacius jure damnatus oſtenditur ſolius Apoſtolicæ ſedis judicio. II. 905. E. *&* ſeqq. Acacius ut damnaretur, non opus fuit nova ſynodo. II. 921. *& ſeqq.* 926. A. Acacii CP. prævaricatoris nomen expunctum eſt e ſacris tabulis. II. 1016. C. 1017. E.

ACACIUS Melitenenſis ſcripſit paſſibilem eſſe deïtatem, ut quidem dicebant Orientales. I. 1572. C.

Acapita. VII. 1844. E.

ACCEPTO non feratur, quidquid ad idolum fuerit datum. III. 1873. B.

ACCEPTUS presbyter. *Conc.* Valent. anno 374. I. 798. B.

ACCIDENTIA panis & vini. *Vide*, Euchariſtia.

ACCIPITRARIUS ne ſit ſacerdos. VI. 664. C.

Accipitres vel canes ad venandum ne clerici habeant. II. 1048. C.

Accipitres ne habeant epiſcopi, presbyteri, aut diaconi. V. 740. B. *anno* 868.

ACCIPITER, vel acceptor. III. 1933. B.

ACCLAMATIONES in Concilio. II. 466. C. 487. A. B. 1262. C. D. V. 781. D. E. 787. 788. 797. In Concilio CP. IV. V. 817. A. B. 823. B. C. 837. E. 873. C. D. 918. C. In Concilio Rom. factæ Pontifici. V. 75. C.

Acclamationes Imperatori. II. 159. C. 166. C. 414. C. *Fili Dei, da illi vitam: da illi victorias.* III. 1366. D. *Vita veſtra, orthodoxorum vita eſt. Novo Juſtiniano*, &c. III. 1414. C. D. 1415. C. IV. 158. B. C. 435. A. B. C. 470. D. E. 486. A. B.

Acclamationes in fine Concilii Cameracenſis, anni 1586. IX. 2182. A. in pſeudoſynodo Photii. VI. 230. E. Acclamationes populi in Eccleſia CP. anno 518. II. 1334. C. D. E. 1335. A. B. C. 1338. 1339. Tyri in Eccleſiis, pro ſynodo Chalcedonenſi, anno 518. II. 1354. 1355. 1358.

Ἀκοιμῆται. III. 1687. E. 1688. E.

ACCUSATIO.

Accuſationum leges ac regulæ. III. 2068. B. C. D. E. 2069. 2070. 2071.

Accuſationis canonicæ quis debeat ordo eſſe. III. 2065. C.

Accuſatores. *Vide*, Cauſam deferentes.

Accuſatores qui poſſint eſſe. I. 74. B. 145. A. qui ſint admittendi. V. 1272. D. E. qui non ſint admittendi. I. 92. B. I. 112. C. D. 124. A. 126. B. C. 129. A. 144. A. 208. C. D. 210. E. 224. A. B. 235. D. Quales perſonæ ad accuſandum non admittantur. III. 2066. D. E. 2067. E. 2068. A.

Accuſatio. Servi ad accuſandum non admittantur. *Remenſe*, anno circ. 630. III. 573. B.

Accuſandi majores natu aut epiſcopos ſuos vocem non habeant criminoſi. *Franccford.* IV. 908. A.

Accuſator, qui unum crimen non probaverit, ad alia non admittatur. *Remenſe*, anno circ. 630. III. 572. B.

Accuſatio non admittatur, niſi ex actis publicis. *Conc. Arelat.* anno 314. I. 265. E.

Accuſetur nemo clericus vel ſæcularis de crimine tres annos ante commiſſo, &c. X. 1620. A.

Accuſatio. Crimina diffinita nullus refricare audeat. V. 458. C.

Accuſare præſens præſentem debet. *Lateran.* anno 1215. VII. 26. E.

Accuſator nullus præſumat ſimul eſſe judex & teſtis. I. 128. A.

Accuſatoris vita & fides ante omnia diſcutienda. III. 2064. B. 2066. B. C.

Accuſator & accuſatus qualis ſit, in judicio quærendum. I. 984. D.

Accuſatoris vita penſanda, ut ſi indigna ad accuſandum perſona invenitur, ad accuſationem ejus nemo judicetur. *Vormat.* anno 868. V. 743. D.

Accuſatio epiſcoporum a quibus fieri poſſit. *Anaclet. epiſt.* 2. I. 69. A. *Evariſt. epiſt.* 2. 78. E.

Accuſantes epiſcopum clericos laïcoſve paſſim recipi non oportet, niſi prius eorum vita diſcuſſa. II. 610. D. *Conc. Chalced.*

Accuſari epiſcopum a laïcis nefas. *Clem. epiſt.* 1. I. 45. D.

Accuſator epiſcopi ne admittatur, qui ſit criminoſus. *Carthag. II.* anno 390. I. 952. C.

Accuſator epiſcopi, ſi ſit perſona culpabilis, non admittatur, niſi cauſas proprias, nec eccleſiaſticas, aſſerere voluerit. *Carthag. III.* anno 397. I. 961. E.

Accuſari non debent Epiſcopi, niſi ab epiſcopis: non a ſæcularibus. I. 117. A. 127. D.

Accuſandi licentia etiam in epiſcopis reprimenda. *Vaſenſe*, anno 442. I. 1789. B.

Accuſari majores a minoribus nefas. *Clem. epiſt.* 1. I. 45. E. 48. E. 199. E. *Silveſt.* I. 287. A. 291. A.

Accuſatio adverſus clericos quomodo ſit recipienda. I. 208. C. 216. E. 211. A. 240. C. D. 241. C.

Accuſare clericum cujuſlibet gradus etiam laïcis liceat, ſi quid criminale objiciunt. *Epaon.* anno 517. II. 1050. A.

Accuſatio. Ne ſine legitimo accuſatore quiſquam condemnetur. *Tolet. VI.* anno 638. III. 605. D.

Accuſatus. Sacerdos accuſatus, ſi teſtes deſint, Deum teſtem proferat ſuæ innocentiæ, & ſic maneat in ſuo gradu. *Gregor. II. Papa.* III. 1859. A.

Accuſatus presbyter vel diaconus, nec convictus teſtibus, purget ſe juramento per Crucem Chriſti, & dimittatur judicio Dei. III. 1980. C.

Accuſatus homo liber, ſi convinci tribus teſtibus non poſſit, ad evangelium jurans ſe minime commiſiſſe quod objicitur, abſolvitur. *Nicolaus I. Papa.* V. 380. C. *Vide*, Confeſſio criminis.

Accuſatio presbyteri. Reſtituendus eſt, quem neque convictum, neque confeſſum, conſtat eſſe ejectum. V. 351. E.

Accuſatum non oportet alibi quam in ſuo foro audiri. I. 129. A.

Accuſatus, in provincia ſua ſuas exerceat

actiones. *Eleuth.* I. 102. E.

Accuſatio. Clericus accuſatus in ſua provincia ſuas exerceat actiones. Ei liceat, ſi judices ſuſpectos habuerit, appellare primates. I. 199. E. 200. B.

Accuſatio clericorum intra provinciam fiat: & pulſatis appellare liceat. III. 2065. C. D.

Accuſatores fratrum epiſcopus excommunicet: ſi ſe correxerint, ad communionem recipiat eos, non ad clerum. *Carthag. IV.* anno 398. I. 982. D.

Accuſatores fratrum, qui falſo eis capitalia objecerint, excommunicentur. *Arelat. II.* anno 452. II. 775. A.

Accuſatores innocentium, qua pœna plectendi. *Matiſcon.* anno 581. III. 453. E.

Accuſator clerici cujuſlibet, ſi probare non poteſt, infamiæ jacturam ſubeat. III. 2067. A.

Accuſator clerici de fornicatione, ſi non probaverit, excommunicetur. *Bracar.* anno 572. III. 387. E.

Accuſans falſis criminibus epiſcopum, presbyterum, vel diaconum, nec in fine communionem accipiat. *Conc. Eliberit.* I. 258. B. Arelat. anno 314. I. 265. E.

Accuſare quemquam non licet presbytero vel diacono: ſed per ſæcularem. III. 446. E.

Accuſatio. Negationis rationem nullus exigit. Dixi quia factum eſt: meum eſt probare. II. 523. A.

ACE

ACEDIA, quale peccatum ſit. VII. 280. E. 598. E.

SS. ACEI & Acheoli eccleſia, cum canonicis. VI. 1617. D.

ACEPHALI. II. 1026. C. 1198. E. III. 1290. B. C.

Acephalorum auctor Severus. IV. 147. E.

Acephalorum hæreſis. *Hiſpal. II.* anno 619. III. 561. E.

Acephalis ſimiles Monotheletæ. III. 695. B.

ACEPHALI, clerici vagi. IV. 1013. 1014. *Vide*, Clerici.

* Acephalos, id eſt, ſine capite, priſca eccleſiæ conſuetudo nuncupavit clericos & ſacerdotes, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & providentia gubernantur. *Ticinenſis ſynodus*, anno 850. V. 30. A. Ab his vagantibus clericis ne divina myſteria ſæculares viri celebrari faciant in domibus ſuis. *Ibidem.*

ACESIUS Novatianorum epiſcopus. I. 426. B.

ACH

ACHAR, *pro* Achan, *ut in Græco.* II. 1197. B. 1206. D.

ACHERUNTINA eccleſia S. Anaſtaſiæ. VI. *parte II. initio.* 1628. D.

Acheruntinæ metropoleos jura confirmantur, anno 1106. VI. *parte II. initio.* 1839. A.

ACHILLAS Petri Alexandrini ſucceſſor. I. 579. E.

ACHOLIUS Theſſalonicenſis. I. 846. D.

Ἀχειροποίητος εἰκών. IV. 44. E. 48. D.

ACI &c.

ACINDYNUS, idem Acondinus a Nilo dictus. V. 1484. E.

ACINDYNUS, Barlaami aſſecla. XI. 283. E. Synodus CP. contra Acindynum citatur. IX. 609. B.

ACOEMETÆ monachi, Neſtoriani. II. 1153. A.

Acœmetarum magnum monaſterium. II. 1298. E. 1330. D.

Acumetenſium codex. 501. A.

ACOLYTHUS. *Matiſcon.* anno 585. III. 464. D.

Acolythus quomodo ordinetur, *Carthag. IV.* anno 398. I. 979. C.

Acolythos ſacretur. I. 214. A.

Acolyti Græce, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis. IV. 1062. D.

Ἀκκούβιτος, *accubitus.* IV. 177. D.

Acribioſiſſimus. III. 820. D.

ACROSTICHIS ex nomine Caroli M. regis. III. 2053.

ACTARDO Namnetenſi pallium conceſſum. V. 695. E. 698. A.

Actardus Namnetenſis, ſede ſua pulſus a paganis, in vacante eccleſia Morinenſi poſitus ab Hincmaro Remenſi. V. 1323. B.

ACTIONES qui ſibi cedi faciunt. VII. 938. E.

Actiones ſuas laïci ne clericis cedant. VII. 194. A.

Ἄκτον, *actum.* II. 1224. E. 9. & 1305. B. 3. ἐκ τῶν ἄκτων, ex actis.

Ἄκτα, *acta.* II. 1380. D. Ταῦτα ἄκτα. II. 1381. D. 1384. A.

ACTOR. De actore & reo. *Andegav.* anno 1365. VII. 1772. E.

Actor reſpondeat ei quem convenit. VI. *parte II. ſub finem.* 1762. C. D. E.

* ACTUUM librum ſimul conſcripſerunt omnes Apoſtoli congregati in Jeruſalem, præter Paulum *Varadat. monach.* II. 770. D.

Actus Theclæ & Pauli Apoſtoli, apocryphi. II. 941. C.

ACTUS humani. *Vide*, Opera. Peccat homo.

AD

Ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum. *Lambeth.* anno 1261. VII. 563. B. *Clemens V.* anno 1308. VII. 1337. D.

Ad doctrinam præſentium, & memoriam futurorum. VII. 1213. C.

Ad locum. II. 1155. 1156. III. 462. A. VI. 552. C. 1276. E. V. 1260. A. VI. 472. C. 474. B.

Ad me habet. II. 214. E. *Vide*, Ἔχω.

Ad prædicta teſtibus vocatis. *Conſtit. Nicoſ.* anno 1323. VII. 1750. C.

Ad præmiſſa vocatis teſtibus & rogatis. *Avenion.* anno 1326. VII. 1514. E.

Ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. *Marciac.* anno 1329. VII. 1552. A. *Tolet.* anno 1339. VII. 1638. E.

ADALARDUS Veronenſis epiſcopus. VI. 3. C.

ADALBERONIS Metenſis præceptum. VI. 587.

ADALBERONIS Remenſis epiſtola. VI. 715. *& in Indice.*

S. ADALBERTI in Egmonda abbatia. IX. 1837. B.

ADALBERTUS hæreticus in ſynodo damnatus. *Sueſſion.* anno 744. III. 1933. A.

ADALBERTUS tyrannus excommunicatus. VI. 194. B. C.

ADALGAUDUS presbyter infamatus. VI. 177. A.

ADALGERUS presbyter, diaboli membrum, &c. VI. 720. D.

ADAM

* ADAM. Protoparens noſter Adam factus verbo Dei æternus & ſanctus. VI. 393. B.

Adam rationalis erat, liber a cogitationibus peccabilibus, experientiam mali neſciens, tantummodo bonum ſciens, & velut uniformis: non obediens autem mandato Dei, ſuccubuit talibus cogitationibus. *Athanaſ.* III. 1178. B.

Adam habuit voluntatem arbitralem ac liberam, θέλημα αὐτεξούσιον καὶ αὐτεξούσιον. III. 1182. D. 1183. A.

* Adam fruebatur Creatoris tripudio, & Angelorum utebatur conſortio. VI. 644. C.

* Adam ante prævaricationem convoluntarius erat Deo. *Macarius Antioch.* III. 1182. D.

Adam ſine crimine in paradiſo converſatus. VI. 644. C. D.

Adam non ſervus, niſi ex peccato. IV. 891. D.

* Adam ſi liber conditus eſt, quare non & Chriſtus ingenuus de Virgine? ſi ſervus, quomodo tunc imago Dei? *Conc. Francofordienſe*, anno 794. IV. 891. C.

Adam qui dixerit factum mortalem, & neceſſitate naturæ moriturum, anathema ſit. *Carthag.* anno 418. I. 926. E.

Adam mortalem factum, & moriturum, ſive peccaret, ſive non peccaret, docuit Pelagius. I. 1211. A.

Adam creatus natura mortalis, ſed immortalitatem conſecuturus ex gratia, ſi non peccaſſet. XI. 194. E.

Adam. Deus primum hominem rectum condidit, & in ſanctitate juſtitiæ voluit permanere. *Cariſiac.* V. 18. C.

Adami gratia. *Vide*, Gratia Adami.

Adam ſi non peccaſſet, accepiſſet in munere, ſicut Angeli, ut nec peccare vellet, nec jam cadere poſſet. *Tullenſe*, anno 860. V. 514. E.

Adæ peccatum ipſum ſolum læſit, & non genus humanum; error Pelagii. I. 1211. A. B.

Adami peccatum tamquam nobis utile Deum introduxiſſe dicebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 33. D. E. 34. A. B.

Adam. Pomum vetitum, quod primus parens comedit, non ſolum fuit ſibi malum, quia prohibitum: ſed ſibi prohibitum, quia malum. *Error.* VII. 1864. C. anno 1368.

* Adam abuſus libero arbitrio deſeruit Deum; & a Deo juſte deſertus peccavit. *Tullenſe*, anno 860. V. 515. A.

* *Adam.* Dæmon protoplaſtis invidens, mortis poculum mortalibus propinavit: & quos immortales futuros obedientiæ merito noverat, inobedientiæ veneno infecit. VI. 106. E.

* Adam peccando factus eſt maſſa perditionis totius humani generis. V. 18. D. *Cariſiac. Concil.*

* Adamo peccante facta eſt maſſa perditionis totius humani generis: de qua ſi nullus eriperetur, irreprehenſibilis

eſſet Dei juſtitia: quia vero multi ſalvantur, ineffabilis eſt Dei gratia. *Tullenſe*, anno 860. V. 515. A.
Adam & mortem, & peccatum, quod mors eſt animæ, in omne genus humanum transfudit. *Trid.* X. 28. A.
Adam peccando ſecundum corpus & animam in deterius commutatus. *Trid.* X. 27. E.
• Adami & Evæ peccatum totum ipſorum genus invaſit. *Gelaſ. Cyzic.* I. 418. A.
• *Adam.* Per primos parentes Adamum & Evam amiſimus gratiam ſancti Spiritus. *Gelaſ. Cyzic.* I. 417. C. 419. A.
• *Adam, ubi es!* quomodo intelligendum. VI. *parte II. initio.* 1869. E.
Adam. Eccleſia cœpit in Adam. IX. 1980. C.
Adam. Liber de filiabus Adæ, apocryphus. II. 941. B.
ADAM de parvo Ponte, Pariſienſis eccleſiæ canonicus. VI. *parte II. circa med.* 1297. D.
ADAMNANUS abbas & ſacerdos Columbienſium egregius. III. 1855. D.

ADD ADE &c.

ADDITIO. *Vide*, Symbolum.
Additionis triplex modus. IX. 127. C. D.
ADEFONSUS. *Vide*, ALDEFONSUS.
ADEFONSUS Caſtus ingentem refert victoriam. VI. 135. 136.
ADEPHONSUS Hiſpaniarum rex, anno 1129. VI. *parte II. in fine.* 2053. A. Imperator. 2056. A.
ADELAIS mater Roberti regis. VI. 772. E.
ADELAIS conjux Ludovici VI. regis Francorum. VI. *parte II. circa med.* 1162. E.
ADELBERTUS Marchio. VI. 25. A. 27. A.
ADELPHONSUS. *Vide*, Alphonſus rex.
ADEMIS Caryſtienſis. III. 1287. E.
S. ADJUTORIS Caſtrum. VI. *parte II. initio.* 1638. A.
ADJUTOR Commentariorum officii, &c. I. 1049. D.
Adjutor cornicularii. I. 1049. E.
Adjutor Numerorum officii &c. I. 1049. D.
• Adjuvante ſancto Petro Apoſtolo. I. 999. D.
Adminiculator, in urbe Roma. VI. 627. D.
ADMINISTRATORES piorum locorum rationem reddant Ordinario. *Trid.* X. 134. A.
Adminiſtratores hoſpitalium, ſi negligentes fuerint, a quibus ſint coërcendi. *Trid.* X. 182. E. 183. A. B.

ADO

ADOLESCENTES qui mœchati fuerint poſt baptiſmum & poſt ductam uxorem, acta legitima pœnitentia, communicent. *Conc. Eliberit.* I. 253. D.
Adoleſcentiæ lapſibus indulgeri voluere majores: ſiquidem adoleſcentem cum ſorore lapſum pœnitentiæ remedio dicunt eſſe ſanandum, non a conjugio penitus removendum. V. 548. A.
ADOPTIVÆ feminæ clericis & monachis prohibentur. III. 349. C. D.
Adoptio. Neptis per adoptionem quæ eſſe cœperit, non potero uxorem ducere. *Juſtinian. Imp.* V. 354. B.
Adoptivis filiis Deus non dedit omnia, ſed quædam dona chariſmatum. IV. 868. D.
ADORATIO multiplex. IV. 239. D. 475. E. 478. A. *Vide*, προσκυνεῖν. Imagines. Salutatio.
Adoratio Crucis, certiſſime ſalutatio eſt. IV. 475. E.
Adorare. Bethleem cole, præſepe adora. IV. 442. E. *ex Gregorio Nazianz.*
Adoravit Abraham impios a quibus ſepulcrum emit. IV. 193. C. Adorationes multæ in ſcripturis, quæ carent reprehenſione. IV. 195. C. D. 202. B. D. E. 203. A.
Adorabilis Imperator. *Licinia Eudoxia.* II. 38. D.
Adorabimus ſanctitatem veſtram, *dictum Martino Papæ.* III. 677. B.
Adoratio barbara. VI. 903. A.

ADR ADS

ADRIACUS magnus Joannis Palæologi Imp. Græcorum. IX. 694. C.
Adſalire, *aſſaillir. Carol. M.* III. 2858. B.

ADV

ADWARDUS presbyter. VI. 34. D.
ADVENTUS tempore jejunium omnibus qui poterunt & abſtinentia carnium indicatur, maxime autem clericis & militibus. VI. *parte II. ſub finem.* 1634. E.
Adventus tempore Monachis eſu carnium interdicitur. X. 1428. C.
ADVENTUUM jucundorum paſtus prohibiti. IX. 2172. C.
ADULTERIUM in utroque ſexu Chriſtiana religio pari ratione condemnat. I. 1004. D.
• Adulterio nihil gravius eſt in omnibus peccatis. *Clem. epiſt.* 1. I. 40. E. Adulterio in omnibus peccatis quid gravius? V. 270. E. Secundum in pœnis obtinet locum, poſt illos qui aberrant a Deo, etſi ſobrie vixerint. *Ibid.*
Adulteri per pœnitentiam reducantur a peccatis. III. 1018. E.
Adulteriorum genera varia, & pœnæ diverſæ. *Capitular.* V. 430. 431.
Adulterii varia genera, & pœnitentiæ modus diverſus. *Gregor. III. Papa.* III. 1872. A. B. C. 1874. C. D.
Adulterium, ſtuprum, aliæve carnis libidines, qua mulcta puniendæ. VI. 903. E. 904. A. B. 913. 914.
Adulterii pœnitentia ad quinquennium. *Ancyr.* anno 314. I. 279. A.
Adulterii pœnæ. VI. 583. 593. E. *Namnet.* VI. 460. A. B. *Raven.* anno 1311. VII. 1377. B. C.
Adulteri publici: Decretum contra eos, ſynodi Valentinæ in Hiſpania, anno 1273. VII. 1992. E.
Adulter ſi ad eccleſiam confugerit, eum ad ſacerdotis judicium dirigimus. *Nicolaus I.* Papa. V. 364. E.
• Adultera pœnas graviſſimas vel pœnitentiæ tormentum luere debet: nec alium accipere virum, aut vivente aut mortuo marito quem defraudavit. *Conc. Forojul.* anno 791. IV. 860. A.
Adulteris mulieribus prodito earum crimine communio denegatur. I. 1004. E.
Adultera, ſi manifeſtetur, perdat naſum & aures. VI. 914. A. *Leges Kanuti.*
• Adulterium ſi uxor commiſerit, & vir illud publicaverit, dimittat illam, ſi voluerit: nec tamen ducat aliam. Si velit adulteram ſibi reconciliare, licet: ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat, & poſt annos ſeptem ad communionem uterque accedat. *Namnet.* VI. 459. E. 460. A.
Adulteras uxores viri deferre apud ſacerdotes conſueverunt. I. 1004. E.
Adulteria. Viri cum adulteris uxoribus non conveniant. I. 1004. D. Non communicet vir cum uxore ſuo adultera, nec uxor cum viro ſuo adultero. *Theodor. Cantuar.* III. 1777. D.
Adulteram uxorem qui retinet, ſi clericus ſit, ne miniſtret. *Neocæſar.* anno 314. I. 284. C.
Adulteri ſunt, qui divortio interveniente aliud ineunt conjugium. *Innoc. I. epiſt.* 3. I. 1005. A. B.
Adulterium animæ. I. 252. A.
ADULTUS omnis, videlicet XIV. annorum. VII. 1122. B.

ADVO

ADVOCATORUM multitudo moderanda. VII. 846. A.
Advocati ne ſint clerici beneficiati & ſacerdotes; niſi forte pro ſe, vel pro eccleſiis ſuis, vel pro dominis ſuis, vel pro miſerabilibus perſonis. *Wigorn.* anno 1240. VII. 344. B.
Advocati ne ſint, qui ſunt ſacerdotes. *Vide*, Sacerdotes.
Advocatus nullus admittatur ad officium publice exercendum, niſi prius ad minus per triennium audierit jus canonicum & civile. *Lambeth.* anno 1281. VII. 874. C.
Advocati nulli recipiantur in cauſis publicis, niſi per triennium jura audierint, vel ſint exercitio approbati. VII. 263. D.
Advocatus qualis debeat admitti: quale ab advocato præſtandum juramentum. VII. 301. E. 302. A. B.
Advocatus jurabit ſe fideliter facturum ſuum officium: &c. *Rotomag.* anno 1231. VII. 190. B. C.
Advocatorum juramenti forma. VII. 196. C. D. anno 1231.
Advocatorum juramentum. De eo, Exon. ſynod. anno 1287. VII. 1104. C. D. E. Quale eſſe debeat. *Gregorius X. in Conc. Lugdun.* anno 1274. VII. 713. C. D. E.
Advocati jurent de calumnia in cauſis tam inchoatis quam inchoandis. VII. 85. B. Ab advocatis juramentum præſtandum in cauſis uſurariis. VII. 844. E.
Advocatus nihil ſibi arripiat vel uſurpet, præter jus & beneficium antiquum. IV. 1258. B.
Advocatus eccleſiarum, *Advoüé.* VII. 714. E.
Advocati eccleſiarum. *Vide*, Eccleſiarum.
Advocatia. *Vide*, Eccleſiis.
Advocatos habeant epiſcopi & univerſi ſacerdotes. V. 67. B. C.
Advocati fiſcales. X. 678. B.
Advocatus fiſci epiſcopalis. X. 1082. C.

Advocatum pauperibus det Curia, ſi cauſa indiguerit advocato. *Toloſan.* anno 1229. VII. 184. B.
Advocatus pauperibus detur. VII. 319. A. *Vide*, Monachi. Presbyteri.
Advocati & procuratores in cauſis pauperum officium ſuum gratis impendant. VII. 1185. E.
Advocatorum & procuratorum pœna, procurantium dilationes frivolas. VII. 1186. A. B.
Advocatorum pœnæ, qui matrimonium protrahunt malitioſe. VII. 124. D.
Advocatos & procuratores garrulos, tumultuoſos, & conviciantes Judex coerceat. VII. 1185. C.
Advouare. Feuda vel aliæ poſſeſſiones eccleſiæ ne ſæcularibus advouentur. *Salmur.* anno 1315. VII. 1391. E. 1392. C. D. E.

Æ

ÆDILBALDUS rex. III. 1946. B.
Ædium benedictio. Quæ ſint in ea a parocho præſtanda. X. 974. A. B. C. D. quæ ab aliis. D. E. 975. A. B.
S. ÆGIDII terra, data Odoni Cluniacenſi. VI. *parte II. initio.* 1752. D. E.
S. Ægidii monaſterium privilegio auxit Urbanus II. VI. *parte II. initio.* 1753. C.
S. Ægidii Comes Raimundus, anno circ. 1170. VI. *parte II.* 1496. E.
ÆGIDII Cardinalis Sabinenſis conſtitutiones. IX. 1755. C.
ÆGIDII epiſcopi Sarum Conſtitutiones. VII. 495.
ÆGRIS, ſi credere voluerint, manus eis imponatur. *Conc. Arel.* anno 314. I. 263. B. 264. E. *Vide*, Chriſtiani fiunt.
Ægroti. *Vide*, Phrenetici.
ÆGYPTII colebant boves, muſcas, crabrones, &c. IV. 386. C.
Ægyptius menſis Thoth. *Conc. Tyr.* anno 335. I. 547. D.
Ægyptiorum menſis Hatur. *Nicæn. Arab.* I. 521. D.
Ægypti & Alexandriæ epiſcopi. III. 262. C.
Ægyptii epiſcopi negant ſe poſſe ſubſcribere epiſtolæ Leonis, aut aliquid ſtatuere, ſine ſuo archiepiſcopo. II. 418. A. E. 419. A. E. Eis indulgetur. 614. D.
Ægyptii nautæ. I. 1460. E.
Ægyptius, *Cyrillus.* I. 1580. C.
Ægyptii qui vocantur, puniendi ut incantatores &c. X. 1954. D.
ἀκοίλωτοι αἰγυπτίοι. 1357. A. & 1344.
ÆLFRICI canones. VI. 979.
ÆLFRITH regina Angliæ. VI. 640. A. Ælthryth. 650. A.
Ælia colonia, quæ & Hieroſolyma. II. 666. B. 1411. A.
S. Æmiliani eccleſia collegiata Burdigalæ. XI. 122. D.
ÆNEAS *Pariſienſis.* Æneam Patrem, Æneam Pontificem habere optamus. *Clerus Pariſienſis.* V. 1438. E.
Æneæ Pariſienſis præfatio reſponſionis ad objecta Græcorum. V. 314. G.
ÆOLICA elementa, *Græca.* V. 1460. D.
ÆONAS eſſe DCCCLXXVIII. docebat Montanus. V. 1494. B.
ÆQUINOCTIUM eſt XII. Kal. April. III. 1813. A.
ÆQUIVOCI, ὁμώνυμοι, ejuſdem nominis. IV. 510. B. VI. 1542. B.
Æquivocus ejus. VI. *parte II. initio.* 1633. E.
Æquivocus hujus. VI. 5. E. 7. B.
Æquivocus noſter. V. 604. B. *Vide*, Coæquivocus.
Æquivocus tuus. V. 347. E.
* ÆRA Martyrum, Cairæ obſervata. IX. 1019. E.
* Æra DCCCLI. Arelate, anno 813. IV. 1001. E.
* Æra MCLVIII. Toloſæ, anno 1119. Indictione XII. VI. *parte II. initio.* 1977. E.
Æra I. hoc eſt, num. I. III. 1016. B.
ÆTERNAM vel perpetuam legem ſuam appellaverunt Imperatores Romanorum. V. 1344. A.
* Æternitas noſtra. *Theodoſius Imp.* II. 39. D.
* Æternitatis ſuæ legibus Imperatores conſtituunt. V. 107. D.
* Æternum veſtrum imperium. II. 423. D. æternale & perpetuum. *Ibidem.* 437. D.
ÆTHELREDUS rex Merciorum. III. 1035. E.
ÆTHELREDI regis Anglorum leges eccleſiaſticæ. VI. 793.
S. ÆTHELREDÆ virginis in Eli eccleſia. VI. 676. E.
ÆTHIOPIÆ prelatus appelletur Catholicus, ſub poteſtate Alexandrini ſit, apud ſuos loco patriarchæ ſit; nec jus tamen habeat conſtituendi archiepiſcopos, ut habet Patriarcha. *Nicæn. Arab.* I. 469. A. 485. A. B.
* Æthiopum gente haud alia majori fide ac devotione Romanum Pontificem veneratur. IX. 1031. B. C.
Æthiopum unio cum Romana eccleſia. IX. 1033. 1034.
AETIANA hæreſis. I. 746. D.
Aetius damnatur ab Acacianis. *Conſtantinop.* anno 359. I. 726. D. 727. A.
Aetius aiebat Deum ſibi ea revelaſſe, quæ ab Apoſtolicis uſque temporibus occultarat. I. 727. B.
AETIUS archidiaconus CP. II. 83. A.
AETIUS presb. ab Anatolio CP. honori ſuo reſtitutus eſt. II. 1134. C.

A F

AFFAMEN, oramen, recitamen. VI. 605. B. C.
AFFECTUS *naturales.* Eſurire, dormire, præſentem vitam deſiderare, crimen non eſt. III. 874. B. Nemo propter timorem reprobatus eſt, &c. *Ibidem.* E.
AFFICTUS, ſeu firma. X. 406. B.
AFFIDATI. IX. 1963. D.
Affinitas ſpiritalis. *Vide*, Matrimonium.
S. AFRA, patrona Auguſtenſium. IX. 2048. A.
S. Afræ virginis & martyris feſtivitas, Aquileiæ. VI. 1423. C.
AFRICÆ epiſcoporum nomina anno 484. II. 869.
Africanarum provinciarum quis ordo. II. 1076. D. E.
Africa. Auguſtinus ſuo archiepiſcopo ſcribens. V. 399. C.
Africæ litoralis diviſio, ex libello ſynodico. V. 1504. C.
Africa vix habuit quinque epiſcopos anno 1054. cum habuerit olim in Concilio Carthag. epiſcopos CCV. VI. 949. B.
Africanæ eccleſiæ multæ ita ſunt deſertæ, ut ne unum quidem diaconum, vel inſitteratum, habeant. *Cod. Afric.* I. 895. A.
Africani Concilii immutilata regula. *Joannes VIII. Papa.* VI. 52. E.
Africanæ ſynodi canon citatur. V. 531. E.
Africanum capitulum XVI. & XCIII. recitatur. IV. 1217. D.
Africani concilii capitulum LIII. citatur. V. 156. D. E.
Africani ſive Carthagin. Concilii caput XXXV. recitatur. V. 1166. E. 1174. D.
Africani canones citantur. V. 48. A. 616. C. D. 620. C. 625. D. E. deſcribuntur. IV. 836. B. C. D. E. 837. A. B. in Conc. Aquiſgran. anno 816. IV. 1101. E. 1102. C. D. E. 1103. A. B. 1105. E. 1106. A. recitantur. V. 1240. A. B. C. D. 1246. A. 1252. B. 1273. A. 1287. E. 1321. C.
Africanæ eccleſiæ Canonum Codex. I. 861.
Africana Eccleſia ſcribit ad Innocentium Papam, ut cum Eccleſia Alexandrina pacem habeat. I. 922. B.
Africana ſynodus rogat Pontificem, ut pro hæreticis habeat clericos quoſlibet, epiſcopos, alioſque, qui ſine commendatitiis litteris ad regiones tranſmarinas navigarint. II. 1154. E. 1155. A.
Afri maxime Comitatum petunt. I. 642. D.
AFRICANI opuſcula, apocrypha. II. 948. A.

A G

AGAPÆ ne fiant in Eccleſiis. *Laodic.* I. 785. E.
Agapæ ne fiant in eccleſiis, ſed in ædibus. *Trull.* III. 1687. E.
Agapas, id eſt, convivia facta pauperibus qui deſpexerit, anathema ſit. *Gangr.* 536. D.
Agape. Ne partes quiſquam ex illis conviviis auferat. *Laodic.* I. 785. D.
AGAPITUS Papa vere ἀγαπητός. II. 1196. B.
AGAPIUS & Bobo epiſcopi Dinienſes. III. 951. A.
AGARENÆ phalangæ. VI. 26. B.
APOSTATÆ qui numquam ad Eccleſiam veniunt : his in fine petentibus non detur communio, niſi revaluerint & egerint fructus dignos pœnitentiæ. *Conc. Arelat.* anno 314. I. 266. D.
Apoſtatæ a fide ſicut ethnici habeantur : ac per hoc jam merito per poteſtates exteras tamquam extranei opprimantur. *Nicolaus I. Papa.* V. 362. D. Pertinet enim hoc ad reges ſæculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam & ſine diminutione velint ſervari matrem ſuam Eccleſiam. *Ibidem.* E.
Apoſtatæ, qui fidem negarint in perſecutione : de his innovatur Canon Nicænus. *Arelat. II.* anno 452. II. 773. E.
Apoſtaticis ad Deum reverſis reconciliatio non negetur. *Carthag. III.* anno 397. I. 964. D.
Apoſtatæ, iidemque idololatræ, ſi redierint ad Eccleſiam, pœnitentiam agant toto vitæ tempore, & in fine reconciliationis gratiam recipiant. *Siric.* I. 848. B. C.
Apoſtatam reconciliandi modus. *Nicæn. Arab.* I. 475. A. B.
Apoſtatæ. VII. 871. D. E.
Apoſtatæ a ſancta religionis profeſſione, qui ad ſæculum redeunt, ſine pœnitentia ad communionem non admittantur. *Arelat. II.* anno 452. II. 775. B. *Turon.* anno 461. II. 794. E.
Apoſtatæ. De his ſtatuta Ravennenſia, anno 1311. VII. 1369. C. D. E.
Apoſtatæ monachi vel canonici regulares, quomodo puniendi ſint. *Vaur.* anno 1368. VII. 1834. C. D.
Apoſtatas religioſos & ſacerdotes capiendi facultas datur principibus, & eorum officialibus, &c. IX. 1916. B.
Apoſtatæ capius æſtimatione, mulcta, aut legis violatæ pœna caſtigentur. VI. 497. B.
Apoſtatæ a religioſa profeſſione. In eos decreta ſynodi Treverenſis, anno 1548. IX. 2073. A. B. C. D. Mogunt. anno 1549. IX. 2132. B. & contra eorum patronos. *Ibidem.*
Apoſtatico ſenſu, non Apoſtolico. V. 1275. B.
Apoſtaticum conciſium Orientalium. I. 1610. E.

APOSTOL

APOSTOLATUS noſter. VI. 3. C. *Joannes VIII.* Apoſtolatus noſtri auctoritas. *Idem.* 4. A.
Apoſtolatui noſtro renuncies omnia. *Joannes VIII. Papa.* VI. 31. A.
Apoſtolatus veſter, Papæ. II. 788. A. *Marino Papæ.* III. 703. A. D.
Apoſtolatum veſtrum exoramus. I. 752. A.
* Apoſtolatus tuus : Bonifacio Carthaginienſi. II. 1084. E.
APOSTOLI, tubæ ſpiritus. IV. 19. D. 34. D. 486. E.

Apoſtoli. Glorioſus Apoſtolorum chorus. II. 761. D.
* Apoſtolorum conventus Antiochiæ celeberrimus. *Innoc. I. epiſt.* 18. I. 1012. E.
Apoſtoli duodecim dicti etiam poſt reſurrectionem. III. 315. B.
* Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi. I. 694. C.
Apoſtoli omnes pari honoris & poteſtatis conſortio præditi ad populorum agmina convertenda. III. 517. E.
* Apoſtoli jam ex tum ſacerdotes, quando eis dictum eſt, *Quæcumque ligaveritis*, &c. *Conc. CP. anno* 870. V. 778. C. & *Anaſtaſius Biblioth.* 941. E. 942. A.
* Apoſtolos alios a Petro accepiſſe immediate a Chriſto poteſtatem juriſdictionis non eſt uſquequaque probabile. IX. 1246. A. Et dato quod hoc verum eſſet de Apoſtolis, non eſt verum de Epiſcopis. *Ibidem.* B. C. &c. 1247. &c.
* Apoſtoli diſceſſuri ab invicem per totius orbis provincias, ſymbolum ediderunt. *Hincmar.* V. 416. D.
Apoſtolorum duodecim natalitia ſolemniter celebrentur. VI. 573. D.
Apoſtolorum feſtivitates jejunio celebrentur, præterquam Philippi & Jacobi. VI. 777. A. 899. E.
Apoſtolorum canones. *Vide*, Canones.
Apoſtolorum Canones. Optarem Eccleſias ſecundum canones Apoſtolorum regi. *Julius Papa.* I. 626. A.
Apoſtoli ſententias LX. præfixerunt, cum aliis multis epiſcopis, & ſervandas cenſuerunt. *Zephyr.* I. 106. E.
Apoſtolorum Canones. Inter eos ſunt quos Eccleſia non recipit. III. 1650. E.
Apoſtolicorum Canonum auctoritate orientalis eccleſia, & ex parte Romana utitur. VI. *parte II. initio.* 1648. E.
Apoſtolorum canones nonniſi 50. recipi oportere Stephanus Papa promulgavit. IV. 19. D. Sed Joanne VIII. decernente omnes admittit eccleſia. *Ibidem.*
Apoſtolorum canones deſcribuntur. IV. 827. E. 828. A. 832. A. 835. C.
Apoſtolicos canones citat Alexander Alexandrinus epiſcopus. I. 298. B.
Apoſtolorum canon XV. citatur. VI. 154. A. B.
Apoſtolorum canon XXVII. lectus in *Conc. Lemovic.* VI. 888. D. Item alii. 889. B. C. D.
Apoſtolicus canon XXXIV. citatur a Joanne VIII. Papa. VI. 53. A. Et XXXV. *Ibidem.* C.
Apoſtolorum canon LIII. citatur in Nicæna II. ſynodo. IV. 50. E.
APOSTOLUS, *id eſt, lectio ex Apoſtolo.* II. 1067. D. III. 583. C.
Apoſtolum legere, hoc eſt, epiſtolam in Miſſa legere. V. 391. C.
Apoſtoli. Ad Apoſtolos appellare. VI. *parte II. ſub finem.* 1906. E.
Apoſtolorum ſacra ædes Conſtantinopoli. I. 1039. D. II. 43. B. ibi ſepeliuntur epiſcopi CP. Ibid. E.
Ἀποστολεῖον, ædes Apoſtolorum, CP. II. 1233. C. idem Ἀποστόλιον. I. 1437. E. Apoſtoli, *Eccleſia Conſtantinopoli.* I. 1614. E.
APOSTOLI reprobati, qui & leccatores. *Herbipol.* anno 1287. VII. 1141. A. Qui Fratrum ſive Apoſtolorum habitum mentiuntur. *Ciceſtr.* anno 1289. VII. 1158. E.
Apoſtolos qui ſe aſſerunt, & religioſos ſe fingunt. *Vaur.* anno 1308. VII. 1818. B. Puniendi. *Ibidem.* C.
APOSTOLIA dare nemo præſumat præter epiſcopum. *Aurelian. II.* anno 533. II. 1175. D.
Apoſtolorum datio. VIII. 544. E.

APOSTOLIC

APOSTOLICUS Papa. II. 1157. A. III. 1865. A.
Apoſtolicus. *Papa.* V. 653. D. & *ſeqq.*
Apoſtolicus, domnus Apoſtolicus. VI. 167. 168.
* Apoſtolicus B. Petri vicarius. V. 20. D.
Apoſtolici viri. I. 4. E. Apoſtolici. *Ibid.* & 5. C. D. 6. D.
Apoſtolici Pontifices. I. 140. C.
Apoſtolici nominantur Romani Pontifices, quia vice Apoſtoli funguntur. VI. 838. A.
Apoſtolicum ſe appellabat archiepiſcopus S. Jacobi Galliciensis, & idcirco eſt excommunicatus a Leone IX. Papa. VI. 1006. D.
Apoſtolica faſtigia noſtra. *Joannes VIII. Papa.* VI. 50. A.
Apoſtolicus, immo Apoſtaticus, Victor III. antipapa. VI. *parte II.* 1578. B.
APOSTOLICA eccleſia. (Romana.) I. 87. A.
Apoſtolica ſedes omnium eccleſiarum caput. I. 95. E. 1015. D. caput totius eccleſiæ. *Alex. epiſt.* 1. I. 82. E. mater omnium eccleſiarum. III. 1729. E.
Apoſtolica eccleſia mater omnium eccleſiarum Chriſti. I. 140. B.
Apoſtolica ſedes, vertex Eccleſiarum. I. 764. D.
Apoſtolica ſedes, cui omnis orbis caput inclinat. IV. 1271. D.
Apoſtoli Petri Sedes, caput & magiſtra eccleſiarum Dei. VI. 57. E.
Apoſtolica ſedes, poſt Dominum JESUM caput omnium eccleſiarum Dei. VI. 933. B.
Apoſtolica ſedes in toto orbe terrarum primatu fungens, caput omnium Dei eccleſiarum eſt conſtituta. IV. 94. A. 102. C.
Apoſtolica Sedes. Matris omnium eccleſiarum reſponſionem exſpectamus. V. 622. A.
* Apoſtolica ſedes Petri & Pauli. *Hadrianus II. Papa.* V. 769. E. 770. A.
Apoſtolicæ ſedis ſublime ſacrarium. I. 839. E.
Apoſtolica ſedes, ſuper quam Chriſtus univerſam conſtruxit eccleſiam. *Anaclet. epiſt.* 1. I. 67. E.
Apoſtolicæ dignitatis ſancta & inviolabilis antiquitas. V. 679. D.
Apoſtolica ſedes. Lex de Sion exit, hoc eſt, ab Apoſtolici montis cacumine doctrina. *Conſtantinus* (Pogonatus) *Imp.* III. 1462. D.
Apoſtolica eccleſia, fons prædicationis. III. 1734. B. Incorruptæ fontis natalis aquæ. I. 1025. C.
Apoſtolica ſedes, ubi orthodoxorum dogmatum fundamenta exiſtunt. *So-*

phron. Hieroſolym. III. 714. D.

Apoſtolica ſedes ſacerdotalis mater dignitatis, & origo Chriſtianæ religionis. VI. 126. C.

Apoſtolica Sedes. In ſede Apoſtolica immaculata eſt ſemper catholica reſervata religio, & ſancta celebrata doctrina. V. 773. E. *Conc. œcum.* VIII.

Apoſtolica ſedes, mater fidei. IX. 1263. A.

Apoſtolica ſedes, a qua fidei Chriſtianæ incunabula traximus. IX. 2051. B.

Apoſtolica eccleſia a tramite traditionis Apoſtolicæ numquam erraſſe probatur. I. 140. B.

Apoſtolica ſedes numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt: Ejus auctoritatem, utpote Apoſtolorum omnium Principis, ſemper omnis Catholica Chriſti eccleſia, & univerſales ſynodi ſemper ſecutæ ſunt. *Agatho Papa.* anno 680. III. 1079. E. Per Dei gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuit. 1082. B.

Apoſtolica Sedes numquam ab aliis ſedibus hæreſeos accuſata. VI. 17. B.

Apoſtolica ſedes. Numquam Petri fidei vel ſolicitudinis heredes deficient. V. 694. C. *Vide*, Petrus.

Apoſtolica ſedes. Judicium totius eccleſiæ maxime in Apoſtolica Romana ſede conſtat. VI. 891. B.

Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſuffragante, libere eloquitur quiſque quod credit. I. 1776. D.

Apoſtolica ſedes. In communione cum ipſa eſt integra Chriſtianæ religionis & perfecta ſoliditas. II. 1017. D.

Apoſtolica ſedes. Ne in cauſa fidei quidquam epiſcopi proferre tentent, ante ipſius ſententiæ promulgationem, antiquus & regularis ordo poſtulat. III. 13. C.

Apoſtolica Sedes, locus quem Dominus elegit: omnium fidelium magiſtra; cujus auctoritatem ipſa ſancta ſynodus Tridentina reverenter agnovit. X. 196. D.

Apoſtolicæ Sedis principatum beatus Petrus Domini voce perceptum, eccleſia nihilominus ſubſequente & tenuit ſemper & retinet. II. 907. A.

• Apoſtolica ſedes, in qua Petrus principatum epiſcopatus ordinavit. Decet nos huic maxime civitati, quæ domina omnium eſt civitatum, in omnibus reverentiam conſervare. *Galla Placid.* II. 38. B. 40. A.

• Apoſtolicæ ſedi primum Petri meritum & principatus, deinde ſecuta juſſionem Domini conciliorum auctoritas ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem. II. 967. C.

Apoſtolicæ ſedis auctoritas, quæ a Chriſto data eſt, omnibus ſanctarum eccleſiarum privilegiis antecellit: in cujus confeſſione omnes mundi requieſcunt eccleſiæ. II. 1116. B. *Vide*, Appellatio.

Apoſtolica ſedes, omnium eccleſiarum in toto orbe terrarum mater & magiſtra: & cujus Pontifex, Patriarcha eſt Patriarcharum, & primas primatum cunctarum provinciarum. V. 1263. E. *Hincmarus Rem.*

Apoſtolicæ ſedis auctoritas quod cunctis ſæculis Chriſtianis eccleſiæ prælata ſit univerſæ, & canonum ſerie paternorum, & multiplici traditione firmatur. II. 896. A.

Apoſtolica ſedes Chriſto Domino delegante totius eccleſiæ tenet principatum. II. 944. D.

• Apoſtolica ſedes quamvis in toto mundo eccleſiarum ſibi jure vindicet principatum, ſpecialem tamen in eccleſias Illyrici gubernationem ſibi vindicavit. *Roman.* anno 531. II. 1111. A. Honorii Imp. epiſtola. 1127. E. Theodoſii. 1128. B.

Apoſtolica ſedes. Joannes CP. & Flavianus CP. numquam pro damnatis ſunt habiti, eo quod ſemper eorum communionem Romani Pontifices ſervaverunt. *Vigilius Papa.* III. 37. B. C.

Apoſtolica ſedes. Servare ſe unitatem cum Apoſtolica ſede teſtantur Patres ſynodi quintæ. III. 187. E.

Apoſtolica ſedes. Ab ea ſe regi & gubernari debere agnoſcit Oriens. V. 1127. B.

Apoſtolicam ſedem ſequimur, & obedimus. II. 1262. E.

Apoſtolicæ ſedis definitiones. Obſtinatio in nolendo aliquid examinare, aut agnoſcere ſe fuiſſe deceptum, mutat bonos libros in odorem mortis, &c. *Ex propoſitione* XCIX. *inter damnatas a Clemente* XI. *anno* 1713.

Apoſtolicæ Sedis definitiones. Nihil pejorem de eccleſia opinionem ingerit ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri ſupra fidem fidelium: & foveri diviſiones propter ea, quæ nec fidem lædunt, nec mores. *Propoſitio* XCIV. *inter damnatas a Clemente* XI. *anno* 1713.

Apoſtolica Sedes. Si locum videritis, domno Apoſtolico aperire debetis, quia nihil eſt jam firmum, quod epiſcopi & Apoſtolica ſedes decernunt: ſed ſicut vult Rex, ſicut nos aut odium movet, aut gratia, ita & noſtra & Apoſtolicæ ſedis vadunt judicia. *Hincmarus.* V. 656. A.

Apoſtolicæ Sedis ſtatuta. I. 1260. A.

Apoſtolicæ Sedis decreta nulli liceat temerare. *Conc. Rom.* anno 465. II. 799.

Apoſtolica ſedes. Quod ſemel ſtatutum ab ea eſt, numquam licuit de eo rurſus tractari. II. 1123. E.

Apoſtolicæ Sedis ſententia tanta ſemper conſilii moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaque poſtmodum deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat, &c. *Nicolaus I. Papa.* V. 292. E.

Apoſtolica ſententia non veremur ut reſolvatur, quam & vox Chriſti, & majorum traditio, & canonum fulcit auctoritas. *Gelaſ. Papa.* II. 886. E.

Apoſtolicæ Sedis decreta veneranda, & tamquam regula canonum admittenda. VI. 1115. A.

Apoſtolicis quiſquis voluerit contraire decretis, ſit proſtratus, nec locum deinceps habeat inter ſacerdotes. *Gregorius IV. Papa.* IV. 1271. B. C. D.

Apoſtolicæ ſedis juſſio non minus ſacra epiſcopis debet videri, quam imperialis. IV. 1275. B.

Apoſtolicæ Sedis ordinationes uſque ad Vigilium Papam expoſitæ. III. 502. A.

Apoſtolicæ Sedis inſtructio miſſa ad Profuturum Bracarenſem. III. 350. C.

• Apoſtolicæ ſedi conceſſa poteſtas ſecundum canones. II. 885. E.

Apoſtolicæ ſedi dumtaxat juxta canones debetur ſumma judicii totius, quantum ad religionem pertinet. *Gelaſ. Papa.* II. 886. D.

Apoſtolica ſedes pleraque ſolet conſiderata ratione tolerare: ſed numquam in ſuis decretis & conſtitutionibus a concordia canonicæ traditionis diſcedere. VI. 1299. B.

Apoſtolica ſedes non ea concedit, quæ contraria eſſe Patrum ſive Canonum inſtitutis inveniantur. *Zacharias Papa.* III. 1883. B. 1908. D.

Apoſtolica ſedes honoranda ut mater & magiſtra: quare licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur jugum, pia devotione toleremus. *Tribur.* anno 895. VI. 448. E.

Apoſtolica ſedes hanc temperantiam ſervat, ut & ſeverius agat cum obduratis, & veniam cupiat præſtare correctis. VI. 91. C.

Apoſtolica Sedes conſuevit exhibere ſe petentibus liberalem: ſed quidam ejus gratia nequiter abutuntur: &c. VI. *parte II. ſub finem.* 1876.

Apoſtolica ſedes, ubi ſemper Catholicis ſubvenitur. V. 694. A. 696. A.

• *Apoſtolica ſedes.* Hæretici contemnunt in eccleſia Romana ſucceſſionem Apoſtolorum, quæ ſententiam contra ipſos profert. II. 1398. B.

Apoſtolicam ſedem (hæretici) ſibi medicinalia ſuggerentem, ſuperbam vocare, arrogantemque contendunt. II. 896. E.

Apoſtolica ſedes, cui omnium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt. *Alex. epiſt.* 1. I. 81. E.

Apoſtolica ſedes ideo tenet principatum, ut querelas omnium licentes acceptet. II. 1124. E. Summa rerum ex ejus deliberatione pendet. 1125. A.

Apoſtolica ſedes. Ad Apoſtolicæ ſedis judicium, in qua beatus Petrus ſacerdotii principatum tenuit, epiſcoporum cauſa mittatur. *Galla Placid.* II. 40. A.

• *Apoſtolica ſedes.* Patres non humana, ſed divina decrevere ſententia, ut nihil prius ducerent finiendum, niſi ad Apoſtolicæ ſedis notitiam perveniret: ut juſta pronunciatio ſi fuerit, illius ſedis auctoritate firmaretur. *Innoc. I. epiſt.* 24. I. 1025. B. C.

Apoſtolica ſedes decernit per cunctas totius orbis eccleſias, quid omnibus proſit. I. 1025. C. 1028. D.

Apoſtolica ſedes. Quoties fidei ratio ventilatur, omnes epiſcopi nonniſi ad Petrum referre debent. *Innoc. I. epiſt.* 25. I. 1028. D.

Apoſtolica ſedes. Ad ejus moderamina pertinet, cunctis ſolicitudinem miniſtrare congruenter eccleſiis. II. 892. E.

Apoſtolica ſedes in hoc ſua ſibi magnopere jura conſervat, & aliena cuſtodit, ut omnis quæſtio ad eam relata judicio & ſuæ confirmationis deciſione finem accipiat. V. 609. C.

Apoſtolica ſedes. Ad illius examen canones voluere deferri appellationes totius Eccleſiæ. II. 885. A.

Apoſtolica ſedes unamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat. II. 907. A. pro ſuo ſcilicet principatu. *Ibidem.*

Apoſtolica ſedes. Prima ſedes unamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat & cuſtodit. IV. 94. B.

Apoſtolica ſedes. Quod robur Concilia veſtra obtinere valebunt, ſine conſenſu ſedis Apoſtolicæ, abſque quo nulla accepta leguntur! *Nicolaus I. Papa.* V. 336. A.

* Apoſtolica ſedes ſola jure damnationis ſententiam profert in aliquos, quando eſt ſynodi præcedentis exſecutrix. *Gelaſ. Papa, tota epiſt.* VII. II. 906. *& ſeqq.*

Apoſtolicam ſedem conſulunt Milevitani concilii epiſcopi, formam ſecuti toto orbe ſervatam. *Innoc. I. epiſt.* 25. I. 1028. C.

Apoſtolica ſedes ad relationem ſynodi ſententiæ ſuæ ſtatutis hæreticos ab eccleſiaſtica communione ſejungit. *Innoc. I. epiſt.* 25. I. 1028. D.

Apoſtolicæ ſedis ad relationem ſynodi Carthag. & Milevit. judicata. I. 1032. D.

Apoſtolica ſedes. Auctoritati ſanctitatis tuæ facilius Pelagiani cedent. *Milevit. ad Innoc.* anno 416. I. 1224. B.

* Apoſtolicæ ſedi referunt quæ judicarunt, epiſcopi Concilii Carthaginienſis. I. 1025. A.

Apoſtolicæ ſedi epiſcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia cauſarum reſervata ſunt. II. 1432. E.

Apoſtolica ſedes ſuffecit omni tempore ad impietatem reprimendam, quæ orta eſt Alexandriæ. I. 1636. ſub Damaſo & pluribus aliis. *Ibid.*

Apoſtolicæ ſedis ſolius judicio Acacius CP. jure damnatus. II. 905. E. *& ſeqq.* ſine ſpeciali ſynodo. 906. A. cum jam Chalcedonenſis præceſſiſſet. *Ibid.* C. *& ſeqq.*

Apoſtolica ſedes ſola veniam conceſſit epiſcopis, qui in latrocinio Epheſino corruerant. II. 909. C.

Apoſtolica ſedes. Ad concilium Apoſtolicæ Sedis, quam nos tamquam præcellentem veneramur, judicium de Flaviano tranſmittatur. II. 38. A.

Apoſtolica ſedes. Epiſcopi Valentini cauſam in ſynodo provinciæ diſcuti Bonifacius jubet: & quod decretum fuerit, ad ſe mitti, ut Apoſtolica auctoritate firmetur. I. 1239. D. 1240. A.

Apoſtolica ſedes jus habet reſolvendi quorumlibet ſenteotiis ligata Pontificum. II. 909. A. etiam ſine ulla ſynodo. *Ibidem.* B. III. 2020. A.

Apoſtolica Sedes. Retractari a ſede Apoſtolica ſententiam epiſcoporum provinciæ, graviter hi ferre non debent. I. 1007. E.

Apoſtolicam ſedem appellat ex Anglia Wilfridus Eboracenſis. III. 1823. C. Abſolvitur. 1825. 1826.

Apoſtolica ſedes. *Vide*, Appellantem.

Apoſtolicæ ſedi in omnibus cauſis debet reverentia exhiberi. V. 48. C.

* *Apoſtolica ſedes.* Per principalem Apoſtolorum Petri ac Pauli poteſtatem jus habemus, monachos, & quoſlibet clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos convocare. *Nicolaus I. Papa.* V. 165. B.

Apoſtolica ſedes. Etiam presbyterorum & inferioris gradus clericorum cauſa apud Apoſtolicam ſedem audiri jubetur, cum ratio exigit, Chalcedonenſis ſynodi regulis. V. 591. B. 594. A.

Apoſtolicæ ſedis ſalvo jure, ut ab ipſo Chriſto & ſacris canonibus cautum eſt. V. 102. B.

Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſalva ſemper. *Trid. in Decretis.* X. 55. A.

Apoſtolicæ Sedis auctoritas ſalva debet intelligi in omnibus decretis Concilii Trid. de reformatione. X. 190. A.

Apoſtolicæ ſanctæ ſedis auctoritate ſemper ſalva. IX. 2154. A.

Apoſtolicæ Sedis Legati aliique Patres, quo ordine ſederint in Conc. Chalced. anno 451. II. 66. D. E. 67. A.

Apoſtolicæ Sedis legati, primi ſententiam ferunt in Dioſcorum Alexandr. *Chalced.* II. 343. E.

Apoſtolici Miſſi ſemper in ſynodis prius loqui & confirmare ſoliti ſunt. II. 539. C.

Apoſtolicæ ſedis legati. *Vide*, Paſchaſinus. Scribens.

Apoſtolicæ Sedis legati. Veſtra ſanctitas primatum tenet ſanctiſſimi Leonis. *Chalced.* II. 343. D.

Apoſtolica ſedes. *Vide*, Exſecutores. Romana Eccleſia.

Apoſtolicæ ſedi ſurreptum eſt in damnatione Photini cujuſdam epiſcopi; quam ſententiam epiſcopi Macedones poſtea reſcindi impetrarunt. *Innoc. I. epiſt.* 22. I. 1019. A. B.

* Apoſtolica ſedes inſtitutum ſibi noviter ſacerdotem aliis primariis ſedibus indicabat ſcriptis litteris. II. 879. B.

Apoſtolicæ ſedis Concilium cum ſynodis ſubjacentibus. III. 1115. D.

Apoſtolicæ ſedis conſiliarius. III. 609. D.

Apoſtolicis litteris abutentes in diverſis caſibus. *Vaur.* anno 1368. VII. 1814. C. D.

Apoſtolicæ ſedis nomine ſi quis falſam detulerit epiſtolam, quomodo puniendus. VI. 448. E.

Apoſtolicas litteras abſque annexa, ſive ſua licentia, mandari exſecutioni vetat Provinciæ Parlamentum. IX. 1716. C.

Apoſtolici nonnulli impetrantes beneficia vacatura. *Andegav.* anno 1365. VII. 1773. E.

* APOSTOLICÆ ſedes. IV. 1278. A.

* *Apoſtolicæ ſedes.* Epiſcopi Ciliciæ ſequi ſe dicunt ſanctos epiſcopos, Xyſtum Romæ, Proclum CP. Cyrillum Alexandr. & Joannem Antiochiæ. I. 1722. C.

Apoſtolica ſedes Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana. IX. 423. C. D.

Apoſtolica ſedes Alexandriæ. IX. 187. E.

Apoſtolica ſedes Antiochena. IX. 189. A.

Apoſtolicus thronus Antiochiæ. II. 514. E.

Apoſtolica ſedes Hieroſolymitana. IX. 189. A.

Apoſtolicus thronus Hieroſolymorum. V. 772. E.

Apoſtolici patres, epiſcopi Gallicani. II. 810. C.

Apoſtolicus vir, *epiſcopus.* V. 1427. B. 1428. C.

Apoſtolico domno Sulpicio *Bituricenſi*, Dagobertus rex. III. 2085.

Apoſtolico fratri Ægidio epiſcopo, *ſynodus Pariſ.* anno 573. III. 403. B. Apoſtolicus frater noſter Pappolus. *Ibidem.* C.

Apoſtolica ſedes Turonica. III. 354. B.

APOT APP

APOTHECARII. I. 686. E.

APOZIGARIUS Anaſtaſius. III, 1290. E.

APPARITORES pedites cum garcionibus. VII. 1652. A. Apparitores archidiaconorum equites, pediteſque. *Ibidem.*

Apparitores archidiaconorum, &c. VII. 544. D.

Apparitorum regulatio. *Londin.* anno 1321. VII. 1462. D.

APPELLATIONES.

Appellare omnibus liceat, & ſuas proſequi appellationes. VII. 1112. D. E.

Appellatione non obſtante ferri poſſe ſententiam. V. 1283. C. D. *& ſeqq.*

Appellatio ante definitivam ſententiam ne fiat, niſi &c. & ad immediatum ſuperiorem fiat. IX. 1818. B.

Appellari poſſit ante ſententiam definitivam non obſtante ſtatuto Oxonienſi. *Londin.* anno 1328. VII. 1540. B.

Appellatio. *Vide*, Apoſtolica ſedes. Athanaſium. Eutyches. Joannem CP. Tranſmarina judicia.

Appellari ad ſedem Apoſtolicam de qualibet mundi parte Canones voluerunt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus. II. 909. A.

Appellatio. Veſtram appellamus beatitudinem & Apoſtolicam ſedem; & per eam ter beatum Petrum, & Chriſtum audire & adorare credimus. II. 1117. E.

Appellatio etiam ad Sedem Apoſtolicam omiſſo medio prohibetur. IX. 1877. B. Immediate ſubjecti ſedi Apoſtolicæ cauſa committatur in partibus, &c. *Ibidem.* C.

* *Appellatio.* Baſilides Romam pergens, Stephanum feſellit, ut in epiſcopatum reſtitueretur; itaque reſcindi non debet ordinatio illius qui in ipſius locum eſt ſuffectus. *Cyprian.* I. 151. A. 152. C.

Appellante epiſcopo ad Papam, mittet Papa a ſuo latere duos presbyteros, qui cum epiſcopis judicent: ſed habeant legati principatum. *Nicæn. Arab.* I. 491. D. E.

Appellatione facta ad ſedem Apoſtolicam, cauſa committatur in partibus, uſque ad tertiam ſententiam conformem incluſive. IX. 1818....

Appellantem ſtatim ad Apoſtolicam Sedem epiſcopum Rothadum, nec volentem metropolitani prius cum ſua ſynodo ſubire judicium, contraire canonicis inſtitutionibus aiebat Hincmarus. V. 581. E.

* *Apoſtolica ſedes.* Rogant Africani Patres Cæleſtinum Papam, ne excommunicatos a ſe in communionem ultra velit excipere. I. 947. E.

Appellationibus dandis ad Apoſtolos epiſcopi vel officiales eorum difficiles

ſe non exhibeant. VI. *parte II. ſub finem.* 1906. E.
Appellationes qui prohibent ad ſedem Apoſtolicam. *Budenſe*, anno 1279. VII. 809. B. C. D.
Appellationes ad Romanum Pontificem in eccleſiaſticis cauſis fore in regno ſuo liberas promiſit Henricus rex Angliæ, anno 1172. VI. *parte II. ſub finem.* 1631. C.
* *Appellatio.* Rogant Africani Patres Cæleſtinum Papam, ut repellat confugientes ad Apoſtolicam ſedem epiſcopos, presbyteros, alioſque clericos: quoniam ſic jubere dicunt Nicænam ſynodum. I. 950. A.
Appellatio. Presbyteri & inferiores clerici, qui ſtare judicio epiſcoporum ſuorum noluerint, ſed ad tranſmarina judicia confugerint, a nemine intra Africam in communionem ſuſcipiantur. *Carthag. anni* 418. I. 1221. A.
Appellatio clericorum minoris loci. *Carthag. anni* 419. I. 1243. D.
Appellationes. De appellationibus, reſponſa Alexandri III. Papæ. VI. *parte II. ſub finem.* 1752. E. uſque 1762. C.
Appellationes quæ frivolæ. IX. 1877. B. Contra frivole appellantes, decretum Baſileenſe, anno 1435. VIII. 1195. C.
Appellationes. Quis ſeu quando non auditur appellans. VI. *parte II. ſub finem.* 1761. E. 1762. A. B. 1871. A.
Appellationem ab excommunicatione qui proſequi neglexerit, & ſe divinis immiſcuerit, omnibus beneficiis eo ipſo ſit privatus. *Ravenn.* anno 1314. VII. 1386. D.
Appellatio a ſententia epiſcopi vel vicarii aut officialis, quando locum habeat. X. 1819. A. B. C.
Appellatio nulla ſuſpendat exſecutionem quæ ad morum correctionem pertinet. *Trid.* X. 131. C. 134. C.
Appellare nullus valeat a judicibus ſine oſtenſa cauſa. *Lateran.* anno 1215. VII. 46. D.
Appellatio a tertia diffinitiva conformi prohibetur. IX. 1877. E. & a ſecunda interlocutoria. *Ibidem.*
Appellatio. A judicibus, quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare. I. 1221. C. Ab electis judicibus provocare non licet. *Cod. Afric.* I. 919. D.
Appellatio ſi fiat a quibuſcumque judicibus eccleſiaſticis ad alios judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, audientia non negetur. I. 137. E.
Appellante reo, non debet in exſecutionem mitti prima ſententia. II. 1180. C.
Appellationes ad metropolitanum ne ſuffraganei impediant. *Vaur.* anno 1368. VII. 1818. E. 1819. A.
Appellationibus deferant ſuffraganei, & officiales ipſorum. VII. 961. C.
Appellationibus humiliter deferant officiales, & alii inferiores judices. VII. 264. C.
Appellationes archidiaconi, aliique prælati, & eorum officiales, liberas eſſe ſinant. VIII. 962. C.
Appellationes a decano ad officialem. VII. 1194. C. D.
Appellatio. Contra appellantes ſi quis procedat indebite, excommunicetur. VII. 1967. A.
* Appellationes, ab archidiacono ſunto ad epiſcopum; ab epiſcopo ad archiepiſcopum: inde ad regem poſtremo, ut præcepto ipſius in curia archiepiſcopi controverſia terminetur: ita ut ultra non procedatur abſque aſſenſu regis. *Libertates Angl.* VI. *parte II. ſub finem.* 1603. E.
Appellatio. *Vide*, Epiſcopus a ſynodo &c.
Appellatio. Epiſcopi ab occidente pulſi ad Imp. CP. confugiunt. I. 1307. E. 1309. C.
Appellatio. Salvo appellationis noſtræ merito, effectu, &c. *Vox Donatiſtarum.* I. 1149. & 1150. & 1151. &c.
Appellatio. Lutheri temeraria appellatio ad futurum Concilium. IX. 1897. D. Qui concilio ſe non credere palam profitebatur. *Ibidem.*
Appellationes contra eligentes vel electos ad quæcumque beneficia, quales eſſe oporteat. *Gregorius X. in Lugdun.* anno 1274. VII. 708. D. E. 710. C. D.
* Appellatio a Papa, ambaſiatorum Ruperti regis Romanorum. *A vobis, Pater beatiſſime, irrationabiliter, & ſecundum non rectam informationem decernente, ad voſmet ſecundum rectam rationem & melius informatum. A vobis, beatiſſime Pater, ejus vicario, ad Dominum noſtrum* JESUM *Chriſtum.* Piſan. anno 1409. VIII. 50. D.
Appellationes exemptorum. IX. 1877. C.
Appellationes tuitoriæ. VII. 1192. A. B. *& ſeqq.*
Appelli cauſa. XI. 46. B.
AMPLEGIAMENTA. VII. 888. B. C.
APSIMARUS. IV. 10. B.

AQUA

Aquas quæ ſuper cælos ſunt, eſſe virtutes quaſdam ſpiritales, cenſuit Origenes. III. 266. B. C.
Aqua fervens, vel frigida. *Vide*, Conjurationes. Examen.
Aqua benedicta. VII. 277. B.
Aqua benedicta, aqua exorcizata. II. 1431. E.
Aqua benedicta ſale conſperſa. *Alex. epiſt.* 1. I. 84. C. Inſidias diaboli avertit, &c. *Ibid.*
Aquam benedictam nemo negligat. VI. 663. A.
Aqua benedicenda omni die Dominico ante Miſſam. *Hincmar.* anno 851. V. 392. A.
Aqua benedicta ante Miſſam omni die Dominica facienda, unde populus aſpergatur. VI. 785. E.
Aquæ benedictæ aſperſio ſingulis Dominicis fiat ante Miſſam parochialem. X. 773. A.
Aqua benedicta populus aſpergatur, & altare, ante Miſſam, omnibus diebus Dominicis. *Ravenn.* anno 1311. VII. 1365. D.
Aquæ benedictæ beneficia ſolis ſcholaribus adſignanda. *Exon.* anno 1287. VII. 1102. A. B.
Aqua benedicta domus aſpergendæ. *Theodor. Cantuar.* III. 1778. B.
Aquæ conſecratio per domos ſpargendæ. VI. 415. A.
Aquæ benedictæ vas, ſeu labrum, intus in eccleſia, non foris, ſit: ſed ad oſtium eccleſiæ, latere dextro. *S. Carolus Borromæus.* X. 820. E.
Aqua benedicta in medicandis pecoribus ne adhibeatur. IX. 2017. A.
Aqua benedicta populus intrans eccleſiam aſpergatur. *Hincmar.* anno 851. V. 392. A. Ex ea qui voluerint accipiant, & per manſiones & agros, ſuper pecora ſua & eorum pabula, ſuper cibum quoque & potum ſuum conſpergant. *Hincmar.* anno 851. V. 392. B.

AQUI

AQUICINENSIS eccleſia, & monaſterium. VI. *parte II.* 1457. A.
Aquicinenſis abbas, (*pro* Aquicinctenſi.) VI. *parte II. initio.* 1660. A. 1677. E. 1678. E.
AQUILEIENSIS eccleſiæ patroni ſancti Hermagoras & Fortunatus. X. 1913. B.
AQUILINUS Vicarius Urbis. I. 842. B.
AQUÆMANILE, vel Aquimanile. VI. 1180. C.
AQUITANI ut Eccleſiarum res ſine mora reddant, quas injuſte retinebant, Nicolaus Papa præcipit. V. 338. 339.
Aquitanicum regnum. V. 538. A. 687. A.
Aquitaniæ duci Willelmo regalia munera miſit Anglorum rex, anno 1025. VI. 865. E.
Aquitania. Inceſtæ ibi conjunctiones multæ. VI. 143. D.

AR

ARATRI eleemoſyna. VI. 776. D.
ARAUSICA in civitate, baſilica S. Mariæ dedicata a Liberio Patricio. II. 1097. D.
* Arauſicana eccleſia Juſtinianenſis. I. 1784.
Arauſicana I. ſynodus, Juſtianenſis, vel Juſtinianenſis. II. 1156. D.
Arauſicanæ ſynodi definitiones confirmat Bonifacius Papa. II. 1109. & 110.
ARBORES. Ad arbores gentilium ritus. III. 365. C. Ad arbores facrivos exſolvere non licet. III. 444. C.
Arbores venerantur infideles. II. 775. A.
Arborum ſacra excolentes. III. 1794. C. 1876. A.
Arbores dæmonibus conſecratæ. VI. 462. A.
Arbores & luci deſtruendi. *Francoford.* IV. 908. D.
Arbores. *Vide*, Luminaria.
ARBOR juris legis Romanæ. VI. 147. A. B. C.
ARCA Dei typum geſſit Eccleſiæ. IV. 1430. C.
* Arca Teſtamenti inventa in quodam concavo montis Sinai. VII. 1407. E. 1408. A.
ARCANA agenda. *Vide*, Miſſa.
ARCANUM. Verba (conſignationis) dicere non poſſum, ne prodere videar. *Innoc. I. epiſt.* 1. I. 997. C.
ARCARIUS ſanctæ Sedis. VI. 100. D.

ARCH

ARCHICANONICUS. VI. *parte II. in Indice.* anno 1140.

ARCHICANCELLARIUS archiepiſcopus Colonienſis. VI. 965. C.

Archicancellarius & abba. VI. 174. E.

Archicancellarius Liutvardus. VI. 376. E.

ARCHICANTATOR eccleſiæ S. Petri. III. 1040. E.

ARCHICAPELLANUS Joſeph. V. 97. D.

Archicapellanus ſacri palatii. V. 322. A.

Archicapellanus totius eccleſiæ. V. 25. A.

ARCHICLAVIS Senonenſis. VI. 710. D.

ARCHIDAMUS presb. Romanus. I. 653. C. 1235. B.

ARCHIDIACONUS.

ἀρχιδιάκων. IX. 1354. C.

Archidiaconus. I. 51. A. 1015. C.

Archidiaconi, oculi epiſcoporum. IX. 1975. C. IX. 2028. D. *Trid.* X. 159. D.

Archidiaconi ne laici ſint. IV. 963. D.

Archidiaconus nullus ſit, niſi diaconus fiat. VI. 849. B.

Archidiaconus nullus ſit, niſi Levita. VI. *parte II. init.* 1718. B. C.

Archidiaconus nemo ſit niſi presbyter vel diaconus. IV. 1258. B.

Archidiaconi, archipresbyteri, & decani rurales, ad ſuſcipiendos ordines ſuos intra annum a ſuis epiſcopis compellantur. *Turon,* anno 1253. VII. 443. B.

Archidiaconi juri canonico per triennium ſtuduerint, vel ſtudeant. *Budenſe,* anno 1279. VII. 801. D. E.

Archidiaconus in eccleſia ſit ad dextrum epiſcopi latus. *Nicæn. Arab,* I. 472. D. 473. A.

Archiepiſcopi ſubſcribunt mixti cum epiſcopis, in Conc. Mantalenſi, anno 879. VI. 346. B. C.

Archidiaconi ſubſcribunt alii ante presbyteros, alii poſt. VI. 465. C.

Archidiaconatus officium. II. 1000. E.

Archidiaconorum officium, ex Conc. Londin. anno 1237. VII. 298. E.

Archidiaconi presbyteros diſcutiant, ut rectam fidem teneant, baptiſmum catholicum obſervent, Miſſarum preces bene intelligant, Pſalmos digne modulentur, &c. V. 459. C. D. E.

Archidiaconus præeſt omnibus diaconis, & omni officio orationis. *Nicæn. Arab.* I. 472. E.

Archidiaconus poteſt excommunicare diaconos ſibi ſubjectos. *Nicæn. Arab.* I. 504. E.

Archidiaconus convocet ad ſynodum presbyteros & clericos. III. 1993. A.

Archidiaconi ad mandatum epiſcoporum debent inſtitutos in beneficia inducere, ſumptibus moderatis. *Londin.* anno 1342. VII. 1647. A. B. C.

Archidiaconi per archidiaconatus ſuos ſemel in anno presbyterorum ſuffraganeorum ſuorum veſtimenta, & calices, & libros videant. VI. 1599. D.

Archidiaconi habeant penes ſe in ſcriptis omnia ornamenta eccleſiæ. VII. 121. C.

Archidiaconi zelum animarum habeant, & poſſint prædicare clero & populo verbum Dei. VII. 210. B.

Archidiaconatus diverſos nullus teneat. VI. *parte II. circa med.* 1131. B.

Archidiaconorum viſitatio. X. 47. *Trid.* X. 155. C.

Archidiaconorum viſitatio quomodo ſit peragenda. X. 1232. B. C.

Archidiaconorum, & aliorum ordinariorum viſitatio qualis eſſe debeat. *Londin.* anno 1342. VII. 1649. E. 1650.

Archidiaconi quæ debeant inquirere crimina. IX. 2028. E. 2029. A. B. C.

Archidiaconi. Inquiſitiones a ſingulis archidiaconis in ſua viſitatione faciendæ. VII. 233. 234.

Archidiaconus non cognoſcat de cauſis matrimonialibus &c. *Marciac.* anno 1326. VII. 1516. E.

Archidiaconi, archipresbyteri, & decani, de quibus cauſis non poſſunt cognoſcere. VII. 348. D. E.

Archidiaconorum capitula. *Londin.* anno 1321. VII. 1461. D. 1462. A. B.

Archidiaconorum capitula certis locis celebranda. VII. 1651. B. C. D.

Archidiaconi non habeant officiales extra civitatem. VII. 193. C.

Archidiaconi, aliive, ne officialem habeant extra civitatem. *Bituric.* anno 1286. VII. 952. A.

Archidiaconorum & aliorum Ordinariorum viſitatio & procuratio. *Londin.* anno 1321. VII. 1458. 1459.

Archidiaconi nihil exigant a rectoribus in viſitationibus. VII. 339. C. D. E.

Archidiaconi a presbyteris ne cenſum exigant. IV. 1034. E.

Archidiaconi nihil recipiant aut exigant ab examinatis per eoſdem. *Salmur.* anno 1315. VII. 1394. A. B.

Archidiacones presbyteri. V. 412. D. Non gravent presbyteros, quando parochias circumeunt. 413. A. Nec parochias occaſione victus, ſed inſtructionis gratia circumeant. *Ibidem.* B. Alia eorumdem officia. C. D. E. & 414.

Archidiaconi, qui perſonas eccleſiarum ſingulis annis gravare indebitis exactionibus præſumebant. VI. *parte II. ſub finem.* 1721. E.

Archidiaconus ne pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat. VI. *parte II. ſub finem.* 2003. E.

Archidiaconorum procurationes non dentur, niſi perſonis officium viſitationis exercentibus. VII. 108. E. 109. A.

Archidiaconi. De illorum viſitationibus & procurationibus. *Exon.* anno 1287. VII. 1107. 1108.

Archidiaconorum officiales, qui plus æquo interdum petunt. IX. 1975. D.

Archidiaconi. De exceſſibus epiſcoporum contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos epiſcopos: reſponſa Alexandri III. Papæ. VI. *parte II. ſub finem.* 1798. A. &c.

Archidiaconiæ duæ in diœceſi Atrebatenſi. VI. *parte II. initio.* 1654. D. 1659. B.

Archidiaconatus non dentur ad firmam. VI. *parte II. initio.* 1864. D.

Ἀρχιδιακονοδιάκονος. II. 1380. A.

ARCHIEPISCOPUS.

Archiepiſcopabilitatis præſtabilitas. V. 1257. A.

Archiepiſcopamus te, & in culmen metropolitanum ſublimamus. VI. 600. C.

Archiepiſcopus Cyrillus. I. 1367. A. &c.

Archiepiſcopus Concilii Mauritaniæ. I. 763. C. 764. B.

Archiepiſcopus. Summorum ſummo, primorum primo, domno Manaſſæ, metropolitanæ ſedis Arelatenſis archiepiſcopo. VI. 619. E. Excellentiſſimo archiepiſcopo Turonenſi. V. 1462. C. Reverendi patres domini archiepiſcopi. *Piſan.* anno 1409. VIII. 107. A.

* Archiepiſcopi ante Cardinales. *Vide,* Mediolanenſis. Ravennas.

Archiepiſcopum eligi prohibet, carentem litteralis ſcientiæ peritia, Gregorius VII. Papa. VI. 1479. A.

Archiepiſcopus ab omnibus epiſcopis provinciæ ordinetur. *Anicet,* I. 98. E.

* Archiepiſcopus eligendus a clero & plebe; a ſuffraganeis in ſua metropoli ordinandus. quia ſic regulæ ſacræ præcipiunt, & vetus conſuetudo exigit. V. 1322. E. 1323. C. D.

Archiepiſcopi ordinandi profeſſio. V. 1445. D. E.

Archiepiſcopi ubi eſſe debent. I. 144. C.

Archiepiſcopi in ſua provincia quæ jura ſint. X. 1410. E. 1411. A.

Archiepiſcopo monita data a Leone VII. Papa. VI. 577. A. B. C. D.

Archiepiſcopi pallium. *Vide,* Miſſas.

Archiepiſcopo inhibetur, ne vel ſacerdotem ordinet, vel eccleſias conſecret, donec pallium impetrarit. VI. 1477. C. *Vide,* Pallium.

Archiepiſcoporum officia quæ ſint. V. 388. B. C. D. E.

Archiepiſcopus judicare non debet epiſcopum, ſibi ſubjectum niſi interveniente patriarcha. *Nicæn. Arab.* I. 470. C. 486. D.

Archiepiſcopos aut metropolitas non oportet obtentu viſitationis proficiſci ad alias eccleſias, & ſubjectos ſibi epiſcopos ullo modo gravare. V. 908. A. B. C.

Archiepiſcopus, qui ſimul eſt legatus Sedis Apoſtolicæ; ut metropolita non debet cauſam audire de epiſcopatibus ſuffraganeorum, niſi ad eum per appellationem deferatur. At ut legatus, cauſam quamlibet audire poteſt ac debet, quæ ad ipſum defertur, &c. VI. *parte II. ſub finem.* 1874. E. 1875. A.

Archiepiſcopo Viennenſi non licuit ordinare Clunaci clericos ſine permiſſu epiſcopi Matiſconenſis. VI. 839. 840. C. D.

Archiepiſcopi querela contra Patriarcham ne admittatur, niſi adhibito alio Patriarcha, qui cauſam excutiat, nec faveat accuſatori. *Nicæn. Arab.* I. 470. C. 486. D.

Archiepiſcopi. *Vide,* Crucem. Metropolitæ. Ordinationes.

Archiepiſcopum Franci non habuerunt per LXXX. annos, nec ſynodum. *Bonifac. Mogunt.* III. 1879. A.
Archiepiſcopi tres in Galliis conſtituti a Bonifacio Moguntino : Rotomagi, Remis, Senonibus. III. 1887. C.
Archiepiſcopi XVI. in regno Caroli Simplicis. VI. 551. E.
Archiepiſcopus Remenſis, ſi Papam appellet, a nullo poſſet alio judicari. V. 102. C.
Archiepiſcopus ſacri palatii. *Conc. Moguntiac.* anno 813. IV. 1008. B. *Vide*, Archiminiſter. Archipalatinus. Archipresbyter.
Archiepiſcopus Hiſpaniæ. III. 1864. C.
Archiepiſcopi Trevirenſis & Colonienſis in Romana ſynodo depoſiti, anno 863. V. 573. C. E. 574. A.
Archiepiſcopium. VI. 484. D.
Ἀρχιερεύς, ſummus Pontifex, ſummus ſacerdos. V. 941. A.
Archierarchica dignitas. V. 777. A.
ARCHIFLAMINES. *Vide*, Primates.

ARCHIL. &c.

ARCHILEVITA, archidiaconus. VI. 1048. D. E.
Archilevita Laurentius. VI. 474. A.
ARCHIMANDRITÆ presbyteri. *Conc. CP.* anno 448. II. 170. D. E. 171. A. B. diaconi. 171. A.
Archimandrita, diaconus. I. 1335. A.
Archimandritæ reverendi. X. 481. B. ſive abbates. *Ibidem.* D.
Archimandrita. *Conc. Forojul.* anno 791. IV. 859. A. 860. E.
Archimandritæ in Conc. Remenſi, anno 1119. VI. *parte II. initio.* 1987. B.
ARCHIMBALDUS de Burbono. VI. *parte II. circa med.* 1268. C. de Borbone. 1269. D.
ARCHIMINISTER ſacri palatii. VI. 169. E.
ARCHIPALATINUS præſul. IV. 1449. D.
ARCHIPHOENICE. VI. 367. B.
ARCHIPIRATA, ſubſcribit poſt reges, & ante epiſcopos. VI. 685. A.
ARCHIPONTIFEX Dunſtanus. VI. 635. D.
Archipontificatus infula ſublimato. III. 1945. C.
Archipræſul. VI. 428. D.

ARCHIPRESBYTER.

ARCHIPRESBYTER. I. 980. B.
Archipresbyter, parochus. III. 950. A.
Archipresbyter municipalis. V. 26. D.
Archipresbyter. *Vide*, Abbatem.
Archipresbyteri vicani. III. 361. B. *Parochi.*
Archipresbyteros ſingulis plebibus præeſſe volumus : qui curam gerant presbyterorum, qui per minores titulos habitant. *Synodus Ticin.* anno 850. V. 28. E.
Archipresbyteri ſæculares ne ponantur, niſi pro merito perſonæ Pontifex neceſſarium eſſe judicet, ut ſine ejus defenſione parœciani illi ſe defenſare non poſſint. III. 556. E.
Archipresbyter in parochiis nullus laïcorum præponatur : ſed qui ſenior in ipſis debet eſſe, clericus ordinetur. *Remenſe*, anno circ. 630. III. 573. D.
Archipresbyter, ſive Protopapa, honoretur tamquam epiſcopus, abſente epiſcopo. *Nicæn. Arab.* I. 472. D. 489. B.
Archipresbyteri, qui & decani rurales. IX. 2074. E.
Archipresbyteri rurales ſint amovibiles. X. 1193. C.
Archipresbyteri ſine culpa non removendi. III. 556. E.
Archipresbyteri non conſtituantur epiſcoporum vice annuo pretio ad cauſas eccleſiaſticas terminandas. *Turon.* anno 1163. VI. *parte II.* 1598. C.
Archipresbyterorum juriſdictio. VII. 849. E. 850. A. B. *&c.*
Archipresbyteri de cauſis matrimonialibus non cognoſcant. VII. 192. A. anno 1231.
Archipresbyteri munus. V. 1378. C.
Archipresbyterorum officium. *Claromont.* anno 1268. VII. 611. D. E.
Archipresbyter ne benedictionem ſuper populum det, aut chriſma conficiat, aut confirmationem chriſmatis faciat : alioqui deponatur. VI. 818. D.
Archipresbyteri plebium per familias moneant, ut qui publice peccarunt, publice pœniteant. V. 26. C.
Archipresbyteri admonitionem laïcus qui contempſerit, excommunicetur, & a rege mulctetur. III. 447. A.
Archipresbyteri Romæ quot. VI. *parte II.* 1567. C. D.
Archipresbyter S. Petri Romæ. IV. 27. E.
Archipresbyter Franciæ Fulradus abbas. III. 2026. D. 2027. A.
ARCHISACERDOS Athellardus Dorobern. IV. 935. B.
ARCHISUBDIACONUS. III. 444. E. *Archidiacre en chef.*
Archiva S. R. Eccleſiæ. V. 606. D.
Archivum Eccleſiæ Romanæ. V. 756. D.
Archiva Apoſtolicæ Sedis. III. 549. C.
Archiva Conſtantinopolitana. II. 805. B.
Archiva Alexandriæ, ubi Cyrilli libri ſervabantur. II. 1163. B. Archiva publica. I. 1060. A. I. 1168. A.
Archivum epiſcopale quale & ubi eſſe debeat. *Tolet.* anno 1566. X. 1158. E. 1159. A.
Archivum eccleſiæ. I. 672. C.
Archivus Numidiæ. I. 910. E.
Archiva Proconſulis. I. 1175. D.
Archiva. Leges de archivis prolatæ. I. 1166. C.
Archivis fides reſervetur. II. 1074. D.
Archivis conteſtantibus declarabitur. I. 1071. C.
Arciſterium novi monaſterii. VI. 646. C.
Arcus. Eccleſia beatæ Mariæ de Arcubus, Londini. VII. 1066. E.

ARD ARE

ARDMACHIA Hiberniæ civitas. VI. *parte II. circa med.* 1374. E. 1627. C.
ARDOBANIUS. III. 1889. A. presbyter. 1906. D.
S. AREDIUS. Altare conſecratum in honore S. Aredii. VII. 1008. B. Sancti Aredii eccleſia, in diœceſi Lemovicenſi ubi ſunt canonici ſæculares. *Ibidem.*
ARELATENSIS epiſcopus Apoſtolicæ ſedis vicarius. III. 183. E.
Arelatenſis archiepiſcopus. VI. 3.
Arelatenſis epiſcopus ab antiquis temporibus pallium accepit : non alius igitur habet poteſtatem in epiſcopos Galliarum. *Gregor. M.* III. 512. D.
Arelatenſis epiſcopi privilegium ad ſynodum congregandam. II. 774. D.
Arelatenſis epiſcopus cum Viennenſi de primatu certat. I. 958. C. Judicium ſynodi Taurinenſis. *Ibid.*
Arelate, prima Galliæ Eccleſiarum. *Juſtinianus Imp.* III. 57. C. 171. E.
Arelate baſilica ſanctæ Mariæ. II. 1070. C.
Arelate, eccleſia S. Stephani. IV. 1003. A.
Arelate, provincia Viennenſi. *Conc. Arelat.* anno 314. I. 267. A.
Arelatenſis Eccleſia habeat novem ſuffraganeas. IV. 906. A.
Arelatenſe I. Concilium anni 314. citatur in ſecundo anni 452. II. 774. D.
Arelatenſis II. ſynodi canon citatur in Turon. anno 567. III. 362. E. 363. C.
Arelatenſe Concilium ſub Carolo M. citatur. VI. 408. C. D.
ARENARIIS. II. 547. E.
AREOBINDA Magiſter militum. III. 48. C.
ARETINUS (Leonardus) civitatis Florentiæ Cancellarius. IX. 254. A.
ARGENTÆ caſtrum in diœceſi Ravennate. VII. 1382. A.
ARGENTARIENSIS civitas. V. 1455. B.
ARGENTOLIENSE monaſterium abbatiæ S. Dionyſii reſtituitur. VI. *parte II. circa med.* 1145. C. D.
ARGUTA ſapientia tua. V. 589. B.
ARIAMIRUS rex. III. 347. A. 384. D.
ARIBERTUS Ebredunenſis epiſcopus. VI. 15. C.
ARIETUM levationes, &c. prohibentur. VII. 492. E.
ARIMANNI. VI. 489. C. D.
ARIMINENSIS ſynodus in æternum damnata. II. 940. E.
Ariminenſes epiſcopi prius terrore permoti atque decepti, poſtea reſipiſcentes. I. 746. A. D. 773. B. C.
Ariminenſe Concilium qui non damnaverit, anathema ſit. III. 475. D.
ARIOVINDUS Martialis. II. 209. E.
ARISTERI. I. 811. E.
Ἀεριανοὶ hæretici. *Trull.* III. 1694. E.
ARISTOTELIS libri de Metaphyſica, delati de novo a Conſtantinopoli, & de Græco in Latinum tranſlati. VI. *parte II. ſub finem.* 1994. D. *anno* 1209.
Ariſtotelis libri Metaphyſici, & de naturali philoſophia, ſub pœna excommunicationis prohibiti, in Concilio Pariſ. anno 1209. VI. *parte II. ſub finem.* 1993. D.
ARIULFUS, viri nomen. V. 1328. D.

ARIUS & ARIANI

Ἄρειος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος. IV. 145. B.
Arii forma & mores. I. 311. A.
Arius & Achillas, veluti ſtolones ex Ebione, Artema, Paulo Samoſateno, & Luciano. I. 303. A.
Arius cum Achilla & Colluthо conſociatus. I. 296. B. 303. A.

Arium ſecuti alii diaconi ſex. I. 310. A.
Arius. Qui cum Ario defecerunt a recta fide epiſcopi, aliique. I. 367. B.
Arius, Miſſalis ſacerdos. VI. 979. E.
Arius presb. anathemate damnatus in Concilio Alexandrino, cum diaconis novem. I. 307. D.
• Arius dixit Filium Dei libero voluntatis ſuæ arbitrio virtutis & vitii capacem eſſe, & creaturam eſſe. I. 440. D.
Arii blaſphemia: Verbum poſſe mutari. I. 367. D.
• Arii blaſphemia, Verbum non eſſe verum Patris Verbum, nec veram ipſius ſapientiam eſſe; ſed per abuſionem Verbum & ſapientiam dici: ipſum factum eſſe proprio Dei Verbo & ſapientia quæ in Deo eſt; per quam cum cetera omnia, tum illum ipſum fecit Deus. &c. I. 367. C.
Ariana & Euſebii hæreſis. I. 654. B.
Ariani epiſcopi negant ſe Arii eſſe ſectatores, quamvis eum ſe ſuſcepiſſe fateantur. I. 606. D.
Arii ſententiam concelebrare ſtudebant Epiſcopi ſeptemdecim: Euſebius Nicomedienſis, Theognis, &c. *Gelaſ. Cyzic.* I. 381. E. 422. A.
Ariani epiſcopi miſſi in exſilium. I. 438. E.
Arii depoſitio. I. 310. A.
Arii dogmata Romæ in ſynodo damnata. *Conc. Rom.* anno 337. I. 569. A.
Arii blaſphemiæ damnantur Arimini, anno 359. I. 714. B. C.
Arianos dici Porphyrianos jubet Conſtantinus. I. 445. C.
Arii liber quicumque, igni tradatur. I. 445. C. 1715. D.
Arius tres deos prædicavit; excellentiorem, minorem, & inferiorem. III. 1053. D.
Arianorum errores. *Nicæn. Arab.* I. 524. E.
• Ariani dixere Filium ex nihilo ſubſtitiſſe. II. 858. C.
• Ariani anathema dicunt, ſi quis Filium putet eſſe creaturam ut ſunt ceteræ creaturæ. *Antioch.* anno 341. I. 608. D. 632. A.
• Ariani credunt in unum Deum totius univerſitatis, & in unum Filium Dei unigenitum, qui fuit ante omnia ſæcula, & cum genitore exſiſtit, per quem omnia facta ſunt. I. 606. D. E.
• Ariani Filium ante ſæcula confitentur: & ſæcula ac tempora per ipſum facta. I. 627. D. 630. A.
Arianorum expoſitio fidei μακρόστιχος. I. 628.
Arianorum artes. I. 307. B. C.
Ariani in uſu habent de loco in locum ad epiſcopatus capiendos tranſilire. *Julius Papa.* I. 615. B.
Arianus damnat Marcellum Ancyranum, Sabellium, & Samoſatenum. I. 610. A.
Ariani ſolos ſe ſapientes putant, ſolos ſe dogmatum inventores. I. 303. D.
• Ariani dicunt ab adverſariis duo ingenita prædicari. I. 303. E. 306. C.
Ariani obtulerunt ſynodo libellum, qui ſtatim dilaceratus eſt. I. 422. C.
Arianorum errore diu laboravit Hiſpania. III. 469. B.
Ariani. *Vide*, Filius. Homouſion. Unam naturam.
Ariani non ſunt rebaptizandi. I. 847. D. *Vide*, Hæretici.
Arrianos in Trinitate baptizari manifeſtum eſt. *Arelat. II.* anno 452. II. 774. D.
Ariani per unctionem chriſmatis, vel manus impoſitionem accipiunt Spiritum ſanctum intra Eccleſiam. III. 471. C.
Ariomanitæ. I. 346. B.

ARM

Arma qui in pace projiciunt, abſtineantur. *Conc. Arelat.* anno 314. I. 263. A. E.
Arma. *Vide*, Gladius.
Armachanus, Hiberniæ primas, in multis ſuis dictis fuit ſuſpectus, & de hæreſi notatus. VIII. 1720. D. 1743. A.
Armarium palatii, in quo ſervabatur exemplum Concilii Aquiſgranenſis. IV. 1176. D. 1178. E.
Armenius presbyter. II. 1109. B.

ARMENII.

Armeniorum Pontifex. *Vide*, Catholicus.
Armenorum patriarchæ tituli. IX. 1015. C.
Armenios ad veritatem reduxit ſanctus Nico, qui poſt Photii tempora floruit. V. 1154. E.
Armenii. In his reducendis labor. V. 1022. C.
Armeni fere omnes a Catholica fide aberrant. VI. 1285. C. *anno* 1074.
Armeniorum errores aliqui. III. 1674. A. D. De genere ſacerdotali clericos eligunt. *Ibidem*. D.
Armenii ab Eccleſia diviſi per annos nongentos uſque ad Concilium Florentinum. IX. 423. C.
Armenorum eccleſia a rectitudine fidei in pravas exorbitavit ſententias. VI. 1449. E. Eæ recenſentur. *Ibidem*. Quid credere eos oporteat. 1450. D. E.
Armeni carnes in templis coquunt, & ſacerdotibus fruſta offerunt. *Trull.* III. 1695. D.
Armeni. *Vide*, Quadrageſima.
Armenorum unio in Concilio Florentino. IX. 1015. &c. Decretum Eugenii, de ipſorum unione. IX. 434. C.
Armenorum epiſcopus in inſula Cypro, anno 1340. VII. 1753. C.

ARM ARN

Armingarda, feminæ nomen. VII. 1013. E. anno 1284.
Armiscara. V. 56. C.
Armoricum. III. 359. A. *Vide*, Britannia.
Arnaldus de Brixia, armiger Petri Abaëlardi. VI. *parte II. circa med.* 1219. E. Sententia Innocentii Papæ in ipſum. 1224. C. D.
Arnaldus de Brixia hæreticus: idem Arnoldus, vel Arnolphus. VI. *parte II. circa med.* 1215. C. D. Petrum Abaëlardum præceptorem habuerat. *Ibidem*. Ejus errores. *Ibidem*. D. E. Senatum Romæ renovavit. *Ibidem*. E. Monachorum acerrimus hoſtis. 1216. B.
Arnaldus de Brixia quæ Romæ mala faceret. VI. *parte II. circa med.* 1243. E. 1244. A.
Arnaldiſtæ, hæretici, anno 1181. VI. *parte II. ſub finem.* 1878. D.
Arnaldiſtæ excommunicati a Gregorio IX. anno 1235. VII. 163. A. Ab Innocentio IV. anno 1253. iiſdem verbis. VII. 367. B. C. &c.
Arno archiepiſcopus. IV. 948. C.
Arnobii opuſcula, apocrypha. II. 942. B.
S. Arnulphi Sueſſionenſis epiſcopi corpus de terra levatum, anno 1120. VI. *parte II. circa med.* 1101. C. *& ſeqq.*
S. Arnulphi de Creſpeyo in Valleſio prioratus. X. 1316. B.
S. Arnulfi monaſterium, Metis. VI. 587. B. C.
Arnulfi Lexovienſis ſermo. VI. *parte II. ſub finem.* 1601.
Arnulphus Imperator. VI. 435. A.
Arnulphus rex. VI. 401. D. Tranſrhenenſis. 430. D.

ARR ARS &c.

Arrendare, arrendator. VII. 1833. B.
Arreptitii, alii ſimiliter vexati, ne ſacris audeant miniſtrare altaribus. *Tolet. XI.* anno 675. III. 1029. B.
Arreptus publice aliquando, ne ordinetur diaconus vel presbyter. *Aurelian. III.* anno 538. II. 1424. D.
Arroasia (*Rhoës*, Edeſſa) in poteſtatem tranſiit paganorum. VI. *parte II. ſub finem.* 1891. A.
Arrogantia nihil gravius, nihil perniciosius, inter delicta. I. 1543. C.
Arsenius, quem Ariani ab Athanaſio occiſum criminabantur. I. 578. C. 618. C. 658. D.
Arſenius CP. in libello ſynodico, Ἀρσένιος. V. 1521. B.
Arſenius, Ἀρσένιος, in libello ſynodico. V. 1504. B.
Artavasdus Imp. III. 1886. D. 1888. B.
Artemæ hæreſis. I. 198. E. 199. A. 302. E.
Artemon hæreticus, primo damnatus. V. 1496. E.
Arthmai rex Guentiæ. VI. 715. B.
Arvernense Concilium citatur in Turon. anno 567. III. 364. E.
Aruspices ſi quis obſervaverit, anathema ſit. III. 1865. E.

AS

S. Asaf eccleſia. VI. *parte II. ſub finem.* 1639. B.
Asanes (Michaël, & alter Manuël: tertius Andronicus.) XI. 287. D.
Ascensa Domini, *hoc eſt*, *Aſcenſio*. IV. 885. C.
Asceticon liber, a Meſſalianis ſcriptus. I. 1627. D.
Asclepiodotus Referendarius. III. 457. A.
Ἀσεβῆ Patrem, εὐσεβῆ Filium dicebat Eudoxius. VI. 931. B.
Ἀσηκρῆτις, *a ſecretis*. III. 1064. C. 1068. C. &c.
Ἀσηκρῆτας Latini vocant. IV. 980. D. V. 1065. C.
Asiologus epiſcopus. I. 1015. C.

Ἀσκηταί, continentes. *Laodic.* I. 785. C.
Ἀσκηταί, monachi. III. 1690. B.
Ἀσκήτριαι, devotæ mulieres. II. 1369. E.
Ἀσπασμός, *oſculum pacis, in ſacra Liturgia.* I. 1194. C.
Assallire aliquem. VI. 841. B.
Aſſaltura in domos. V. 566. C.
Assisia acolytalis, ſubdiaconalis, vel diaconalis. *Nicoſ.* anno 1354. VII. 1762. C.
* *Chriſtus.* Unam naturam Dei Verbi incarnatam qui non confitetur, anathema ſit. III. 922. E. * Inter alia Cyrilli de recta fide capita, illud ſuſcipimus, unam naturam Dei Verbi incarnatam. III. 291. A. In hoc naturæ nomine pro ſubſiſtentia uſus eſt. *Juſtinianus Imp.* III. 294. A. Eſt igitur Chriſtus una ſubſiſtentia ſive perſona. 295. D. Natura una incarnata & inhumanata, juxta beatum Cyrillum. II. 102. C. Unam Dei Verbi naturam in eo incarnatam glorificamus. *Sophron. Hieroſolym.* III. 1270. C. * Cyrillus dixit, Non duæ naturæ, ſed una natura Dei Verbi incarnata. *Chalced.* II. 127. C. Una Dei Verbi natura incarnata & inhumanata. II. 7. C. * Una Dei Verbi natura incarnata, non ut una ſubſtantia deïtatis & carnis ſit. III. 198. B. C. *Vide*, Unam naturam.

* Chriſtus non eſt una natura, quia non ſignificat unam ſubſtantiam, quæ communiter de plurimis ſubſiſtentiis ſive perſonis prædicatur, ſicut homo. Neque enim ſunt multi Chriſti. *Juſtinianus Imp.* III. 295. B. C. Deinde quia non ab initio ex deïtate & humanitate Chriſtus, ſicut homo ex anima & corpore: ſed Deus ante ſæcula, incarnatus in tempore. *Ibidem.*

Chriſti una perſona.

Chriſtus. Manſit perſona Filii in Trinitate, cui perſonæ humana acceſſit natura; ut eſſet & una perſona, Deus & homo; non homo deïficus, & humanatus Deus. *Conc. Francoford.* anno 794. IV. 888. E. In unitatem perſonæ acceſſit Verbo anima rationalis & caro. IV. 890. C. *ex Aug.* * Utriuſque naturæ proprietas in unam hypoſtaſim concurrit. III. 919. E.

Chriſtus verus per omnia Deus & verus homo anima rationali & humana carne in unitate perſonæ ſubſiſtens. *Tullenſe*, anno 860. V. 515. B. Utriuſque proprietate naturæ in unam coeunte perſonam. *Leo M.* II. 291. E. * Duæ naturæ in unam perſonam & ſubſiſtentiam concurrentes. II. 839. A. * Chriſtus in duabus naturis agnoſcendus, proprietate utriuſque naturæ in unam perſonam atque ſubſtantiam concurrente. II. 455. D. * Duæ naturæ, deitatis & carnis, in unam convenientes perſonam. I. 993. C.

Chriſtus in una ſubſiſtente perſona duas naturas habet. III. 562. C. * Perſonæ unitas facit, ut quod homo pertulit, Deus pertuliſſe credatur. *Conc. Francofordienſe.* anno 794. IV. 899. E. Sicut alio loco capitis & corporis ſociatur perſona, cum legitur: *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare.* Quid agit perſonæ unitas? Homo paſcitur, & Deus reficitur. pes confovetur, & caput fomentum in ſe ſentire teſtatur. *Ibidem.* 890. A.

* *Chriſtus.* Perſona non aliud eſt quam ipſæ naturæ. III. 1454. D. In unam perſonam adunatæ naturæ. III. 333. A.

* Chriſtus, una perſona, μοναδικὸν πρόσωπον. *Paulus Emeſ. poſt pacem.* I. 1696. D. * Una perſona accipienda eſt carnis & Verbi. *Lepor.* I. 1266. A. * In Chriſto Verbi & carnis una perſona eſt, quæ inſeparabiliter atque indiviſe communes habeat actiones. *Leo M.* III. 878. D. Chriſtus in utraque natura cognitus, in una perſona & una hypoſtaſi inconfuſe &c. II. 1271. C.

* Chriſtus unus ſalva proprietate vel veritate utriuſque naturæ, id eſt, divinitatis atque humanitatis. II. 1152. D. Salva proprietate utriuſque ſubſtantiæ, & in unam coeunte perſonam, nec negamus Chriſto hæc tria veraciter ineſſe; divinitatem, animam, & corpus. *Conc. Francoford.* anno 794. IV. 888. E. * Chriſti perſonam plerique adſtruunt ex tribus ſubſtantiis, Verbi, carnis, & animæ: ſed ſufficeret, abſque ſophiſtica diſputatione, ex utraque natura unam perſonam confiteri, divina ſcilicet & humana. *Concil. Francoford.* anno 794. IV. 878. F. E. 880. A. D. E.

* Chriſtus. Qui non confitetur unam ejus ſubſiſtentiam compoſitam, qui eſt Chriſtus, unus de Trinitate, anathema ſit. III. 195. B. * Chriſtus una perſona compoſita ex divinitate & carne. I. 1639. B. * Chriſtus, hypoſtaſis & perſona compoſita, ὑπόστασις καὶ πρόσωπον σύνθετον. *Sophron. Hieroſolym.* III. 1272. B. Chriſtus, una hypoſtaſis ſive ſubſiſtentia compoſita. *Cyrus Alexandr.* III. 1342. B. Ex natura utraque non deperit, & una fit ex utraque Domini noſtri Jesu Chriſti perſona. *Tolet. III.* anno 589. III. 476. C. * Chriſti una ſubſiſtentia ſive ὑπόστασις compoſita dicitur: at non oportet unam naturam compoſitam dicere. *Juſtinianus Imp.* III. 299. E. Eſt Deus Verbum incarnatus, una ſubſiſtentia in utraque natura cognoſcendus. 302. B. Pie igitur dixerit unam ſubſiſtentiam Dei Verbi compoſitam. *Ibidem.*

* Chriſtus totus Deus & totus homo. I. 1639. B. * Aſſumpta humanitas propter ſingularitatem perſonæ inconvertibiliter Deus eſſe credenda eſt. *Vigil.* III. 19. B.

Chriſtus non duæ perſonæ.

Chriſtus. Non dicimus duas in Chriſto perſonas, ne quaternitas Trinitati videatur accedere. *Tolet. XI.* anno 675. III. 1022. D. * Chriſtus Deus & homo, non (ut ab infidelibus dicitur) ſub quartæ introductione perſonæ. II. 1014. E. * Non ſuſcepit quartæ perſonæ adjectionem Trinitas Verbo incarnato. III. 291. E. 302. D. 1054. E. * Si ſeorſum quæ ſunt Dei ſoli Deo demus, & ſeorſum quæ ſunt hominis ſoli homini reputemus; quartam inducimus in Trinitate perſonam. *Lepor.* I. 1264. D. duos Chriſtos facimus. *Ibid.*

Chriſtus. Naturæ hominis, & non ſubſiſtentiæ ſive perſonæ, unitus Deus Verbum. III. 290. E.

Chriſtus. In eo ſic ſunt unitæ naturæ; ut perſonæ ſive ſubſiſtentiæ ſingularitas agnoſcenda ſit. *Vigil.* III. 26. D. Quaternitas Trinitati accederet, ſi in Chriſto perſona geminata eſſet. *Tolet. VI.* anno 638. III. 602. B.

Chriſtus. Deus Verbum cum aſſumpta carne una permanet ſubſiſtentia ſive perſona. III. 37. * Seorſum ponere Deum & hominem, velut invicem ſibi dignitatis & auctoritatis unitate conjunctos, novitas vocis eſt, & aliud nihil. *Cyrill.* I. 1286. E. 1287.

* *Chriſtus*. Unitio ſubſtantiarum naturalis, ἕνωσις φυσικὴ, non ſola ſocietas, quæ ſecundum dignitatem, vel auctoritatem, aut poteſtatem eſt. I. 1294. A.

* *Chriſtus*. Non in duabus ſubſiſtentiis aut perſonis voces partimur, quas Chriſtus protulit: Non eſt duplex Chriſtus: ſed ſicut homo quoque ex anima & corpore, non duplex, ſed unus eſt ex utroque. *Cyrill.* I. 1287. B.

Chriſtus. Non duo filii, unus qui ſuſcepit hominem, alter homo mortalis a Deo aſſumptus: ſed unus Unigenitus in cælo, Unigenitus in terra Deus. I. 1403. A. B. 1406. E.

Chriſtus. In eo naturas collectas, ſed tamen diſcretas, unam perſonam efficere, ſicut vir & mulier ſunt una caro; aiebat Theodorus Mopſueſt. III. 26. A. B. Qui ita credit, anathema ſit. *Vigil.* III. 26. C.

Chriſtus. Duarum naturarum συνδρομὴ unum conſtituit Filium, unum Chriſtum, unum Dominum. *Paul. Emeſ. poſt pacem.* I. 1695. A.

* *Chriſtus*. Non eſt una ſubſiſtentia, tanquam ſuſcipiens plurimarum ſubſiſtentiarum ſignificationem: hoc eſt enim introducere in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias ſeu duas perſonas. III. 195. C.

* *Chriſtus*. Nomen Dei accepiſſe Dominum JESUM per honorificentiam vel gratiam Dei, credidit inſulſus Neſtorius. II. 1152. B.

Chriſtus. Qui duos in Salvatore filios confitentur, id eſt, alium ante incarnationem, alium poſt aſſumptionem carnis, anathema ſint. I. 762. A. 802. C. * Quomodo Chriſtiani nomen merentur, qui alium dicunt eſſe Filium, & alium Dei Verbum! *Athan.* I. 1402. E. Qui dixerit Deum Verbum eſſe cum Chriſto vel in ipſo ut alterum in altero, & non unum eumdemque Chriſtum & Dei Verbum incarnatum, anathema ſit. III. 194. E.

* *Chriſtus*. Si quis voces evangelicas & Apoſtolicas in uno Chriſto ita dividit; ut etiam naturarum in ipſo unitarum diviſionem introducat, anathema ſit. *Vigil.* III. 30. C.

* *Chriſtus*. Non dicimus Chriſtum Verbum ſpecialiter, & Chriſtum hominem ſpecialiter: ſed unum Chriſtum Dei Verbum cum propria carne. *Cyrill.* I. 1286. E. * Qui voces quæ de Chriſto dicuntur, aliquas tamquam homini applicandas ſpecialiter crediderit; alias tamquam Deo dignas ſoli Verbo deputaverit; anathema ſit. *Cyrill.* I. 1294. A.

* *Chriſtus*. Si quis Pontificem & Apoſtolum noſtrum alium dixerit eſſe factum, præter ipſum Dei Verbum, quando factum eſt caro, anathema ſit. I. 1294. D. *Cyrill.*

* *Chriſtus*. Deum hominem ſi quis dixerit, & non potius Deum & hominem, anathema ſit. II. 839. A.

Chriſtus, vox ea ſignificat Deum & hominem, ex Neſtorio. I. 1334. A.

Naturarum in Chriſto proprietates.

Chriſtus. Sicut duarum naturarum concurſus unam conſervavit nobis hypoſtaſim: ita & una hypoſtaſis in duabus naturis, quæ utrique conveniunt propria demonſtravit. *Synodus ſexta.* III. 1422. B. Propter perſonæ unitatem, & ad hominem referuntur quæ Dei propria ſunt: & divinitati adſcribuntur quæ hominis ſunt. *Hiſpal. II.* anno 619. III. 565. D. * Alia ad infirmitatem pertinent humanitatis, alia ad incomprehenſibilem ſubſtantiam deïtatis. *Hiſpal. II.* anno 619. III. 565. B. Quæ a Chriſto humaniter dicta ſunt, deïtati ipſius applicare auſi ſunt Arius & Eunomius. III. 135. E. * Altiora divinitati adſcribe, humiliora humanæ naturæ. III. 566. E. * Infantia parvuli oſtenditur humilitate cunarum: magnitudo Altiſſimi declaratur vocibus Anglorum. *Leo M.* II. 295. A. * In Chriſto ſimul ſunt & altitudo deïtatis, & humilitas carnis. III. 1119. E. * Verbum coruſcat miraculis, caro ſuccumbit injuriis. *Leo M.* II. 294. E. * Chriſtus ut Deus miracula edebat; ut homo ſponte ſubibat contumelias. IV. 991. B.

* *Chriſtus*. Evangelicæ & Apoſtolicæ de Domino voces, quædam ſunt communes, ad unam perſonam pertinentes. I. 1694. A. 1703. A.

* Chriſtus unus & idem, ſed ſecundum aliud miracula operatur, ſecundum aliud patitur. III. 1450. E.

* Chriſtus eſuriebat ut ſervus, & panes multiplicabat ut Dominus. I. 1667. A. * Eſurire, ſitire, laſſeſcere, dormire, humanum eſt: quinque panibus quinque millia hominum ſatiare, divinum eſt. *Leo M.* II. 295. B. * Ut homo ſpuebat, & carne patiebatur: divinitus autem mira patrabat. I. 735. A. * Quidquid excellenti potentia de eo referunt ſcripturæ, divinitati tribuimus: quidquid infra cæleſtem potentiam de eodem humilius enarratur, non Verbo, ſed homini reputamus aſſumto. *Eugen. Carthag.* II. 859. D.

* *Chriſtus*, Quæ de illo dicuntur juxta hominum loquendi uſum, ut cum dicimus, Natus, creatus, paſſus, &c. ea diſpenſationi in carne congruunt. *Nicæn. Arab.* I. 507. E.

* *Chriſtus*. Unius dicimus Filii Dei ſive miracula, ſive paſſiones. II. 954. A. III. 290. B. *Vigil.* III. 6. B. Ejuſdem perſonæ Domini noſtri ſunt tam paſſiones quam miracula. II. 1172. D. Non tamen ejuſdem naturæ. *Ibid.* E.

* *Chriſtus*. Paſſus ut homo, operatus ut Deus. *Cyrillus Hieroſol.* III. 883. E.

Chriſtus. Deus Verbum proprii corporis paſſiones ſibi appropriavit, & eas ad ſeipſum refert. I. 1698. B. 1699. C. 1706. C. Verbum Dei appropriavit ſibi paſſiones. I. 1646. B. C. * Sic omnia quæ erant Dei tranſierunt in hominem, ut omnia quæ erant hominis in Deum venirent. I. 1264. E. * Humanitati divina communicant, & divinitati humana participant. *Lepor.* I. 1265. D.

* *Chriſtus*. Secundum formam quidem Dei, ſicut habet Pater vitam in ſemetipſo, ita & Filio vitam dedit habere in ſemetipſo: ſecundum autem formam ſervi, triſtis eſt anima ejus uſque ad mortem. *Leo M.* III. 879. C.

* *Chriſtus*. Quem ſicut hominem diabolica tentat aſtutia, eidem ſicut Deo Angelica famulantur officia. *Leo M.* II. 295. A.

Chriſtus ſine peccato.

* Chriſtum nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. *Leo M.* II. 291. B. * Chriſtus ſolus ſine peccato. III. 611. D. Chriſtus perfectus homo, peccato excepto. *Nicæn. Arab.* I. 507. D. * Chriſtus ab omni peccato liber, ut Deus. *Cyrill.* I. 1290. E. Chriſti caro conſubſtantialis noſtræ abſque peccato. II. 839. A.

* Chriſtum partem Adami mutabilem & peccatis circumfuſam ante reſurrectionem dicebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 27. E. Qui ita credit, anathema ſit. *Vigil.* 27. E. 28. A.

* Chriſtus totus in noſtris: ſed ſine illis quæ deceptor intulit, & homo deceptus admiſit. *Leo M.* II. 294. A.

Chriſtum abſque naturalibus corporis proprietatibus ut hominem fuiſſe dixit Theodorus Pharanites. III. 774. C.

* Chriſtus poteſtate, non neceſſitate, eſurivit, ſitivit, &c. *Lepor.* I. 1266. A. 1267. D. Chriſtus ſolus mori nihil debuit. I. 211. C. * Chriſtus lacrymas admiſit, naturalem paſſionem carni ſuperinduci permittens. *Baſilius.* III. 774. B.

De Chriſto dogmata quædam Neſtorii, Theodori, &c.

* *Chriſtus*. Neque duos deos aut duos dominos dicimus, ſiquidem unus tantum eſt per eſſentiam Filius, Deus Verbum, cui conjunctus homo & dei-

tatis comparticeps, conſors eſt etiam appellationis & honoris Filii. *Symbolum Neſtor.* I. 1516. E. 1518. A.

* *Chriſtus.* Deus Verbum ſciens per præſcientiam hominis Chriſti virtutem, ſtatim in ipſo initio complaſmationis cohabitare voluit, & uniens eum ſibi affectu voluntatis, majorem quamdam ei præſtabat gratiam, utpote gratia quæ in eum eſt, & in omnes homines dividenda. *Theodor. Mopſueſt.* III. 33. A. Hoc eſt autem duas inducere evidenter perſonas. *Vigil. Ibidem.* B. C.

* *Chriſtus.* Deus Verbum per eſſentiam Filius eſt: cui homo inſeparabiliter conjunctus, Domini ac Filii nomine & honore cohoneſtatur: non ut quilibet noſtrum Filius dicitur; ſed ſolus hoc eximium habens propter conjunctionem cum Deo Verbo, quæ omnem cogitationem excludit dualitatis filiorum ac dominorum. *Symbol. Neſtor.* I. 1518. A.

Chriſtus. Dicere credendum eſſe in templum, & in eum qui habitat in templo, eſt aperte duas introducere perſonas. III. 310. E. Catholica eccleſia non ſic: ſed in unum Dei Verbum incarnatum credere jubet. *Ibid.*

* Chriſto in paſſione & morte Deum Verbum præſentia & ad gratiam adfuiſſe, aïebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 28. A. B. Qui non ipſum Deum Verbum omnia quæ de paſſione ejus ſcripta ſunt voluntarie ſuſtinuiſſe dicit, anathema ſit. *Vigil.* III. 28. B.

* *Chriſtus.* Unum Filium eſſe dicimus, primo Deum Verbum, & ſimul Jesum concipientes. *Symbol. Neſtor.* I. 1518. B.

* Chriſtum inducit ſic dicentem Theodorus Mopſueſt. *Non eſt confuſio mihi mors, ſuſtinebo eam pro plurimis bonis futuris, in quibus & ipſe fuero, & per me omnes.* III. 73. D.

Chriſtus. Ergo ſi homo eſt Deus Verbum, dicemus de ipſo: In principio erat homo, & homo erat apud Deum, &c. *Theodor. Mopſueſt.* III. 19. A.

Chriſtus. Gratia filius qui ex Maria eſt homo, natura autem Deus Verbum: inquiebat Theodor. Mopſueſt. III. 30. C. 31. A. B.

Chriſtus. Si volo, poſſum fieri, ut Chriſtus. *Vox Ibæ attributa.* II. 531. E.

* *Chriſtus.* Dictum illud, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*, ad comparationem dictum eſſe aliorum filiorum, qui nec dilecti facti ſunt, nec placere ei potuerunt, aïebat Theodorus Mopſueſt. III. 28. E. Hoc eſt autem Chriſtum purum hominem prædicare. *Vigil.* 29. A.

* *Chriſtus.* Centurionem ad eum acceſſiſſe, tamquam ad hominem qui accepiſſet poteſtatem a Deo, non tamquam ad Filium Dei, qui exſiſtit ante omnem creaturam, aïebat Theodorus Mopſueſt. III. 32. B. C. D.

* *Chriſtus.* Confuſionem inducit, qui dicit: Hoc quod ante ſæcula eſt, factum eſt in ultimis: deinde obvertit: & hoc quod eſt in ultimis, ante ſæcula eſt. Dici enim debet: Hoc quod ante ſæcula erat, aſſumſit hunc qui in ultimis erat. *Theodor. Mopſueſt.* III. 17. B.

Chriſtum unum quidem confitemur: Unitatem vero quæ eſt ſecundum ſubſiſtentiam, omnino ignoramus tamquam novam, & ſcripturis Patribuſque contrariam. *Theodoretus.* III. *Vide*, Neſtorius.

Chriſtus unctus Spiritu ſancto.

* Chriſtum ſi quis non ſua deïtate perfectum eſſe credit, ſed tamquam purum hominem unctione ſancti Spiritus indigentem adjutum fuiſſe ſapit aut docet, anathema ſit. *Vigil.* III. 18. E.

* Chriſtum habitatione ſancti Spiritus, ut ceteros homines eguiſſe, ad vincendum diabolum, & ut doceretur ea quæ decebat eum agere, & ut immaculatus appareret; & ipſo Spiritu eum ad omnia propoſita adjutum fuiſſe, qui credit, anathema ſit. *Vigil.* III. 16. E.

* Chriſtum tamquam purum hominem a ſpiritu ductum ad omnia, confortatum & edoctum, ſicut ceteros homines, de quibus dicit Apoſtolus. *Quicumque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei;* quiſquis credit, anathema ſit. *Vigil.* III. 16. C.

Chriſtum a Spiritu ſancto unctum quomodo intelligeret Theodorus Mopſueſt. III. 26. E. 27. A.

* Chriſtum Spiritu ſancto unctum, & ſic immaculatum fuiſſe per omnia, nec conjunctionem cum divina natura ſuſcepturum fuiſſe, niſi prius immaculatus factus fuiſſet; aïebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 28. D. Hoc eſt autem Chriſtum purum hominem aperte ſignare. *Vigil.* Ibidem. E. *Cyrillus. Ibidem.* 97. D. E.

Chriſti deïtas non indigebat ſpiritu ad juſtificationem, ad vincendum diabolum, ut doceretur ea quæ deceret peragere, &c. *Theodor. Mopſueſt.* III. 16. D.

* Chriſtus homo voluntarie habebat plurimum boni deſiderium, & contrarii odium: conſervabatur autem illi a divina gratia voluntas integra ab initio, Deo qualis erit ſubtiliter ſciente, & ad confirmandum eum magnam ei cooperationem præſtante habitatione ſua. *Theodorus Mopſueſt.* III. 33. A. B. At iſtud eſt duas inducere perſonas in Chriſto. *Vigil. Ibidem.* C.

* Chriſtum mediante deïtate corporis manſuetas feciſſe libidines, & erudiſſe animam & exercitaſſe eam, aïebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 25. B. C. D. Chriſtus laboribus virtutis perfectus eſt, experimento cognovit obedientiam: non Deus Verbum. *Theodoretus.* III. 135. A. * Chriſtus quod experimento cognovit obedientiam, ſi quis tamquam nudo deïtate Chriſto deputet, qui laboribus virtutis perfectus ſit, &c. anathema ſit. *Vigil.* III. 39. C. * Chriſto aptare laborem, devotionem, meritum, fidem, exſecrabile eſt. *Lepor.* I. 1267. B. Eſt hoc unicuique ſanctorum pæne Chriſtum ſimilem facere, cum ſit ſuper omnes Deus. *Ibidem.* Neſcit labore, devotione, fide, merito finem apprehendere meritorum, qui infinitus agit omnia poteſtate. *Ibid.* C.

* *Chriſtus.* Si templo Dei ex Virgine nato Deus inerat habitans ſecundum ſolum affectum voluntatis; non eſt hoc unitas: alioquin eſt etiam unitas, cum in nobis etiam manſionem faciat Deus Verbum per Spiritum ſanctum utique. *Cyrillus.* III. 96. E.

Chriſtus. Non dicimus Verbum habitaſſe in Chriſto ut in communi homine. *Cyrill.* I. 1286. E.

* *Chriſtus.* Non homo aliquis pro nobis ſemetipſum dedit, ſed ipſe Deus Verbum ſuum corpus pro nobis dedit: ne ſit fides & ſpes noſtra in hominem. III. 290. B.

* *Chriſtus.* In Chriſto ſecundum carnem erat Pater & Filius ſecundum ſubſtantiam, ſed & ſecundum manſionem. *Theodor. Mopſueſt.* III. 18. A.

Chriſti dignitas & adoratio.

Chriſti honos & cultus, latriæ eſt. XI. 279. C. * Non homo propter Deum, vel Chriſtus cum Deo; ſed homo in Deo, & in homine Deus adoratur. VI. *parte II. circa med.* 1316. D. Ego ita adoro ſcabellum, ſicut & thronum: &c. *Ibidem.* E.

* Chriſti caro, ſive humanitas Chriſti, dulia eſt adoranda, non latria, quæ ſoli creatori debetur, inquiebat Gilbertus Porretanus. VI. *parte II. circa med.* 1314. E.

* Chriſtus, unus Dei Filius una ſervitute cum propria carne venerandus. *Cyrill.* I. 1287. D. Non alter cum altero coadoratur. *Ibid.* Sed unus Emmanuël. 1294. C. * Cavemus de Chriſto dicere, *Propter aſſumentem veneror aſſumtum:* aut, *Qui ſuſceptus eſt cum eo qui ſuſcepit connuncupatur Deus. Cyrill.* I. 1287. D. Qui hæc dicit, dividit in duos Chriſtos. *Ibid.* * Non hominem cum Verbo coadoramus, ita ut diviſionem aliquam induat illud *cum*: ſed unum & eumdem adoramus, quia non eſt alienum a Verbo corpus ſuum, cum quo etiam adſidet Patri. *Cyrill.* I. 1275. D.

* *Chriſtus.* Cum ſit conſtitutus homo ſuper omnia, ab omnibus adoratur, tamquam inſeparabilem habens cum divina natura conjunctionem, tum reſpectu & ratione Dei adoret eum omnis creatura. *Symbolum Neſtor.* I. 1516. E. * Filius virum in quo ſtatuit omnium facere judicium, unitate ad ſeipſum dignatus eſt; & per eam conjunctionem fecit ut & adorationis communionem haberet: omnibus quidem divinæ naturæ adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione & illum qui ei inſeparabiliter eſt conjunctus. *Theodor. Mopſueſt.* III. 17. D. * Templum Dei Verbi per conjunctionem ad Deum Verbum in locum veri Filii ab omnibus adoratur. *Theodor. Mopſueſt.* III. 19. C. D. Qui ita credit, anathema ſit. *Vigil. Ibidem.* D.

Chriſtus. Decebat illum qui numquam ab Unigenito ſeparatus eſt, una cum ipſo conglorificari. *Origenes.* III. 275. B.

* *Chriſtus.* Non quaſi alter cum altero coadoratur; ſed unus intelligitur Chriſtus Jesus Filius Unigenitus, una adoratione adorandus cum propria carne. IV. 347. C.

Chriſtus. Una adoratione Deum Ver-

bum incarnatum cum propria ipſius carne adoramus. *Conc. V.* III. 198. D.

* Chriſtum dicere hominem compactum Deo ſub æqualitate dignitatum, Neſtorii anile dogma. *Cyrill.* I. 1295. E.

Chriſtus. Si quis credit in ea invocatione, quæ in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti fit, non contineri & Chriſtum; anathema ſit. *Vigil.* III. 20. E.

Chriſti duæ voluntates & operationes.

Chriſtus. *Vide*, Monotheletæ.

Chriſtus in duabus naturis agnoſcendus, & in duabus liberis (αὐτεξουσίοις) operationibus & voluntatibus adorandus. IV. 143. E. Duas ipſius naturales voluntates & duas naturales operationes confitemur. *Definitio Concilii Lateran.* anno 649. III. 919. E. * Cum duas naturales voluntates & duas naturales operationes in uno Chriſto confitemur, non contrarias eas, nec adverſas ad alterutrum dicimus, ſicut Apoſtolicam traditionem accuſant a vero errantes. *Agatho Papa*, anno 680. III. 1079. B. * Unius ejuſdemque Domini noſtri duas videmus operationes; deitatis ejus & humanitatis, ſine partitione atque immutabiliter. *Joannes Scythop.* III. 886. E. 1239. B.

Chriſtum dicere volendi & operandi poteſtate præditum eſſe in utraque natura, nihil eſt aliud quam duas naturales voluntates dicere, & duas naturales operationes. III. 1842. E.

* Chriſtus duas naturales voluntates & duas naturales operationes habet, divinam & humanam, cohærenter συμφυῶς unitas: totus in noſtris. *Martinus Papa.* III. 638. B. 646. A. 657. E.

* Chriſtus, ut pote perfectus Deus & perfectus homo, duas naturales voluntates & duas naturales operationes habet. *Mediolan.* anno 679. III. 1054. E. * Qui non confitetur duas voluntates & duas operationes cohærenter unitas eo quod per utramque ejus naturam operator idem exſiſtit noſtræ ſalutis, condemnatus eſto. III. 921. B. C. Non negamus naturalem ejus humanitatis voluntatem, aut naturalem operationem; ne deïtati paſſiones applicemus. III. 1422. A. * Duas voluntates & duas operationes duabus Chriſti naturis congruentes, tamquam naturales proprietates confitemur. *Theodorus Hieroſolym.* IV. 147. D.

* Chriſtus humanam naturam, voluntatem, & operationem habuit pleniſſimam, ſine quolibet peccati vel concupiſcentiæ modo: atque adeo duas naturas, duaſque naturales voluntates. III. 743. D.

Chriſtus habet duas voluntates, duas operationes in una perſona Filii Verbi geniti a Patre. *Nicæn. Arab.* I. 507. E.

Chriſtus. Operatur utraque forma, ἑκατέρα μορφή, cum alterius communione quod proprium habuit. *Sophron. Hieroſol.* III. 1271. E.

* Chriſtus habet ex humanitatis natura nolle & poſſe mori: ex deitatis natura non poſſe mori. *Tolet. XIV.* anno 684. III. 1755. E. Habet voluntatem alteram, qua ſuſceptus eſt homo: alteram hominis, qua obediendum eſt Deo. *Ibidem.*

Chriſtum unam habere voluntatem & operationem, tamquam de una, ut ipſi perhibent, ejus natura compoſita procedentem, hæretici omnes aſſeverant. *Agatho Papa*, anno 680. III. 1094. B.

* Chriſtus. Qui dicunt unam Chriſti voluntatem, ecquam intelligunt? An divinam? At eſt & homo perfectus. An humanam, & hanc eſſe Deum perfectum? Videant ne cum Ebione & Photino damnentur. III. 613. C. Si ex utraque natura unam voluntatem, non ſolum naturales voluntates, ſed etiam naturas confundunt. *Ibidem.* C. D.

In Chriſto duæ voluntates, non duæ contrariæ.

* *Chriſtus.* Non fuit voluntas diverſa aut contraria Salvatori, quia ſuper legem natus eſt humanæ conditionis. *Honorius Papa.* III. 1322. B. Qui dicebant in Chriſto duas contrarias voluntates. III. 611. A.

* *Chriſtus.* In Chriſto diſcordia deſideriorum non gignebat compugnantiam voluntatum. II. 14. E.

* *Chriſtus.* Ne dicant hæretici, Deum Verbum ſalutarem voluiſſe paſſionem explere; carnem autem ejus contradixiſſe ipſius voluntati: hoc eſt enim perſonalem diviſionem inducere. Sed ipſe & unus Dominus indiviſe & inſeparabiliter quod natura noſtra nolebat volitum fecit: ſive, volebat & nolebat, ut Patres docent. *Martinus Papa in Conc. Lateran. anno* 649. III. 919. A.

* Chriſtus unam voluntatem ſecundum primam formationem Adæ naturalem humanitatis ſuæ habere dignatus eſt, non duas contrarias, quemadmodum nos habemus, qui genitis ſumus de Adæ peccato. III. 611. C. 613. A. B. Numquam habuit duas contrarias voluntates, nec repugnavit voluntati mentis ejus voluntas carnis ipſius. *Ibidem.* 611. E. quia nullum in eo peccatum fuit. *Ibidem.* Non duas contrarias mentis & carnis voluntates prædicamus, ſecundum quod quidam hæretici delirant. III. 611. E. quia a Salvatore noſtro natura ſuſcepta eſt, non criminis culpa. 612. B.

* *Chriſtus.* In Chriſto duæ ſunt agnoſcendæ naturales voluntates; non contrariæ, ſed humana ejus voluntas ſubjecta ejus divinæ atque omnipotenti voluntati: ſicut caro ejus non eſt perempta &c. *Eugenius* IV. anno 1444. IX. 1041. C.

Chriſti vox, Spiritus quidem promptus eſt, &c.

* *Chriſtus.* Formidare in paſſione, humanæ fragilitatis eſt. *Spiritus promptus eſt: caro autem infirma.* Suſcipere autem diſpenſationem, divinæ voluntatis atque virtutis eſt. *Gregor. Nyſſen.* III. 871. D. E. 1210. E. III. 1094. E.

* *Chriſtus.* Anima obnoxia paſſionibus, divinitas libera: ſive, Spiritus promptus, caro infirma. *Ambroſ.* III. III. 566. C.

* *Chriſtus. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Ergo duas voluntates declarat: unam quidem divinam; alteram autem humanam. *Severianus Gabal. in Conc. Lateran. ſub Martino Papa.* III. 874. D.

* *Chriſtus. Spiritus promptus eſt, caro autem infirma*: duas voluntates hic oſtendit: tam humanam, quod eſt carnis; quam divinam, quod eſt deïtatis. Humana quidem propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem: divina autem ejus eſt promptiſſima. *Athanaſ.* III. 870. C. 1086. B. 1194. D. 1207. C. 1235. C.

Chriſti vox, Tranſeat a me calix iſte.

* *Chriſtus. Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat hic calix.* Triſtitiam ſic aſſumſit, quomodo carnem: voluntate ſuſcipiens triſtitiam, quomodo voluntate ſuſcipiens carnem. *Auguſtin.* III. 866. E. 867. A.

* *Chriſtus. Tranſeat calix.... Verumtamen....* Humana natura in Chriſto, quantum in ipſo pertinet, reperitur: recuperatur autem per unitum ei Verbum ad audaciam Deo dignam. *Cyrillus.* III. 878. A. 1219. C. 1223. C.

* *Chriſtus. Tranſeat a me calix iſte.* Habebat nolle mori, eo quod caro mortem recuſabat naturaliter. *Cyrillus.* III. 875. B. C. Recuſatio calicis deſignat humanum in ipſo: divinitas autem inflexibile coruſcavit ſtatim. Dixit enim: *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Deodecibiliter & hoc dicit: nam per hoc quod Deus eſt, non eſt extra voluntatem Patris. *Idem. Ibidem.* D. & 1218. B.

* *Chriſtus.* Caro a Deo Verbo geſtata. Et non quidem timebat ipſe mortem, ſecundum quod Verbum eſt & Deus: habebat autem & nolle mori, eo quod mortem caro recuſabat naturaliter. *Cyrill. Alex.* III. 1095. B. E.

* Chriſtus ut homo recuſabat naturaliter mortem; ut Deus autem, idem ipſe propere veniebat ad paſſionem, ſicut aſſerit Cyrillus. III. 451. D. Humana voluntas propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem: divina autem ejus prompta, ut ait Athanaſius. *Conſtantinus Imp. Pogonatus. Ibidem.*

* *Chriſtus.* Pro omnibus mori ſpontaneum habebat, eo quod ita volebat divina natura: præter voluntatem vero, quantum ad carnem pertinet, quæ paſſionem recuſat. *Cyrillus.* III. 875. E.

Chriſti voces: Nunc anima mea turbata eſt: *&*, Triſtis eſt anima mea.

* Chriſtus cum dicit, *Nunc anima mea turbata eſt*, hoc factum eſt deïtate acquieſcente, carne autem inſurgente. *Athanaſ.* III. 1367. C.

Chriſti anima turbatur: turbatur ut ho-

mo: non turbatur ejus divinitas. *Ambroſius.* III. 747. A. B. 1203. C.

* Chriſtus, *Quid dicam? Salva me ex hac hora*: dixit ſecundum motionem carnis; *ideo veni in hanc horam*, dixit ſupervincente divinitate, pene nec apparere carnalem voluntatem permittente divina. *Athanaſ.* III. 1370. A.
* *Chriſtus. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Non propter mortem triſtis eſt Dominus, &c. *Ambroſ.* III. 866. B. Suſcepit meam triſtitiam, ut mihi ſuam lætitiam largiretur. *Ibid.* C. Doles ergo, Domine, non tua, ſed mea vulnera. *Ibid.* D. 1203. B C.
* *Chriſtus.* Triſtis non ipſe eſt, ſed anima. Non eſt triſtis ſapientia, ſed anima. *Ambroſ.* III. 566. C. Suſcepit voluntatem meam, ſuſcepit triſtitiam meam. Dolet non ſua, ſed mea vulnera: non ſuam mortem, ſed noſtram Infirmitatem. *Ambroſius.* III. 746. E. 1203. B.

Chriſti vox, Non ſicut ego volo.

* Chriſtus ut homo formidat tacite mortem: reſpuit autem ut Deus; *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Cyrill. Alexandr.* III. 1195. E.
* *Chriſtus. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Mea eſt triſtitia, quam meo ſuſcepit affectu. *Ambroſ.* III. 866. B. 1086. A. 1203. B.
* *Chriſtus.* Qui dixit. *Non mea voluntas*, humanam ſignavit: addens autem *tuam*, oſtendit conjunctionem propriæ divinitatis ad Patrem. *Gregor. Nyſſen.* III. 871. E.
* Chriſtus quamvis Deus eſt, veram in carne & ſecundum carnem obedientiam complet: & voluntati carnis voluntas prævalet deitatis, ſicut prædixit: *Quia deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam &c. Athanaſ.* III. 1367. E.
* *Chriſtus.* Voluntas carnis voluntati divinitatis ſubjacuit: ſicut dixit, *Non ut facerem voluntatem meam* &c. ſuam voluntatem dicens carnis, &c. *Athanaſ.* III. 870. E. 871. A. Oportebat moveri carnis ejus voluntatem, ſubjacere autem voluntati divinæ. *Ibidem.*
* *Chriſtus.* Secundum Patrum doctrinam, idem atque unus Dominus Jesus Chriſtus pro omnibus quidem mori ex voluntate habuit, eo quod ita divina ejus natura volebat: & iterum ex voluntate non habuit, quantum carni congruebat mortem recuſans. *Conc. Lateran. ſub Martino Papa.* III. 907. A.

Chriſtus obediens Patri non ſecundum divinitatis ſuæ voluntatem; nam obedientia humanæ magis competit voluntati. *Agatho Papa*, anno 680. III. 1090. C.

Chriſti mens.

Chriſtus. Ubi mens eſt, ibi omnino & voluntas. III. 1451. A. Ergo qui voluntatem humanam Chriſto adimunt, amentem faciunt. *Ibidem.* A. B.

Chriſtus. Si Chriſtus intellectualis, & non ſine intellectu eſt homo, intellectualis autem naturaliter per omnia & voluntarius eſt: ſileant deſipientes, &c. *Martinus Papa, in Conc. Lateran.* anno 649. III. 918. E.

* *Chriſtus.* Illud, *Mea doctrina non eſt mea*, quomodo intelligendum. IX. 569. E.

In Chriſto naturales carnis affectiones.

* *Chriſtus. Poſtea eſuriit.* Dedit enim quando voluit naturæ tempus propria operari. *Gregor. Nyſſ.* III. 883. C. 1099. D.
* *Chriſtus.* Ipſe Deus Verbum per divinam ejus voluntatem & operationem; divinitatis propria volens operabatur naturaliter, id eſt, miracula. Et iterum per humanam voluntatem & operationem is ipſe propria humanæ naturæ ſponte propter nos ſuſtinebat, id eſt, paſſiones: quoniam volens humane ipſe Deus eſuriem, ſitim, triſtitiamque ſuſcepit. *Martinus Papa in Conc. Lateran.* anno 649. III. 698. B.
* *Chriſtus.* Dabat Deus Verbum, cum volebat, humanæ naturæ tempus operari & pati quæ ſua ſunt; ne forte phantaſia diceretur ejus incarnatio. *Sophron. Hieroſol.* III. 1275. D. Neque enim involuntarie hæc aut neceſſitate ſuſcipiebat; vel ſi ea naturaliter & humane admittebat, humanis motionibus operabatur. Abominabilis hæc ſuſpicio eſt. Deus nempe erat, qui hæc pati carnaliter acquieſcebat. *Ibidem.* D. E. Erat ipſe arbiter paſſionum & actionum: & ideo erant humana illius ultra hominem. 1278. A.
* *Chriſtus.* Quia Filius alteram perſonam non aſſumſit per incarnationem, propter hoc nec aliquid peccati dicimus eum aſſumpſiſſe, hoc eſt, carnales voluntates & cogitationes. *Macarius Monothelita.* III. 1167. C.

Chriſti voluntas deïficata.

Chriſti voluntas deïficata tota, ſecundum Gregorium deiloquum. *Definitio fidei ſextæ ſynodi.* III. 1399. E. *Conſtantinus Imp.* 1454. B.

* *Chriſtus.* In Chriſto ſunt duæ voluntates, deïficans & deïficata. III. 887. E.
* Chriſti velle eſt deïficatum totum. *Greg. Theol.* 871. B. 1195. A. 1222. D.
* Chriſti voluntas humana per ipſam conjunctionem cum Verbo deïficata fuit; & ideo non fuit contraria Deo. *Agatho Papa*, anno 680. III. 1095. C. Si ergo & divinam & deïficatam habuit, duas utique habuit voluntates. *Ibid.* & 1195. B.

Chriſti voluntas eadem ac Patris.

* Chriſti voluntas eadem eſt, quæ eſt Patris. *Ambroſ.* III. 1184. E. 1186. A. * In Chriſto duæ voluntates: ſed voluntas Filii non eſt contraria voluntati Patris: quia quibus eſt divinitas una, non poteſt eſſe voluntas diverſa. *Tolet. XVI.* anno 693. III. 1792. B. * Faciamus voluntatem Patris, voluntatem Chriſti, voluntatem Spiritus ſancti: quia Trinitatis hujus una voluntas, una poteſtas. *Auguſtin.* III. 859. B.
* Chriſtus tradidit ſemetipſum; & a Patre traditus eſt. Una igitur Patris & Filii voluntas eſt. *Ambroſ.* III. 858. B. * Cum Filius quos velit vivificet, Patris & Filii operatio una eſt. *Ambroſ.* III. 858. E. Una ergo voluntas, ubi una operatio. Quam voluntatem habet Pater, eamdem habet & Filius. *Ibidem.* & 859. A.

Chriſti operatio θεανδρικὴ.

* *Chriſtus.* Prudentiſſime Dionyſius ait de Chriſto: *Neque ſecundum Deum divina operatus, neque ſecundum hominem humana*: ſummam unitionem denuncians ſicuti naturarum, ſic & ejuſdem naturalium operationum. *Martinus Papa.* III. 787. A.
* *Chriſtus.* Iſta vox, Deivirilis operatio, θεανδρικὴ ἐνέργεια, duas ſignificat operationes, divinam & humanam: non unam tantum, ut Themiſtius depravit. *Martinus Papa.* III. 786. B. Non unam naturalem, non unam compoſitam, non unam ſubſiſtentialem. *Ibidem.* D. E.
* *Chriſtus.* Unus Chriſtus & unus Filius; operans Deodecibilia & humana, una Deivirili (*Græce* θεανδρικῇ) operatione, ſecundum beatum Dionyſium. *Cyrus Alexandrinus.* III. 775. E.
* *Chriſtus.* Qui operationem θεανδρικὴν, unam interpretatur, & non duplicem ſecundum Patres mirifice & ſupernaturaliter unitam, condemnatus eſto. III. 921. E.
* *Chriſtus.* Dionyſius novam dixit θεανδρικὴν operationem, non ut duas, hoc eſt, divinam & humanam, unam eamdemque operationem oſtenderet; ſed ut per aliam alteram inconfuſe procedentem oſtenderet. *Martinus Papa.* III. 787. B. C. Hoc erat, ut idem Dionyſius ait, omnium novitatum ſupereminens novitas. *Ibidem.* & 790. B.
* *Chriſtus.* In tantam unitatem deïtas & humanitas conſerta eſt, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. I. 211. D.
* *Chriſtus.* Corpus cum deïtate operatum eſt actiones, quæ eſſentialiter deïtatis eſſe noſcuntur. *Sophron. Hieroſolym.* III. 1271. D. Ipſe tam quæ divina ſunt agit, quam quæ humana: ſimiliter & dicit & loquitur. *Ibidem.* E.
* *Chriſtus.* Omnem vocem & operationem, ſive humanam, ſive divinam; ex uno eodemque Chriſto dicimus procedere, ex una ejus compoſita & ſingulari ſubſiſtentia, ὑποστάσει. *Sophron. Hieroſolym.* III. 1275. A. Idem ipſe unus operabatur utraque; & ſic Neſtorius refellitur. *Ibidem.* B.
* Chriſtus totus adorans etiam cum divinitate; ſed non ſecundum divinitatem adorans. I. 1639. C. ut homo adorat. 1663. E.
* Chriſtus operabatur quæ Dei ſunt, per formam tamen humanam: quæ hominis ſunt, non ut purus homo, ſed ut humanatus Deus. *Conſtantinus (Pogonatus) Imp.* III. 1454. E. Nec ſine homine divina, nec ſine Deo agebantur humana. 1455. A.
* *Chriſtus.* Quaſi Deus loquitur quæ divina ſunt, quia Verbum eſt: quaſi homo dicit quæ ſunt humana, quia in ea

ſubſtantia loquebatur. Ambr. II. 303. A.

• *Chriſtus.* Caro paſſibilis naturæ eſt; operatricis autem, Verbum. *Gregor. Nyſſ.* III. 1227. B. • Carnis eſt paſſio; Dei autem, operatio. *Gregor. Nyſſ.* III. 1318. A.

• *Chriſtus.* Sicut Deus, docet divina, quoniam Verbum eſt; ſicut homo, loquitur humana, quoniam in mea loquitur natura. *Ambroſ.* II. 1169. C.

• Chriſtus ſe Dei Filium & hominis filium eſſe docuit: locutus & gerens homo univerſa quæ Dei ſunt; loquens & gerens deinde Deus univerſa quæ hominis ſunt. ita tamen ut ipſo illo utriuſque generis ſermone numquam niſi cum ſignificatione & hominis locutus ſit & Dei. *Hilarius.* III. 878. B. 1098. A. I. 205. E. 206. A.

• *Chriſtus.* In Chriſto Verbi & carnis una perſona eſt, quæ inſeparabiliter atque indiviſe communes habet actiones. Sed cernendum eſt quid ſit quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit quod Verbum ſine carne non efficit. I. 211. E. *Leo Papa.* III. 1099. D.

• *Chriſtus.* Nutriri & augeri, humanitatis eſt: ſuſcitare mortuos, divinitatis: utraque tamen ejuſdem Domini noſtri, temperantis humanitati deïtatem, ut decet. *Anaſtaſius Antioch. in Conc. Lateran. ſub Martino Papa citatus.* III. 886. D. *In ſynodo VI.* 1238. B.

• *Chriſtus.* Fiebant hæc non ſeparatim, & ſecundum qualitatem eorum quæ fiebant; ut ea quidem quæ corporis ſunt, abſque deïtate; quæ autem deïtatis, abſque corpore oſtenderentur: ſed conjunctim omnia fiebant, & unus erat qui perficiebat Dominus. *Athanaſ.* III. 880. E.

• *Chriſtus.* Si videmus eum per corpus velut per organum aliquid divinitus agentem aut loquentem, ſciamus quoniam Deus exſiſtens hæc operatur: ſi videmus humane loquentem ac patientem, ſciamus quoniam carnem indutus factus eſt homo; & ita hæc agit & loquitur. *Athanaſ.* III. 880. C. 1098. D. Deus per divinam operationem: homo per ſimilitudinem paſſionum & noſtrarum infirmitatum. *Idem ibidem.* 882. D. E. 1098. D. E.

• *Chriſtus.* Motio carnis in Chriſto, ſicut aqua in melicrato. III. 1367. D. Deïtas permiſit, ut ſuperabundaret caro; deinde eamdem ſuperavit. *Ibidem, ex Athanaſio.*

• *Chriſtus.* Oportebat carnis voluntatem moveri, ſubjici vero voluntati divinæ, juxta ſapientiſſimum Athanaſium. *Definitio fidei ſextæ ſynodi.* III. 1399. D.

• *Chriſtus.* Servanda diſtinctio divinitatis & carnis. Unus in utraque loquitur Dei Filius. Quaſi Deus loquitur quæ ſunt divina, quaſi homo quæ ſunt humana. I. 1406. C. D.

• *Chriſtus.* Agit utraque forma cum alterius communione quod proprium eſt: Verbo operante quod Verbi eſt, & carne exſequente quod carnis eſt. *Leo M.* II. 294. E. Utraque natura cum alterius communione indiviſe & inconfuſe operabatur propria. *Definitio ſextæ ſynodi.* III. 1402. B.

• Chriſtus unam voluntatem humanitatis naturalem habuit, quam in propria carne poteſtative ut omnium Dominus circumferebat. III. 613. B.

• *Chriſtus.* Verbum caro factum evacuat in perſona, quod poſſidet in natura, gerendo inferiora ſe vel agendo. *Lepor.* I. 1266. D.

• Chriſtus tametſi in partu & paſſione & morte naturæ noſtræ rem peregerit; res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. I. 205. C.

• *Chriſtus.* Quaſi Deus loquitur quæ ſunt divina; quaſi homo dicit quæ ſunt humana, quia in ea ſubſtantia loquebatur. *Ambroſ.* III. 878. C.

• *Chriſtus.* Hæc quæ nos tamquam Deo putamus indigna, non per ſe ſolus homo agebat judicio naturali; ſed Deus per hominem, atque in homine, poteſtate & myſterio implebat. *Lepor.* I. 1267. E.

• *Chriſtus.* Filius habens duas naturas, per aliam quidem divina ſigna operabatur; per aliam autem humilia ſuſcipiebat. *Juſtinus.* III. 882. A. homo oſtenſus per ſimilem paſſionem naturæ. *Ibidem.* B.

• Chriſtus adhibuit paſſiones, ubi adhibendas judicavit. III. 867. C. Hos motus certæ diſpenſationis gratia ita, cum voluit, ſuſcepit animo humano, ut cum voluit, factus eſt homo. *Ibid.* D.

• *Chriſtus.* Invenies carnis paſſiones in Chriſto motas fuiſſe, non ut obtineant, ſicut in nobis: ſed ut motæ deſtruerentur per virtutem inhabitantis carni Verbi. *Cyrillus Alex. in Conc. Lateran. citatus.* III. 915. D.

• *Chriſtus.* Athanaſius duas voluntates dixit Chriſtum oſtendere tempore paſſionis: ſed pie intelligamus, utpote unius Emmanuelis unam voluntatem modo humane, modo divine moveri. *Themiſtius hæret.* III. 894. D. E. 1039. D.

• *Chriſtus.* Sicut luminis operationem nemo ſeparat a corpore lucido; ratione autem diſcernens agnoſcit naturam, cujus eſt operatio: ita in Filio Dei. *Juſtin.* III. 1026. E.

• *Chriſtus.* Senſus corporei in Chriſto vigebant ſine lege peccati, & veritas affectionum ſub moderamine deïtatis & mentis. II. 14. E.

• *Chriſtus.* Deus Verbum uſus eſt tamquam inſtrumento, carne ad opera carnis; anima, ad humanas & inculpatas affectiones. *Cyrill. Alex.* III. 1230. D. E.

• *Chriſtus.* Corpore quidem connexam ſibi deïtatem, per tactum ſanitatem tribuens oſtendebat: anima autem per divinam voluntatem, virtutem ſignificabat divinam. *Greg. Nyſſ.* III. 871. C.

• Chriſtus non nolens mortuus eſt: ſed ex ſe venit ad mortem, conſortatus a Deo Verbo inhabitante ſibi. *Athanaſ.* III. 870. D.

• *Chriſtus.* Dominus ſibi in Chriſto mundum reconcilians, volebat quidem per animam, tangebat autem corpore. *Gregor. Nyſſ.* III. 871. B.

• Chriſtus non ſic omnia quæ erant paſſionum implevit, ut in nullo quaſi perfectus homo a divinitatis auxilio juvaretur. *Lepor.* I. 1267. D.

Chriſti ſcientia.

• Chriſtus utpote Deus verus, non ſolum qua Deus eſt æternus, omnia antequam ſint prævidit; ſed etiam qua homo, deïficata ſua mente omnia præſcivit. V. 958. B. • Chriſtus habet præſcientiam futurorum, τῶν μελλόντων, ut Deus; orat, ut homo: non ſecundum deïtatem, ut hæretici dicunt. *Chryſoſtomus.* III. 1206. A. • Chriſtus prædixit futurum, τὸ ἐσόμενον, ut Deus. *Chryſoſt.* III. 1006. E.
• Chriſtus novit quæ ex cruce futuræ erant, ἐπανορθώσεις, emendationes. *Cyrill. Alex.* III. 1218. A.

Chriſtus. Quæ humiliter ab ipſo & ab Apoſtolis de ipſo dicta ſunt, non Verbi ſunt, ſed ſervi formæ, quæ tanta in illo tempore cognoſcebat, quanta inhabitans deïtas revelavit. *Theodoretus.* III. 134. E. 135. A.

• Chriſtus cogitationes hominum perſvidebat, quod nulli eſt poſſibile, niſi ſoli Deo. *Clem. epiſt.* 3. I. 56. B.

Chriſtus. Dici non licet etiam ſecundum hominem ignoraſſe Dominum Prophetarum. *Lepor.* I. 1068. E.

• *Chriſtus.* Ipſe erat qui humane quidem dicebat. *Ubi poſitus eſt Lazarus!* & qui divinitus illum ſuſcitavit. I. 735. A.

Chriſtus. Propheta verus. *Clem. epiſt.* 3. I. 56. E. 57. D. 58. E. 60. E. Emmanuël non eſt merus homo; neque gratiam velut Propheta aut juſtus alius conſecutus. I. 1695. B. C.

• Chriſtum Dei filium, & eumdem filium hominis ſi quis dixerit futurorum ignorantiam aut diei ultimi judicii habuiſſe; & tanta ſcire potuiſſe, quanta ei deïtas, quaſi alteri cuidam inhabitans, revelabat; anathema ſit. *Vigil.* III. 39. C.

Chriſti anima videt Deum tam clare & intenſe, quantum clare & intenſe Deus videt ſeipſum. *Error Auguſtini de Roma, damnatus Baſileæ,* anno 1435. VIII. 1200. C.

Chriſti nativitas.

Chriſto naſcente, hiſtoriarum teſtimonio, Romæ fons olei de terra fluxit in Tiberim. VI. *parte II. poſt med.* 1404. A. Et Templum Romæ conditum, quod idola non ruiturum prædixerant, donec virgo pareret, eadem nocte funditus corruit. VI. *parte II. poſt med.* 1404. A.

• Chriſti natalis feſtivitas, eſt Dei inter homines manifeſtatio. I. 1655. A.

• Chriſti dies natalis, quo Magi munera obtulerunt. I. 1646. E.

Chriſtus cur pauper naſci voluit, non Romæ, non Imperatoris filius, &c. I. 1650. B.

Chriſti die natali qui jejunat, eadem mente qua Priſcillianus; anathema ſit. III. 348. C. D.

Chriſti vita uſque ad paſſionem.

• Chriſtus cum tanto tempore ſilebat; numquid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria, qui eſt vera gloria Patris? utique timebat: ſed non ſibi. Nobis timebat ab illa, nos inſtruebat. VIII. 1898. *Ex Bernardo.*

Chriſtus uſque ad triceſimum annum tranſegit, ut omni ætati benediceret. I. 420. B.
Chriſtus cur voluit baptizari. I. 1758. B. C.
• Chriſtus in Jordane baptizatus eſt, & nos baptizavit. IV. 6. A.
• Chriſto poſt jejunium ſubveniſſe Angelos, ut amico & domeſtico Dei, aiebat Theodorus Mopſueſtenus. III. 24. E. 25. A.
Chriſtus in cælo paſcebat Angelos, qui in terris cum peccatoribus cibum ſumebat. VI. 1409. A.
• Chriſtus noſtram in ſe præfigurabat gratiam, cum Spiritus ſanctus ſuper eum in baptiſmo deſcendit. IV. 505. A.
Chriſtus celebravit vetus Paſcha. *Trid.* X. 126. D.
Chriſtus Paſcha cum peregiſſe dicitur prima die azymorum, quæ dies ſit intelligenda. VII. 215. E. 216. A. B. *& ſeqq.*
• Chriſtus Judam a communione non removit. VI. *parte II. ſub finem.* 1871. D.
Chriſtus anno ætatis XXXIV. inchoato ad paſſionem venit. I. 419. C.
• Chriſtus eccleſiaſticos ordines in ſe complevit. V. 463. C.

Chriſti paſſio.

Chriſtus ſuam mortem deplorari non voluit, ſed adorari. *Error damnatus.* IX. 1947. C.
• Chriſtus non ſibi agonizavit, ſed nobis *Lepor.* I. 1266. D.
• Chriſti paſſio deſignatur ibi: *Lavabit in vino ſtolam ſuam*, &c. *Hiſpal. II.* anno 619. III. 563. D. Item ibi: *Foderunt manus meas*, &c. *Ibid.* E. Et ibi: *Venite, mittamus lignum in pane ejus. Ibidem.* Item ibi: *Manus meæ diſtillaverunt myrrham*, &c. 564. A. Et aliis locis ſimiliter. *Ibid.*
• *Chriſtus. Pater, glorifica nomen tuum:* hoc eſt, eleva jam ſuper crucem. *Chryſoſt.* III. 1214. E.
• Chriſtum qui dicit eguiſſe ut ei pro corroborandis cogitationibus ejus futura gloria promitteretur de tolerantia paſſionis, anathema ſit. *Vigil.* III. 15. E. 16. A. 18. C.
Chriſto in horto Angelus apparüit, ſuadens mala tolerare fortiter, &c. *Theodor. Mopſueſt.* III. 15. D. 18. B.
Chriſti ſudor. III. 1211. D. 1214. B. 1222. A.
Chriſti Paſſio. Ob memoriam Chriſti Paſſionis ſub meridiem campana pulſatur; & tunc dicentibus tria Pater noſter & tria Ave Maria, Indulgentia conceſſa. *Colon.* anno 1423. VIII. 1012. D.

Chriſtus Deus carne paſſus.

Chriſtum Deum carne paſſum qui non confitetur, anathema ſit. *Vigil.* III. 26. A. Deus carne paſſus. II. 1172. E. • Verbum paſſum carne: primogenitum ex mortuis, ſecundum quod vita & vivificans & Deus eſt. II. 1152. A. • Deum in carne natum, in carne paſſum, in carne mortuum, &c. confitemur. *Lepor.* I. 1268. D. Filius Dei paſſus carne, crucifixus carne, mortuus carne. III. 333. B. • Paſſiones carne voluntarie ſuſtinuit. III. 290. B. Paſſibilis carne, impaſſibilis deïtate. III. 290. A. Deum carnaliter paſſum Patres docebant. *Cyrill.* I. 1295. E. • Chriſtus paſſus carne, crucifixus carne, mortuus carne. *Vigil.* III. 6. B.
Chriſtus. Qui dixerit crucis dolorem Filium Dei Deum ſuſtinuiſſe, non carnem cum anima; anathema ſit. I. 802. E. Qui dixerit carne mortem guſtaſſe, & fuiſſe primogenitum ex mortuis, quatenus eſt Deus vivificus, anathema ſit. I. 803. A.
Chriſtus. Si quis Filium Dei crucifixum audiens, dealitatem ejus paſſam dicat, anathema ſit. *Sirm.* I. 703. B.
Chriſtus. Si anima occidi non poteſt, quomodo divinitas poteſt? III. 747. B.
Chriſtus. Qui dicis Deum paſſum carne & non paſſum Chriſtum carne, ſecundum Apoſtolum, damnetur. II. 838. D.
Chriſtus. Filium paſſum dicentes, non ratione deïtatis eum paſſum dicimus. I. 1730. E.
Chriſtus. Vita mortua eſt: hoc eſt, caro Dei vivificans, non ipſa divinitas. *Ibas Edeſſenus.* II. 523. B. C.
Chriſtus tantum carne paſſus. *Nicolaus I. Papa.* V. 140. E. Qui dicunt eum paſſionem crucis ſecundum deïtatem ſuſtinuiſſe, anathema ſint. V. 141. A.
Chriſti deitatem ſi quis dixerit convertibilem eſſe vel paſſibilem, anathema ſit. I. 993. D.

Chriſti vox, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti!

• Chriſtus non hanc vocem emiſit, *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti:* cauſa probandæ humanæ patientiæ, minime adjuvante deïtate in tantis doloribus. *Lepor.* I. 1267. E. 1268. A. • Sed ſignificavit corpus a Deo & ab anima ſua pro tempore relinquendum. *Ibid.* B.
• *Chriſtus. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti!* Ut homo loquitur, meos circumferens metus, quod in periculis poſiti a Deo deſeri nos putamus. *Ambroſ.* III. 747. B. 1203. D.
Chriſtus. Deus meus, ut quid me dereliquiſti! vox propria corporis, quod non ſolet velle vita carere. *Theophil. Alexandr.* III. 874. C.
• *Chriſtus.* Quando dixit, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti!* ex perſona noſtra dicit. *Athanaſ.* III. 1194. E.
Chriſtum orantem ideo non eſſe auditum, quod non ut oportet oraſſet, dixiſſe Chryſoſtomus accuſatus. I. 1042. B.
Chriſto patiente miracula quæ facta ſunt, propter humanitatem Chriſti facta eſſe; ut quæ in Ægypto, propter Judæos: aïebat Theodorus Mopſueſt. III. 25. D. E.
• *Chriſtus.* Verus crucifixus. VII. 129. C.
• Chriſtus crucifixus, aries hærens cornibus, *ex Auguſtino.* IV. 807. B.

Chriſtus cur mortuus.

• *Chriſtus.* Nobis debebatur crucis ſupplicium: ſed ſi omnes crucifixi eſſemus, nos ipſos a morte liberare non poſſemus. I. 419. C.
• Chriſtus paſſus eſt ad depellendam priorum caliginem delictorum. IX. 1311. E.
Chriſtus pro delictis noſtris paſſionem ſuſtinuit. V. 737. C. • Per ipſius incarnationem, paſſionem, mortem, & reſurrectionem, a peccatorum nexibus Deus nos liberavit. *Vigil.* III. 35. B. Chriſtus cum morte congreſſus, contemptum mortis oſtendit. II. 634. B. • Chriſtus peccati debitum ſolvit, & ſic deſtruxit diabolum, qui mortis habebat imperium. I. 1727. D. Chriſtus venit, ut illum qui habebat mortis imperium, ſua morte deſtrueret. *Anaclet. epiſt.* 2. I. 71. E. • Chriſtus totum ſe reparando homini decepto impendit, ut mortem & diabolum vinceret. *Leo M.* II. 291. A. B. • Qui in ligno vicerat, in ligno quoque ſuperatus eſt a Deo & homine Chriſto JESU. VI. *parte II. poſt med.* 1405. E. Potenter & prudenter. *Ibid. Alexander III.* • Chriſtus diabolum fefellit. *Nicæn. Arab.* I. 518. D. • *Chriſti mors.* Mors noſtra mortua tunc eſt, & noſter interitus interiit. *Urbanus IV.* anno 1264. VII. 548. E. • Chriſtus mortuus eſt, ut mortem ineffabili potentia proculcaret, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recurſum. *Cyrill.* I. 1287. E.
• Chriſtus venit ut mortem morte calcaſet. III. 6. B. • Chriſtus moritur, ut mors moriatur. *Cyrillus.* III. 875. E.
• Chriſtus mortem ſuſcepit pro nobis, ex nobis, & vice noſtra. I. 420. C.
• *Chriſtus.* Caro mortua, ut in eo mors moreretur. *Auguſtin.* III. 567. D. • Chriſtus mortuus, ut mortem perimeret. I. 1646. C. D. 1654. A. 1662. D.
• Chriſtus mortuus eſt, ut mortis imperio proculcato, nos ſecum exſuſcitet. I. 1702. B.
• *Chriſtus.* Miſſus eſt a Deo Patre Filius, ut homo pro homine moreretur, & pro homine captivo tributum mortis exſolveret, eumque tamquam Deus cæleſti poteſtate redimeret. *Alexander III. Papa.* VI. *parte II. poſt med.* 1403. C.
* *Confeſſio.* Delebit peccata ſua, qui cum confeſſione ſalutiferam amplectitur doctrinam: ut letalem morbum, qui ſalutarem a medico accipit potionem VI. 671. B. Poſſet quia peracta confeſſione Dei miſericordiam cito conſequi, ſi deploret ſimul a diabolo ſe ſeductum, talia perpetraſſe. VI. 671. C.

Confeſſio. Sacerdos hominum animabus medicus conſtitute, interroga de moribus, extorque ſcelera: vide ne uno eodemque modo judices divites & pauperes, liberos & ſervos, ordinatos & ſæculares: *&c.* VI 665. A. B.

* *Confeſſio.* Deus ſanitatem plerumque largitur medicorum operatione. *Cabilon.* anno 813. IV. 1037. C.

* Confiteri non eſt erubeſcendum, ubi Deo miſerante de ipſo peccato debet reus accipere conſilium ſanitatis. IV. 1187. E.

* Confeſſor ſit diſcretus & cautus, more periti medici: & norit quale conſilium & cujuſmodi remedium debeat peccatori exhibere. *Lateran.* anno 1215. VII. 35. E.

* Confeſſarius, ut medicus ſapiens & perfectus, &c. *Exon.* anno 1287. VII. 1078. C.

* Confiteri ei qui præeſt non eſt erubeſcendum, ut ab ipſo per verbum Dei & ſalubre conſilium malum curetur. *Clem. epiſt.* 1. I. 41. D.

Confeſſio. Quod ignorat medicina non curat. *Trid.* X. 92. E.

* *Confeſſio.* Qui occulte deliquerint, illis confiteantur, quos epiſcopi & plebium archipresbyteri idoneos ad ſecretiora vulnera mentium medicos elegerint. V. 26. C.

Confeſſor. Ad confeſſorem meum perrexi, & conſilium ejus quæſivi. V. 522. A.

* Confeſſarius meus ſpiritalis medicus. VI. 665. C.

Confeſſiones quomodo & ubi ſint audiendæ.

Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat in confeſſione audienda. VII. 97. A. B. Et de quibus interrogare debeant confitentes in ſingulis vitiis capitalibus. *Clarom.* anno 1268. VII. 595. 596. *& ſeqq*

Confeſſio. Quæ ſint in ea obſervanda, interroganda, &c. VII. 283. 284. 285. 286. VII. 1079. A. *Exon.* anno 1287. VII. 1124. C. *& ſeqq.* *Nemauſ.* anno 1284. VII. 907. 908. 909. 910. *Conſtit. Nicoſ.* anno 1298. VII. 1732. C. D. E. 1733. 1734. *Lameth.* anno 1330. VII. 1552. B. C. D. E.

Confeſſio. Capitula de confeſſione edita in ſynodo Pariſ. anno circ. 1197. VI. *parte II. ſub finem.* 1940. C. D. E. 1941. A. B. C.

Confeſſariis monita & præcepta ſynodi Colonienſis, anno 1280. VII. 826. D. E. 827. 828.

Confeſſarius eſto eruditus, ſilentii tenax, *&c.* IX. 2009. B.

Confeſſarii ad ſcientiam ſibi neceſſariam hauriendam legant diligentiſſime Directorium Polanci, Manuale Navarri, Summam Toleti, Enchiridion Binsfeldii, & ſimiles libros. *Mechlin.* anno 1607. X. 1944. E.

Confeſſor non debet eſſe promptus ad facile judicandum de aliquo quod ſit mortale peccatum, niſi ſit in dictis ſcripturæ vel ſanctorum expreſſum. *Vaur.* anno 1368. VII. 1811. B.

Confeſſariorum examen. *Ex S. Carolo Borromæo.* X. 1048. E. 1049. A. B. C. D.

Confeſſarius. Si quis in examine paulo rudior repertus fuerit, non ei facultas concedatur, niſi epiſcopus putaverit concedendam ad breve tempus. *Avenion.* anno 1594. X. 1846. D.

Confeſſor in dubiis ſemper conſulat ſapientes viros, *&c.* VI. *parte ſub finem.* 1940. E.

Confeſſio. Rectores in caſibus dubitabilibus ad ſuperiorem recurrant confidenter: vel ſaltem peritiores conſulant. Quod ſi non fecerint, & ex eo periculum aliquod emerſerit, gravi ſubjaceant ultioni. *Saltzburg.* anno 1386. VII. 1901. C.

Confeſſarii ne inquirant nomina perſonarum cum quibus peccaverunt confitentes. VII. 1979. B. IX. 2119. D. *Claromont.* anno 1268. VII. 595. C.

Confeſſariis vetitum ſub pœna excommunicationis, ne a confitentibus nomina eorum, cum quibus peccaverint, inquirant; vel circumſtantias, per quas poſſint ſciri. *Colon.* anno 1280. VII. 828. C.

Confeſſiones extra eccleſiam nullus audiat, niſi in neceſſitate magna aut infirmitate. *Valent.* anno 1258. VII. 1978. C. Confeſſarii non audiant confeſſiones in locis privatis, ſed in eccleſiæ ſedibus ad id deputatis, & ſuperpelliciis induti. X. 1482. B. Confeſſiones laïcorum in ſacriſtiis numquam audiantur. XI. 72. B. Confeſſiones pauperum donentur in eccleſia. IV. 846. C. Confeſſiones mulierum ubi audiendæ. VII. 96. C. 270. D.

Confeſſionalia quæ vocantur. X. 459. D. 464. B. Quomodo conſtituenda. XI. 17. D. X. 1800. C.

Confeſſionalia aſſerculo cancellato confeſſarium a pœnitente, pœnitentem a ſequentibus alio aſſerculo disjungant. X. 1944. C.

CONFESSIONUM audiendarum tempora in noctem ne protrahant confeſſarii, neve ante auroram præveniant. XI. 72. C.

CONFESSIONES ne audiat ſacerdos niſi decenti habitu. XI. 18. A. Confeſſarii quo habitu & qua ratione confeſſiones audiant. X. 981. E. 982. A. *Ex S. Carolo Borromæo.* Confeſſiones presbyteri ne audiant, niſi in ſuperpelliceo, ſtola & habitu ſacerdotali, ſed maxime in conſcientiæ puritate. *Rotomag.* anno 1581. X. 1218. A.

Confeſſarii Regulares, tam Monachi, quam Mendicantes, eum habitum veſtitumque in hoc miniſterio adhibeant, quem in choro adhibent, ad divina officia. *Aquenſe*, anno 1585. X. 1532. A.

Confeſſionis ſigillum.

Confitentes ſecreta confeſſione ſacerdotibus peccata ſua, & ea dignæ pœnitentiæ ſatisfactione deflentes, nequaquam ſunt prodendi. VI. 157. D. Peccata eorum nulli ſunt manifeſtanda, niſi ſoli Domino in ſecreta oratione: pro quibus ſicuti & pro ſuis jugiter intercedat peccatis. VI. 157. D.
Confeſſionis ſigillum ſub graviſſima depoſitionis pœna ſacri canones inviolatum eſſe voluerunt. IX. 2161. B.
Confeſſionem qui revelaſſe convictus fuerit, ſine ſpe reconciliationis debet degradari. *Lameth.* anno 1330. VII. 1553. A.
Confeſſionis ſigillum qui revelat, perpetuo carceri mancipetur, pane & aqua ſolummodo ſuſtentandus. VII. 1255. A. B. anno 1302. In arctum monaſterium detrudatur, &c. *Exon.* anno 1287. VII. 1080. C. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 912. E. X. 1944. E. IX. 2119. D.
Confeſſarius ne etiam generaliter confeſſionem revelet, dicens: Ego ſcio quales eſtis. Quod ſi vel ſic dixerit, degradetur. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 97. D.
Confeſſionis jure perſona ſecreto peccantis nulli detegatur. VI 1520. E.
Confeſſionem privatam filii vel filiæ ſuæ ſpiritalis ſi ſacerdos revelaſſe convictus fuerit, officio & beneficio eccleſiaſtico perpetuo ſpolietur. *Dalmaticum, anno* 1179. VI. *parte II. ſub finem.* 1953. A.
Confeſſio. Si ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicujus criminis; vel ſi confeſſus fuerit, & noluerit emendare; non poteſt eum nominatim removere a communione, quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus: ſed debet eum admonere ne ſe ingerat, &c. VI. *parte II. ſub finem.* 1871. C.
• Confeſſores tres vel quatuor jubentur diſtricte & in virtute Spiritus ſancti, ut pote qui cognoſcunt corda & renes ſingulorum, ut ipſi eligant duodecim vel novem fratres, qui de conventu eligant abbatem. VII. 246. C. *anno* 1235.
Confeſſio. Pœnitentiæ nec a pœnitentibus nec a ſacerdotibus revelandæ. IX. 1921. E.

Confeſſiones Monialium.

Confeſſio. Ad audiendas confeſſiones Monialium neceſſaria eſt ſpecialis approbatio epiſcopi. XI. 152. D. E.
Confeſſarii monialium. De his decretum Concibi Colonienſis, anni 1536. IX. 2019. D. E. Quales eos eſſe oporteat, quid cavere debeant. *Ibidem.*
Confeſſores monialium ſint fratres Prædicatores & conſimiliter Minores. Alii autem religioſi ab auditu confeſſionum Monialium penitus ſint excluſi. *Redingenſe*, anno 1279. VII. 788. D. E. *Vide*, Monialibus.

Confeſſiones infirmorum.

Confeſſio. Medici, cum ad infirmos vocari eos contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, quod medicos advocent animorum. *Lateran.* anno 1215. VII. 38. B.
Confeſſio. Medici poſt triduum ab ægrotantis curatione abſtineant, niſi eo tridui ſpatio de peccatis ſuis confeſſus ille ſit: idque ſub pœna excommunicationis. X. 738. D. *Dertuſan.* anno 1429. VIII. 1084. A. B.
Confiteantur ut ægri in lecto jacentes ante quatriduum, medici illos admoneant: &c. X. 653. A. B.
Confeſſio infirmorum. De quorum convaleſcentia deſperatur, Dei miſericordiæ commendentur: nec eſt eis præciſe pœnitentia injungenda, ſed notificanda potius quæ debetur; ut ſi convaluerint, perficiant eam. *Exon.* anno 1287. VII. 1079. C.
Confeſſio. Dicebant Boni homines, infirmis ſufficere, ſi confiterentur cui vellent. VI. *parte II. ſub finem.* 1644. B.
Confeſſiones infirmantium nonniſi per ipſos parochiales presbyteros fieri præcipimus, ſi haberi potuerint; vel per alios presbyteros ſæculares vel religioſos, de ipſorum licentia: quam licentiam dari præcipimus ab eiſdem liberaliter & libenter. *Arelat.* anno 1275. VII. 732. C.
Confeſſiones infirmorum ne fratres Prædicatores vel Minores audiant abſque licentia proprii ſacerdotis. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 913. C.
Confeſſio. Si qui ægroti Regularibus confeſſi fuerint, id Parocho Confeſſarius vel ſcripto vel verbo ſignificet; ut ſecurius ſacramenta infirmis adminiſtret. *Burdigal.* anno 1624. XI. 71. A.
Confeſſio. Cum ſacerdos audit confeſſionem infirmi, ei pœnitentiam ſignificet, non injungat, niſi reſtitutionem faciendam: ſed dicat ei, quod revertatur ad ipſum, cum ſanus fuerit: ſi vero obierit, Deum roget pro eodem. *Valentin.* anno 1255. VII. 1979. C. *Claromont.* anno 1268. VII. 599. D.
Confeſſio. Qui neceſſitate mortis urgente confitetur peccata ſua, ſub ea conditione reconcilietur a ſacerdote, ut ſi ei Dominus vitam donaverit, omnino pœniteat, ſecundum qualitatem delicti. *Namnet.* VI. 458. C.

Confeſſio cui facienda.

Confeſſio. Clericus quilibet prælato ſuo, & non alii confiteatur, niſi de conſenſu ſui prælati, vel ab eo licentia expetita. VI. *parte II. ſub finem.* 2002. A. *Pariſ.* anno 1212.
Confeſſio. Sacerdos nullus ſæcularis, ſine mandato ſuperioris, aut ejus qui in aliqua parochia curam animarum gerit, confeſſiones recipiat, omiſſis propriis ſacerdotibus. *Pariſ.* anno 1212. VI. *parte II. ſub finem.* 2003. C.
Confeſſio. Qui de ſuis peccatis aliqua celat epiſcopo ſuo, & vadit quaſi per alios ſacerdotes ſuas confeſſiones dando &c. IV. 1187. D. Si epiſcopus hoc detegat, corporalem diſciplinam vel carcerem ille patiatur, qui erubuit epiſcopo confiteri. *Ibidem.*
Confeſſor unus ſit in quolibet decanatu, qui audiat confeſſiones ſacerdotum; vel ad minus unus confeſſor pro duobus decanatibus. VII. 278. D. anno 1237. *Wigorn.* anno 1240. VII. 336. D. Qui audiant confeſſiones Rectorum & aliorum ſacerdotum, &c. *Lambeth.* anno 1281. VII. 865. B. *Lameth.* anno 1330. VII. 1553. B.
Confeſſoribus per ſingulos decanatus conſtitutis peccata ſua confiteantur ſacerdotes bis in anno, (hoc eſt, Parochi.) VI. *parte II. ſub finem.* 1978. A. Confeſſores nomina confitentium ſcribant, & ad epiſcopum ad ſynodum deferant. *Ibidem.* B.
Confeſſores. Quia decani rurales & perſonæ erubeſcunt forte confiteri ſuo prælato; certi Confeſſores per ſingulos archidiaconatus conſtituantur ab epiſcopo loci, qui confeſſiones audiant decanorum ruralium, presbyterorum, & perſonarum. VII. 120. A. Canonici ſæculares confiteantur epiſcopo, vel decano, vel certis perſonis ad hoc per epiſcopum, vel decanum & capitulum conſtitutis. *Ibidem.*
Confeſſio. Sacerdotes omnes confiteantur ſuis decanis: abbates, præpoſiti, decani, archidiaconi, epiſcopo vel vicario: quia incumbit prælatis vultum agnoſcere ſubditorum. *Conc. Friſing.* anno 1440. IX. 1290. C.
Confeſſio. Concedimus ex gratia, ut Rectores eccleſiarum parochialium ſibi poſſint eligere confeſſores, præcipue fratres Minores & Prædicatores, &c. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 913. A. B.
Confeſſiones confitentium detegere Fratres Prædicatores & Minores presbyteri confingebant, quos conſcientiæ reatus accuſabat, quique timebant ne parochiani ſui illis confiterentur. VII. 848. E. anno 1280.
Confeſſarius. Presbyteri eligant ſibi confeſſarium ex approbatis ab Ordinario. X. 1672. B.
Confeſſio. Sacerdos quilibet ſpecialiter de licentia ſui epiſcopi, habeat ſuum confeſſorem: cui, & non alii, ſemper, quando commode poterit, confiteatur. *Conſtitut. Nicoſ.* anno 1313. VII. 1742. D. Confiteri cuilibet presbytero idoneo poteſt licite presbyter volens celebrare, ſi proprius confeſſor non adſit. *Vaur.* anno 1368. VII. 1836. D. Et abſolvi poteſt ab eodem. *Ibidem.*
Confeſſores ad audiendas confeſſiones clericorum ejuſmodi numero ſint, ut confiteri volentes delectum habeant inter illos. *Ex S. Carolo Borromæo.* X. 746. C.
Confeſſores qui & quot inſtituendi ſunt. VII. 293. A.
Confeſſarii plures ſcholaſticis conſtituendi. *S. Carolus Borromæus.* X. 767. C.
Confeſſio. Presbyter in exercitu, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam poſſint. *Conc. German.* anno 742. III. 1920. C.
Confeſſio. Nulli religioſo liceat extra ſuam profeſſionem & ordinem ſibi eli-

gere confeſſorem, niſi de prælati ſui licentia. *Salzburg.* anno 1274. VII. 726. C.

Confeſſores duo in quolibet Capitulo ſint, qui confeſſiones audiant ſacerdotum & aliorum clericorum frequenter. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 97. E. Si quis autem confiteri nolit, trahatur ad pœnitentiarium, vel ad epiſcopum. 98. A.

* *Confeſſio.* Feciſti confeſſionem, & accepiſti pœnas de peccato illo tepœnitens? Etiam. Cui confeſſus es, & a quo accepiſti epitimium? Qui dedit mihi epitimium, defunctus eſt. Quis vocabatur? Neſcio. Tantum ſcio, quia chartularius erat, & tonſus eſt, & Stylites fuit annis XL. Sacerdos erat? Neſcio. Abbas erat, & fidebam ei. Cuſtodiſti epitimia? Certe. V. 889. E.

Confeſſio Deo ſoli, ſi neceſſe eſt, agi licet. *Theodor. Cantuar.* III. 1774. E. 1778. B. *Gregor. III. Papa.* 1876. D.

Confeſſarii Regulares.

Confeſſio. Ne religioſi, monachi, vel canonici, anachoritæ, eremitæ, ſubditum alicujus audeant ad pœnitentiam admittere. *Lameth.* anno 1330. VII. 1553. B.

* *Confeſſio.* Non videtur congruum, ut clerici & laici epiſcoporum & presbyterorum judicia declinantes, monachis ſacerdotibus confeſſiones peccatorum ſuorum faciant: cum id facere monachis fas non ſit. *Concil. Pariſ. VI.* anno 829. IV. 1323. C. D.

Confeſſi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata iterum confiteri proprio ſacerdoti. *Error Joannis de Polliace.* VII. 1413. A.

Confeſſio facta ſacerdotibus ex Ordine Mendicantium. *Vide*, Mendicantes.

Confeſſariis etiam regularibus vetitum eſt, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ decreto, ne pœnitentem quemquam ex privilegiorum vi auctoritateque abſolvant. X. 1115. B.

Confeſſio. Si quis mortaliter deliquerit, recipiat pœnitentiam a proprio ſacerdote, ſeu confeſſore, vel a Prædicatoribus, vel Minoribus. *Valentin.* anno 1258. VII. 1978. C.

Confeſſiones audiri a Dominicanis & Franciſcanis, quæ audiri ab ipſis deberent, queruntur presbyteri ſæculares, in Conc. Ravenn. anno 1259. 507. D.

Confeſſio. Inter epiſcopos provinciæ Remenſis, & Prædicatores ac Minores, occaſione cujuſdam conceſſionis a Martino Papa IV. ſuper confeſſionibus audiendis & injungendis pœnitentiis ſibi factæ, gravis eſt orta diſſenſio. VII. 1129. C. *anno* 1287. Ad proſequendam Romæ litem, epiſcopi conferunt viceſimam ſuorum redituum: clerici alii ac laici omnes, centeſimam. 1130. C. D. E.

Confeſſio. Ad audiendum confeſſiones non admittantur clerici vel religioſi ſine litteris Ordinariorum. *Dertuſan.* anno 1429. VIII. 1082. C. D. E. *Avenion.* anno 1279. VII. 780. B. C. Maxime in Quadrageſima & Paſcha, niſi de licentia epiſcopi in ſcriptis habita. X. 1244. E. Niſi approbatus ab Ordinario. *Trid.* X. 143. B.

Confeſſio. Mendicantes, etiam non præſentatos Ordinariis, omnium confeſſiones poſſe audire; nec obligari eos, qui apud illos ſint confeſſi, etiam ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, aut petere confitendi veniam; erroneum declaratum Baſileæ. IX. 1191. C.

Confeſſio. Si prælati Fratribus ad confeſſiones audiendas electis, hujuſmodi exhibere licentiam recuſaverint; nos ex nunc ipſis, ut confeſſiones audire libere liciteque valeant ſibi confiteri volentium, eiſque pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impertiri, concedimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. *Bonifacius Papa, vel Clement. Dudum.* VII. 1719. A. B. Ita tamen ut non ampliorem habeant poteſtatem, quam Curati, ſeu presbyteri parochiales. *Ibidem.*

Confeſſio. Religioſi ſemel ſimpliciter approbati, poſſunt in diœceſi epiſcopi approbantis audire confeſſiones etiam in Paſchate, abſque ulla parochorum vel epiſcopi licentia; & infirmorum etiam quorumcumque. XI. 153. B. C. Et qui ſic ſimpliciter & abſque ulla præfinitione temporis approbatis confeſſi fuerint, ſatisfecerunt canoni, *Omnis utriuſque ſexus*, quoad confeſſionem. *Ibidem.* C.

Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius conventus Regularibus adimere epiſcopus nullatenus poteſt, inconſulta Sede Apoſtolica. XI. 153. D.

Confeſſio. Religioſi ad confeſſiones approbati in una diœceſi, non poſſunt in alia diœceſi audire confeſſiones, etiamſi pœnitentes ſubditi ſint epiſcopi a quo fuerunt approbati, ſine licentia epiſcopi diœceſani. XI. 152. D.

Confeſſio. Religioſi approbati ad audiendas confeſſiones, non poſſunt ab illis audiendis ſuſpendi, nec poſſunt licentiæ illis conceſſæ revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa quam epiſcopus non tenetur ipſis Regularibus ſignificare. XI. 153. C.

Confeſſiones contrahentium ne audiantur per clericos curſores. *Salmur.* anno 1294. VII. 1172. B.

Confeſſiones audiendi poteſtas facta diverſarum religionum fratribus, revocatur ab archiepiſcopo Saltzburgenſi, anno 1274. VII. 723. C.

Confeſſarius. Qui ad Confeſſarium, etiam Regularem, in aliena diœceſi commorantem dedita opera ſe conferens, peccata ſua ſit confeſſus; niſi confeſſarius ille & ab epiſcopo loci, & a confitentis Ordinario ſit approbatus; ei tamquam inconfeſſo Euchariſtiam Parochus ne præbeat: &c. *S. Carolus Borromæus.* X. 775. D.

Confeſſio. Epiſcopi licentiam audiendi confeſſiones concedant in tali numero ex conventibus Religioſorum Mendicantium, ſicut continetur in Decretali, *Super cathedram*, & Clementina, *Dudum*: nec indifferenter caſus epiſcopales concedant, ſicut in multis diœceſibus fieri conſuevit. *Sueſſion.* ſive *Remenſ.* anno 1456. IX. 1386. A.

Confeſſio. Religioſi ad confeſſiones audiendas admiſſi tempore Quadrageſimæ. *Mechlin.* anno 1570. X. 1181. C.

Confitentes Religioſis Mendicantibus conſtitutioni, *Omnis utriuſque ſexus*, ſatisfaciunt quoad confeſſionem dumtaxat. IX. 1833. C. 1834. D. *Lateran. Concil. ſub Leone X.*

Confeſſio. Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſſiones, immo nec Deus. *Error Joannis de Polliaco.* VII. 1413. B.

Confeſſio. Stante ſtatuto, *Omnis utriuſque ſexus*, edito in Concilio generali, Romanus Pontifex non poteſt facere, quod parochiani non teneantur confiteri omnia ſua peccata ſemel in anno proprio ſacerdoti, hoc eſt, parochiali Curato. *Error Joannis de Polliaco.* VII. 1413. A.

Confeſſionales litteras concedere juſtum eſt: & privilegia de confeſſionibus audiendis nemo non approbat: dantur enim non in favorem confeſſorum, aut odium alicujus, ſed in favorem pœnitentium. VIII. 1799. E. 1800. A.

Caſus reſervati.

Confiteri epiſcopo qui debeant, vel ejus pœnitentiario. VII. 851. B. C. D.

Confeſſio. Confeſſarii majora peccata reſervent majoribus ac diſcretioribus, ſicut homicidia, ſacrilegia, &c. At ſi peccata enormia fuerint publica, tranſmittant Pœnitentiario epiſcopi, &c. *Valentin.* anno 1255. VII. 1979. A. B.

Confeſſarius a caſibus reſervatis habens abſolvendi facultatem, ſuper irregularitatibus aut votis diſpenſare non præſumat, &c. X. 1944. D.

Confeſſio. Mendicantibus ab epiſcopo ad audiendas confeſſiones approbatis, non competit poteſtas amplior, quam Curatis vel parochialibus ſacerdotibus eſt conceſſa. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1963. A. B. Niſi eccleſiarum prælati uberiorem eis gratiam faciant. *Ibidem.*

Confeſſio. A caſibus qui ſunt epiſcopo reſervati non poſſunt abſolvere Prædicatores & Minores, niſi de licentia ſpeciali epiſcopi: &c. VII. 956. A. B. C. D.

Confeſſio. Religioſi propter imbecillium & impotentium & pauperum occupationes & penuriam, aliquando per villas & oppida pœnitentiarios ſuos in Quadrageſima deſtinant, ut eos a caſibus, qui majoribus reſervantur, abſolvant. Ea occaſione magna pars Chriſtianorum propriis ſacerdotibus ſuper confeſſionibus illudunt, &c. Confeſſores hujuſmodi ne generalibus parochianorum confeſſionibus audiendis ſe occupent, niſi de licentia Curati, &c. *Arelat.* anno 1260. VII. 516. A. B. C.

Confeſſio. Epiſcopi fratribus Prædicatoribus aut Minoribus, aut aliis quibuslibet religioſis poteſtatem abſolvendi a caſibus ſibi reſervatis ne tribuant, niſi certis dumtaxat perſonis, quas epiſcopi duxerint eligendas in certis caſibus, qui in conceſſione ſpecialiter inſerantur: ſed confeſſio Paſchalis ea

Digitized by Google

conceſſione non includatur, &c. *Rotomag.* anno 1299. VII. 1204. E.
Confeſſarii Regulares ne eorum peccatorum, quorum abſolutio epiſcopo reſervata eſt, vinculis irretitos pœnitentes abſolvant, quemadmodum a ſancta Sede Apoſtolica declaratum eſt, id eis non licere, quavis privilegiorum ſuorum auctoritate. *S. Carolus Borromæus.* X. 776. A.
Confeſſio. Nulli ordini religioſo per quodcumque privilegium facta umquam poteſtas eſt abſolvendi a caſibus epiſcopo reſervatis. XI. 153. D. E.
Confeſſio. Mendicantes proponentes verbum Dei, decimas perſolvendas eſſe prædicent; alias non habeant poteſtatem abſolvendi in caſibus epiſcopis reſervatis. *Noviom.* anno 1344. VII. 1673. D. E. *Vide*, Caſus reſervati.

Confitentibus pœnitentia indicanda.

Confitentibus judicare & indicare pœnitentiam. IV. 943. E.
Confeſſione data, pœnitentia indicatur. *Cabilon.* anno 650. III. 949. D.
Confeſſio. Ut injunctæ pœnæ ſatisfacere valeant pœnitentes, ſacerdos non ſe præbeat nimis ſeverum: neque tamen ita lenem, ut pœnæ contemptu ad rurſus peccandum pœnitentem invitet. *Remenſe*, anno 1583. X. 1282. C.
Confeſſor pœnitentiæ modum imponit. V. 13. C.
* Confitentibus crimina dignam pœnitentiam cuncti ſacerdotes vigilanter indicent. III. 1963. E. *Carol. M.* IV. 959. C.
Confeſſiones recipere ſacerdotes debent, & pœnitentiam ſecundum canonicam inſtitutionem pœnitentibus indicare. *Remenſe*, anno 813. IV. 1019. C. D.
Confeſſio. Pœnitentia injungenda ſecundum qualitatem culpæ & poſſibilitatem confitentium. VII. 1978. E. IX. 2119. E.
* *Confeſſio.* Non ſunt æqualiter judicandi, qui in gravia peccata incidunt, & qui in levioribus delinquunt: ſed ſecundum morbum adhibenda medicina. IV. 1203. C.
* *Confeſſio.* Confitenti ſe criminalia perpetraſſe, quamvis mentiendo dicat ſe abſtinere non poſſe, admitti tamen debet ipſius confeſſio, & pœnitentia indicenda. *Exon.* anno 1287. VII. 1080. C.
Confeſſio. Ne ſacerdos Miſſas celebret, quas celebrandas injunxit. VII. 1979. B.
Confeſſio. A Deo remiſſionem habere peccatorum ſuorum non poſſunt, niſi puram faciant confeſſionem, & pœnitentiam juſtam. *Theodulfus.* IV. 923. C. Qui crimina agunt ab Apoſtolo recenſita, ſi confiteri & pœnitentiam agere negligunt, æternis tormentis & flammis cum diabolo condemnabuntur. 924. B.
* *Confeſſio.* Qui de lecto vitiorum per confeſſionem egreditur, per pœnitentiæ lamenta vinculis peccatorum abſolvitur. *Theodulf.* IV. 920. A.
* Confeſſio peccatorum facienda eſt illis, a quibus & modus pœnitentiæ & conſilium ſalutis capiatur; & a quibus poſt tempora pœnitentiæ peracta, reconciliatio mereatur. *Conc. Pariſ. VI.* anno 829. IV. 1323. D.
Confeſſor librum oſtendit, quem Canones appellavit. V. 522. B.
* *Confeſſio.* Quia canonum ſtatuta de reconciliandis pœnitentibus pleniter obſervare variis cauſis impedimur; curet unuſquiſque presbyter ſtatim poſt acceptam confeſſionem pœnitentium, ſingulos data oratione reconciliari. III. 1944. E.
Confitentes abſolvi non debere pœnitentia non peracta, error Petri de Oſma. IX. 1499. D.
* *Confeſſio.* Cum quis confeſſus fuerit ſua peccata, ſi vult dimittere ea, da ei pœnitentiam; ſi non vult, non des ei pœnitentiam, quia non potes. Poſt pœnitentiam datam effunde ſuper eum orationes & preces. IV. 1201. C.
Confeſſores non tam dicendi, qui abſolvunt impœnitentes, quam fovearum diaboli confoſſores. *Lambeth.* anno 1281. VII. 864. C.

Confeſſionum formulæ.

Confiteor Deo omnipotenti, &c. *Ravenn.* anno 1314. VII. 1389. C.
* *Confeſſionis formula.* Nunc & te obſecro, ſacerdos Domini, ut tu mihi teſtis ſis in die judicii, ut nullam in me poteſtatem habeat diabolus, & ut tu apud Dominum ſis mihi cauſidicus, ut me corrigam. VI. 666. B. C.
Confeſſionis formula. VI. 665. C. D. E. 666. A. B. C.
* Confiteor corporis mei peccata omnia, cutis, carnis, oſſium, & nervorum, renum & cartilaginum, dentium, & cæſariei, *&c.* VI. 665. E.
Confitentes genua flectant, nullis pulvinaribus ſubjectis, excepta ægrotantium neceſſitate. *Narbon.* anno 1609. XI. 17. D.
Confeſſio generalis initio Miſſæ. Quidam errant, credentes, quod mortalia delentur per confeſſionem generalem. *Lameth.* anno 1330. VII. 1553. A.
Confeſſiones ſuas viciſſim donent Canonici ad Primam, dicentes: Confiteor Domino, & tibi frater, quod peccavi in cogitatione, & in locutione, & in opere, *&c.* IV. 1200. D. E.
Confiteri Deo quotidie in oratione mala uſu præterita. *Theodulf.* IV. 916. E. IV. 919. A. B.

Confitentium abſolutio.

Confeſſio. Omnes qui confeſſiones audiunt aliquorum, a peccatis expreſſe confitentes abſolvant; verba ſubſcripta ſpecialiter exprimentes: *Ego te abſolvo a peccatis tuis; auctoritate qua fungor, te abſolvo. Londin.* anno 1268. VII. 617. B. *Vide*, Abſolutio.
* *Confeſſio.* Dicat ſacerdos confitenti: Si vere confeſſus fueris & contritus, & proponis amplius non peccare, Deus ſine dubio tibi remittet culpam, & ego auctoritate Dei abſolvam a pœna. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 908. E.
Confeſſio. *Vide*, Abſolutio. Diaconus. Diaconibus. Monachi pœnitentiam, *&c.* Pœnitentia.

Varia, de confeſſione.

Confeſſiones audire poſſunt ſacerdotes etiam conjugati apud Græcos. VII. 365. C.
Confeſſio. Pro confeſſione eleemoſyna ſit ſacerdoti. *Chrodegang.* IV. 1196. C.
Confeſſori an credendum de abſolutione ſeu pœnitentia alicujus. VII. 256. D.
Confeſſarius ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ vel epiſcopi, ne ſe intromittat de diſtributione rerum male acquiſitarum, incertarum, & vagarum. IX. 1290. B.
Confeſſionis ſacramentum & Pœnitentiæ. *Lambeth.* anno 1261. VII. 544. C. Incarceratis ſæpius inhumaniter denegatur. *Ibidem.* & 617. C.
Confiteri libere incarceratos ſuſtineant cuſtodes carcerum. *Exon.* anno 1287. VII. 1080. D.
Confeſſio. Damnatus rei capitalis ſi ſua ſacerdoti peccata confiteri cupiverit, id ei conceditor. VI. 497. D. 904. A. 912. D.
Confeſſio. Reus mortis ſi profiteri deſideret ſacerdoti, numquam negetur. *Alvredi regis leges.* VI. 388. C.
Confeſſarii ſive Paſtores, ſive alii, neminem obligent ut perpetuo ſibi, numquam alteri confiteantur: neque vota caſtitatis exigant aut admittant a filiabus confeſſionis, &c. IX. 2161. D.
Confeſſio. Nemo aliquem ad perpetuo ſibi ſoli confitendum obliget. Ejuſmodi promiſſio etiam jurata, irrationabilis, nulla, & irrita eſt. X. 1945. A.
Confeſſarii per aliquod oppidum tranſeuntes, a quo proprius ſacerdos abſit, poteſt parvulos in caſu neceſſitatis baptizare, & confeſſiones audire. X. 1681. B.
Confeſſarius, Græcis πνευματικός. IX. 11. B. Presbyteri de confeſſionibus. IV. 1044. D. Confeſſor peccatorum ſuorum. IV. 1037. A.
* Confeſſores tres conſtituti judices peccatorum meorum: & puram eis dedi confeſſionem, quærens remedium pœnitendi. *Ebbo Remenſis.* IV. 1452. C. D. Confeſſus ſum ipſis ſecrete, reatus meos. *Ibidem.*
Confeſſores ſex epiſcopi, qui confitentem Ebbonem audierunt. V. 688. D. E.
Confeſſores & judices delictorum ſuorum epiſcopos XIII. adhibet Arnulfus Remenſis. VI. 723. C. D.

Confeſſio in foro Eccleſiaſtico.

Confeſſio. Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia clericorum ſuorum, excepta cauſa confeſſionis. III. 1966. B.
Confeſſi vel convicti de crimine, a gradu eccleſiaſtico ſunt removendi. V. 401. E. *& ſeqq.*
Confiteri eum crimen manifeſtum eſt, qui indulto ſibi judicio purgandi ſe ratione non utitur. *Herardus Turon.* V. 456. D. Ipſa ejus abſentia pro confeſſione conſiſtit. *Ibidem.*
Confitetur crimen, qui indulto judicio, purgandi ſe occaſione non utitur. Pro confeſſione procurata contra abſen-

tia. I. 1239. E. VI. 347. D. *ex Bonifacio Papa. Nicolaus I. Papa.* V. 201. D.

Confeſſus atque convictus. II. 1153. D. II. 1425. A.

* Confeſſio criminis non eſt a judicibus violenter elicienda, ſed a reo voluntarie proferenda. *Nicolaus I. Papa.* V. 380. B. *Vide*, Accuſatus.

Confeſſio per vim extorta ne noceat. *Alex. epiſt.* 1. I. 83. C. D.

Confeſſio. Qui criminis accuſatus, illud ipſe non dixerit, ſed negarit, diabolus in judicio coram omnibus ſanctis & peccatoribus dicet. VI. 152. D. Sed ſi fuerit confeſſus, levior illi erit pœnitentia. VI. 152. D.

Confeſſionis & Confeſſoris acceptiones aliæ.

CONFESSIONIS litteræ. *Conc. Eliberit.* I. 253. A. *Vide*, Litteræ. Qui pro fide, vel eccleſiaſtica re, tribulationes patitur, a ſacerdotibus eſt honorandus. *Carthag. IV.* anno 398. I. 981. E. Confeſſores nuncupamus, epiſcopos & presbyteros, qui in caſtitate ſervierunt Deo. III. 1964. D. Confeſſor, ὁμολογητής. II. 299. D. 302. E. &c.

CONFESSOR. *Tolet. I.* anno 400. I. 991. A. B.

CONFESSIONIBUS Apoſtolorum principum memoriam alicujus commendare. VI. 20. B.

CONFESSIO orthodoxa orientalis eccleſiæ, liber ſic inſcriptus approbatur Hieroſolym. anni 1672. XI. 266. D.

CONFID

Confidentiarii. Bulla Pii V. contra confidentiarios. X. 1399. 1400. 1401. De his conſtitutio Pii V. promulganda. X. 777. E. Confidentia quæ ſit cenſenda. X. 1400. B. C. D. E. 1401. A. B. *Avenion.* anno 1594. X. 1857. 1858. Confidentiæ plures ſpecies deſcribuntur & prohibentur, in Conc. Burdegal. anno 1624. XI. 100. C. D. Confidentiarii, excommunicati, & ſimoniaci. X. 1229. D. E. a ſummo Pontifice abſolvendi. X. 1230. A. *Vide*, Simoniaci.

CONFIRMATIO.

CONFIRMATIO verum & proprium ſacramentum. *Trid. ſub anathem.* X. 52. B. 54. E. Confirmationis myſterium, poſt myſterium baptiſmi. I. 245. C. Confirmationis ſacramentum. IV. 1241. B. *Βεβαίωσις. Hieroſolym.* anno 1672. XI. 248. C. *Vide*, Chriſma. Capitula de eo edita in ſynodo Pariſ. anno circ. 1197. VI. *parte II. ſub finem.* 1939. C. D. quid ſit in eo obſervandum. X. 842. 843. *ex S. Carolo Borromæo.*

Confirmatus, perfectus Chriſtianus. *Clem. epiſt.* 4. I. 61. A.

de Confirmatione quæ doceri populus debeat a parochis. IX. 2160. C. D.

Confirmatio aliud quam catecheſis. *Trid. ſub anathem.* X. 54. E. * Confirmationis ſacramentum utilius dabitur, ſi addatur admonitiuncula. IX. 2004. B.

Confirmationis miniſter.

Confirmationis miniſter ordinarius, ſolus epiſcopus. *Trid. ſub anathem.* X. 55. A.

Confirmationis collatio non eſt epiſcopis reſervata. *Wicleffi error.* VII. 1923. D. Confirmatio quæ datur ab epiſcopis datur, ex motione diaboli introducta, &c. *Wicleff & Hus.* VIII. 1404. C.

* *Confirmatio.* Soli epiſcopi conſignent chriſmate in frontibus baptizatos: quoniam ſoli Apoſtoli, per manus impoſitionem, quam Confirmatio vel frontis chriſmatio repræſentat, Spiritum ſanctum tribuiſſe leguntur. *Innocentius IV.* anno 1253. VII. 364. B.

Confirmatio. Poſt baptiſmum conſignari ab epiſcopo, & ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam percipere. *Clem. epiſt.* 4. I. 61. A. Baptizatus, & poſtmodum Spiritus ſeptiformi gratia confirmatus ab epiſcopo. *Ibid. Vide*, Epiſcopi.

Confirmandi populi ab epiſcopo. III. 1920. D.

Confirmati a chorepiſcopo, reiterari ab epiſcopo aliis benedictionibus debet. V. 448. D. *Iſaac Lingon.* & 449. A.

Confirmatio. Impoſitio manus, quæ fit ab epiſcopo, quæ confirmatio dicitur. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 92. D.

Confirmationem ſoli epiſcopi in Cypro conferant, etiam Græci. *Nicoſ.* VII. 1711. D.

Confirmatio. In miniſtranda confirmatione quæ debeat eſſe epiſcopi ſolicitudo. X. 977. C.

* *Confirmatio.* Legitur, aliquando per Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem, ſimplicem ſacerdotem adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. IX. 438. E.

* Confirmare non poſſunt hæretici. I. 286. E.

Confirmatio per chriſmationem.

* Confirmationis ſacramentum ab initio ſola manuum impoſitione exhibitum; mox ſub ipſis temporibus Apoſtolorum ex eorum traditione, adhibita chriſmatis unctione cœpit conferri. *Mogunt.* anno 1549. IX. 2118. A. * Loco impoſitionis manuum, quæ ab Apoſtolis facta fuiſſe in Actis dicitur, datur in eccleſia confirmatio. IX. 438. E. Confirmationis ſacramentum non fieri ſine unctione, Apoſtolica traditio eſt. IX. 1937. D. Græci æque ac Latini unctionem chriſmatis credunt eſſe unum de ſeptem eccleſiæ ſacramentis. IX. 621. A.

Confirmare. * Per impoſitionem manus dare baptizatis Spiritum ſanctum. *Hiſpal. II.* anno 619. III. 560. B. Chriſmate baptizatorum frontem ſignare. *Ibidem.* Confirmatur baptiſmus per impoſitionem manus epiſcopalis, & unctionem ſacri chriſmatis. *Rabanus.* V. 1415. E. * Confirmatio per impoſitionem manuum & invocationem Spiritus ſancti. *Leo Papa.* I. 1771. C. * Confirmantur neophyti manus impoſitione. I. 245. C.

Confirmatio cum chriſmate. *Carol. M.* IV. 960. B. Confirmatio Spiritus ſancti per chriſma. III. 550. C. per chriſmationem ab epiſcopis. V. 343. C. *Vide*, Chriſmari. Conſignare. Ungi.

Confirmationis chriſmati virtus aliqua tribuenda. *Trid. ſub anathem.* X. 54. E.

Confirmationis materia chriſma ex oleo & balſamo benedicto ab epiſcopo. IX. 438. D. * *Confirmatio.* Oleum ſignificat nitorem conſcientiæ; balſamum, odorem bonæ famæ. IX. 438. D.

Confirmatio. Parvuli confirmati, tertia die poſt confirmationem, deportentur ad eccleſiam: & frontes eorum per manus ſacerdotum in baptiſterio abluantur, &c. VII. 274. C. *ex S. Edmundo:* anno 1236.

Confirmati faſciam in fronte triduo geſtare teneantur in recordationem ſuſcepti ſacramenti. X. 1479. E.

Confirmatio. Unctio corporalis non eſt ſacramentum, ut modo fingitur. *Wicleſi hæreſis.* VII. 1924. E. Chriſmant presbyteri. *Vide*, Chriſma.

Confirmationis neceſſitas.

Confirmatio. Omnes maxime curent, ne ſine confirmatione epiſcopi quis vitam finiat, animaque periclitetur. V. 446. B. Cum Tornacenſis eccleſia dudum paſtore careat, præter alia detrimenta, multa hominum millia abſque illa ſacri chriſmatis unctione, quam fideles contra diaboli inſidias pugnaturi per manus epiſcoporum ſuſcipiunt, de præſenti ſæculo migraverunt. VI. *parte II. circa med.* 1279. B.

Confirmationis recipiendæ negligentia damnabilis. *Lambeth.* anno 1281. VII. 863. C. Ad ſacramentum Corporis & ſanguinis Domini nemo admittatur, niſi confirmatus. *Ibidem.* Confirmationis contemptus induceret gravem culpam. *Vaur.* anno 1368. VII. 1808. D. Confirmationis ſuſceptionem contemnens Chriſtianus, peccat mortaliter. *Martinus V. in bulla contra Wicleff.* VIII. 915. B.

Confirmatio. Poſt acceptum baptiſma, ſine manus impoſitione epiſcopi nemo remaneat. *Concil. Aquiſgran.* anno 836. IV. 1396. E. Abſque ea poteſt eſſe ſalus; dum tamen haberi nequit, & ex contemptu minime omittatur. VII. 1074. D. E. Non eſt neceſſitatis abſolutæ. IX. 2004. B.

Confirmationis ſacramentum non debet negligi a vere Chriſtianis. X. 1282. A. Confirmari ab epiſcopo ut nullus diu nimium detrectet, curent ſacerdotes. VI. 661. A.

Confirmationis effectus.

Confirmationis utilitas. I. 245. D. E. 246. A.

Confirmationis effectus: & quæ in ea ſunt obſervanda. *Claromont.* anno 1268. VII. 591. E. Omnes fideles per manus impoſitionem epiſcoporum Spiritum ſanctum accipere debent, ut plene Chriſtiani inveniantur. I. 116. C. Confirmationis ſacramenti quæ ſint vires. X. 1344. D. E. Habet donum roborantis Spiritus ſancti,

& uberiorem gratiam profert : ideoque non negligatur. *Statuta Eccl. Rem.* III. 574. E. Spiritum ſanctum per impoſitionem manus epiſcopalis in conſignatione accepimus. V. 561. B. *Vide*, Manus impoſitio.

Confirmatio quibus danda.

* Confirmationem Latini dant, cum provectiori ætate ſunt homines, & myſticum quid audire & reſpondere per ætatem licet. IX. 621. A.

* *Confirmatio.* An expediat imitari conſuetudinem, qua obſervatur, ut nedum adultis, ſed & infantibus detur confirmatio, idque pranſis, hic non definimus. IX. 2004. B.

Confirmentur pueri ſeptennes, vel majoris ætatis; quibus tondeantur capilli, maxime contra frontes dependentes, &c. *Colon.* anno 1280. VII. 823. B.

Confirmandi non ſunt pueri ſeptennio minores, niſi ſumma quædam impellat neceſſitas. X. 648. B. *Toloſan.* anno 1590. X. 1799. D. *Turon.* anno 1583. X. 1403. A. *Bituric.* anno 1584. X. 1479. E. Non confirmentur pueri ante ſeptimum aut octavum annum, &c. niſi epiſcopis aliter videatur. IX. 2160. D. Pueri qui intelligere poſſunt, ad Confirmationem veniant. *Conſtit. Nicoſ.* anno 1298. VII. 1732. B.

Confirmatio non differatur pueris ultra annos quinque ad plus. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 95. E.

Confirmationis recipiant ſacramentum parvuli infra triennium a tempore ortus ſui : alioqui parentes ex tunc ſexta feria in pane & aqua jejunent, donec pueri confirmentur. *Exon.* anno VII. 1076. C.

Confirmatio etiam parvulo & infanti ob juſtam cauſam dari poteſt. X. 977. C. D. *Ex S. Carolo Borromæo.*

* Confirmationis, ut baptiſmi, duo dumtaxat legitima ſunt tempora; Paſcha & Pentecoſte. IV. 1318. A. B.

Confirmatio. Ad profeſſionem religioſam puellæ niſi confirmatæ; & viri niſi confirmati & tonſurati non admittantur. IX. 2176. B.

Confirmationis ſacramentum accipiant puellæ, antequam regularem habitum induant, ſi facultas ſit illud brevi ſuſcipiendi. X. 798. B.

Confirmatio. Manus impoſitione firmentur, purgatæ fidei integritate, qui ab hæreticis baptizati ad Eccleſiam veniunt. *Rothomag.* anno 878. VI. 205. E.

Confirmatio. Si nulla poſſit haberi certitudo, an aliquis ſit confirmatus, confirmetur, ſub conditione. *Conſtit. Nicoſ.* anno 1298. VII. 1732. B. *Theodor. Cantuar.* III. 1777. B.

* Confirmationem, ut nec baptiſmum, viſum eſt iterari minime debere. *Cabilon.* anno 813. IV. 1036. C. *Gregor. II. Papa.* III. 1859. A. VII. 333. C. *Vide*, Baptiſmus.

Confirmationi recipiendæ quæ ſit præparatio.

Confirmatio adultis, nonniſi confeſſis, detur, & ſymbolum Apoſtolicum profitentibus. *Rotomag.* anno 1581. X. 1219. A.

Confirmationis ſacramentum ſuſcepturi adulti, antea de peccatis confiteantur; vel compuncto animo ſacramentum recipientes, quamprimum ad pœnitentiam accedant. XI. 70. B.

Confirmationis ſacramento præmittenda confeſſio, ſi confirmandi ad annos diſcretionis pervenerint. IX. 2160. C. X. 1944. A. *Nicoſ. Conſtit.* VII. 1732. B. *Bituric.* anno 1584. X. 1480. B. *Turon.* anno 1583. X. 1403. A. VII. 274. C. *Exon.* anno 1287. VII. 1076. C.

Confirmatio danda confeſſis, & (ſi fieri poteſt) jejunis. X. 1282. A.

Confirmationis ſacramentum ne ſuſcipiatur, niſi præmiſſa confeſſione peccatorum, aut ſaltem maximo dolore, & majore confitendi propoſito. *Burdigal.* anno 1583. X. 1634. E.

Confirmatio. Quædam a parocho præmonenda ante confirmationis miniſtrationem. X. 977. D. E. Rudiores ante probandi. 978. A. B. Quædam de compatribus. *Ibidem.* C. Turpia ac ridicula nomina in confirmatione mutanda. *Ibidem.* E.

CONFIRMATIO detur jejunis, & a jejunis, & cum igne. *Rotomag.* anno 1072. VI. 1189. B. *Arelat.* anno 1260. VII. 512. C. Jejuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis : & moneantur confeſſiones dare prius. *Herard. Turon.* anno 858. V. 455. C. Confirmatio ab epiſcopis nonniſi jejunis detur. IV. 1318. A. B.

Cognatio ex ſuſceptione confirmandi.

* *Confirmatio.* Ad confirmandum tenere aliquem coram epiſcopo. *Theodulf.* IV. 917. B.

Confirmatio. Cognatio ſpiritalis ibi contrahitur inter confirmatum & patrinum. *Rotomag.* anno 1581. X. 1219. A. Patrinus unus, qui ſit confirmatus, offerat confirmandum, propter cognationem ſpiritualem, quæ inde contrahitur. *Burdigal.* anno 1583. X. 1345. A. Feminæ quæ fraudulenter filios ſuos ad confirmandum tenent, quamdiu vivent, agant pœnitentiam : a viris tamen ſuis non ſeparentur. *Cabilon.* anno 813. IV. 1036. E.

Confirmatio. Commater de confirmatione. III. 1986. B.

CONFISCANDO proſcribere. V. 1329. C. Confiſcari loca. II. 678. D.

CONFR

CONFRATRES noſtri. V. 296. E. 298. D. 307. D. 323. B. Confratribus epiſcopis, Leo Papa. V. 1. A. B. Confratres ac comminiſtri noſtri. V. 667. E.

* Confratri noſtro ſanctiſſimo Hincmaro, Nicolaus Papa. V. 601. A. 640. C. V. 302. D. 303. C. 326. E. * Confrater & coëpiſcopus noſter. VI. 28. D. *Joannes VIII. Papa.* * Confratres & coëpiſcopi noſtri. *Joannes VIII. Papa.* VI. 58. E. Confratribus veſtris (Ludovici Balbi) Carolomanno, & Ludovico, atque Carolo juniori. VI. 86. D.

CONFRATERNITAS laicorum nulla fiat ſine auctoritate & conſenſu diœceſani epiſcopi. VII. 321. D. IX. 1922. A.

CONFRATRIÆ. *Hincmar.* V. 394. D.

Confratriæ, colligationes, ſocietates vetitæ in provincia Arelatenſi, *Arelat.* anno 1234. VII. 237. D. anno 1282. VII. 882. A. B. *Valent.* anno 1248. VII. 428. D. E. VII. 182. D. VI. *parte II. ſub finem.* 2052. A. *anno* 1215.

Confrateriarum uſus ad pias cauſas inventus, propter quorumdam malitiam laïcorum trahitur in abuſum, &c. *Albienſe*, anno 1255. VII. 474. E. Quæ ſtatuta poſſint ſtatuere confratres alicujus confrateriæ. *Ibidem* : & 475. A. B.

Confratriæ non ſunt de novo erigendæ ſine conſenſu epiſcopi. IX. 1960. C. D. Comeſſationes confratriarum prohibentur. *Ibid. Namnet.* VI. 460. B. C. D.

Confratriæ. De his ſtatuta S. Caroli Borromæi. X. 1090. A. B. C. &c. *Vide*, Fraternitates.

CONG CONJ

CONGREGATIONES. Monaſteria omnia teneantur ſe ſe in Congregationes redigere, ea nempe quæ Capitulis generalibus aut epiſcopis non ſubſunt, &c. *Trid.* X. 172. C. *Vide*, Religiones.

CONGRUAM ſuſtentationem adſignare presbyteris eccleſiarum parochialium patroni compellantur ab epiſcopo, ſive ſint monachi, vel alii religioſi, vel canonici regulares. VII. 321. E.

CONHIRENTE, *id eſt, connivente.* V. 1300. E. Conhibendo. 1322. B. Conhibentia. 1402. D.

CONJUGII uſus, tantum poſteritatis reparandæ cauſa. *Clem. epiſt. 4.* I. 61. D. Conjugia licita, qui dixerit exſecrabilia eſſe, anathema ſit. I. 993. 993. A. Conjugium legitimum, quale. *Evariſt. epiſt. 1.* I. 75. D. E. 76. C. Conjugia illicita per Italiam, cum monacha, diacona, &c. III. 1865. B. C. D. E. &c.

Conjugia cum hæreticis indifferenter iniri non oportet. *Laodic.* I. 784. A. Accipi ab illis filii & filiæ poſſunt, ſi tamen Chriſtianos ſe fore promittant. I. 788. A. *Vide*, Matrimonium.

CONJUDICES. VIII. 9. D. *anno* 1409. IX. 1205. A.

CONJUNGENTIBUS, *hoc eſt, convenientibus.* IV. 904. C.

CONJURAMUS pietatem veſtram. IV. 95. C. Conjuro vos per B. Petrum. VI. 202. B.

CONJURATIONES non fiant aquæ ferventis, vel ferri candentis, vel aquæ frigidæ conjuratæ : quia omnia iſta ſuperſtitioſa ſunt penitus, & contra Deum. *Valentin.* anno 1255. VII. 1983. B.

CONJURATIONES, conſpirationes, colligationes inter perſonas eccleſiaſticas prohibentur. *Budenſe*, anno 1279. VII. 795. E. Conjurationes & conſpirationes non fiant, &c. IV. 907. E. V. 566. C. Conjurationes nobilium plerumque, vel aliorum, quas confratrias vocant, ſemel in anno ſe congre-

Digitized by Google

gantium, &c. *Avenionenſe*, anno 1326. VII. 1507. D. 1508. A. B. C. *& Vaur.*

CONL CONO &c.

CONLUDIO atque ludibrio. V. 1343. E.
CONON reverendæ memoriæ Papa. V. 147. B.
CONON eremita apud Truncum Berenger, deinde epiſcopus Præneſtinus, anno 1114. VI. *parte II. initio.* 1925. B.
CONQUESTOR. *Vide*, Expoſtulatio.
CONQUINISCENTES. V. 1460. C.
CONRADINUS Conradi filius. VII. 890. B.
CONRECAPITULANDUS. IV. 800. A.
CONREVERENDISSIMUS. V. 185. A.

CONS

CONSACERDOS. II. 1048. B. Conſacerdos noſter Julius. *Conc. Sardic.* anno 347. I. 661. C. Conſacerdotes noſtri Athanaſius, Marcellus, Aſclepius. *Conc. Sardic.* anno 347. I. 663. E. Conſacerdotes noſtri. *Zoſim.* I. 1234. C. I. 162. A. I. 856. A. III. 1126. B. V. 345. A.
CONSCHOLARIUS. V. 1396. C.
CONSECRANTUR baſilicæ Miſſarum celebratione. II. 1432. A.
CONSECRATIO epiſcoporum quando & ubi ſit facienda. *Trid.* X. 139. E. 140. A.
CONSERVATORPS & delegati, abutentes litteris Domini Papæ. *Vaur.* anno 1368. VII. 1814. A. Conſervatores eccleſiarum, qui perſonis religioſis & monaſteriis maxime dari conſueverunt. *Herbipol.* anno 1287. VII. 1141. E. Conſervatorum juriſdictio certis finibus concluditur. *Trid.* X. 102. E. 103. A. B.
CONSERVATOR Urbis, magnificus dominus. IX. 1772. D.
CONSERVATORPS Mendicantium. IX. 1834. C. Conſervatores Regularium. X. 1078. D.
CONSEMPITERNUS Filius genitori. III. 332. B. I. 1275. B. II. 291. A. 295. C. III. 1262. A.
CONSENTIRR, eſt tacere, cum poſſis redarguere. VII. 275. B. Conſentire eſt, peccanti non contradicere, cum poſſis. VI. *parte II. initio.* 1672. C.
CONSESSIVA Trinitas. III. 1266. C.
CONSIGNANDI fideles. II. 899. E. Conſignare infantes ſoli epiſcopi debent, vel Spiritum ſanctum dare ut conſuetudo & Acta Apoſtolorum docent. *Innoc. I. epiſt. 1.* I. 997. B. *Vide*, Confirmatio.
CONSIGNATIONEM infantium tam maſculorum quam feminarum, faciant presbyteri. VI. 415. A. *anno* 889.
* Conſignare energumenos, vel manus imponere ei, juſſu epiſcopi, presbyter vel diaconus poteſt. *Innoc. I. epiſt. 1.* I. 998. A. B.
* Conſignat cum chriſmate hæreticos presbyter, ſi deſit epiſcopus. *Arauſic.* I. 1783. D.
CONSILIUM inter & præceptum multiplex diſtinctio. VIII. 1838. E. *& ſeqq.* Obſervantia conſiliorum non obligat fideles ad veniale peccatum. 1839. C. D. E. 1840. A. B. C. Conſilium in caſu neceſſitatis eſt præceptum. VIII. 1894. E. Conſilium, quaſi conſidium. I. 4. C.
CONSISTORIUM Lateranenſe. VI. *parte II. ſub initio.* 1803. D. Conſiſtorium beati Andreæ. II. 1111. A. Vota in conſiſtorio data a Cardinalibus, quæ debeant eſſe ſecreta, & ſub qua pœna. IX. 1573. E. Conſiſtorium regum. V. 1351. B. Κωνστάντιος. II. 425. C. 436. D. II. 572. D.
CONSOCIUS, conſocia. VI. 953. A. VI. *parte II. ſub finem.* 1857. E. Conſocius noſter. VIII. 1499. E.
CONSODALIS. I. 59. A. Conſodalis noſter. III. 518. A. B.
CONSOLATORES ſibi plurimos effecit. VI. 116. D.
CONSORTIA presbyterorum. V. 462. C.
CONSPIRANTES contra regem vel eccleſiaſticas dignitates, excommunicentur. V. 9. A. B.
Conſpirationes adverſus epiſcopos damnantur etiam humanis legibus. I. 110. E. 111. A.
Conſpirationum auctores & adjutores quomodo puniendi. IV. 1263. A. B. *Vide*, Clerici. Monachi.
CONSPIRITUALITAS. II. 1226. D.

CONSTANT

CONSTANTIA regina Galliarum. VI. 743. A.
CONSTANTIA ſoror regis Franciæ. VI. *parte II. ſub finem.* 1652. C.

CONSTANTIENSE CONCILIUM.

Conſtantienſe Concilium convocatur & auctorizatur a Gregorio XII. quantum ad eccleſiaſticam unionem & reformationem, & hæreſum extirpationem attineret; ſeſſione Concilii jam XIV. anno 1415. VIII. 388. C. D.
Conſtantienſis Concilii decretum de ſuperioritate Concilii ſupra Papam, a ſola obedientia Joannis XXIII. conditum: quam congregationem conſtituiſſe ſynodum univerſalem, cum ſola eſſet, non eſt de fide; cum Gregorius XII. contradixerit, & ejus contradictio ibi fuerit acceptata, &c. IX. 1240. B. C. D. Concilium plenarium & integrum tunc non fuit. *Ibidem.* E. Nec fuit opinio communis omnium fidelium, Patres tunc congregatos fuiſſe Concilium univerſale. IX. 1241. A. B. Nec adhuc viventes hoc tenent. *Ibidem.* C. Temeraria & ſcandaloſa præſumptio eſt, definire decretum illud ad veritatem Catholicæ fidei pertinere. *Ibidem.* C.
Conſtantienſis Concilii decreta de poteſtate Concilii univerſalis, in malum ac reprobum ſenſum a Baſileenſibus pertrahi, conſtitutione edita docet Eugenius Papa. IX. 1007. A. B. Hæreticorum & ſchiſmaticorum falſam eam doctrinam eſſe definit. *Ibidem.* Ea decreta fuiſſe edita per unam tantum ex tribus obedientiis poſt receſſum Joannis XXIII. docet. 1006. E. Damnat Baſileenſium ſuper his propoſitiones, ſacro approbante Concilio Florentino, velut impias, ſcandaloſas, &c. 1008. B. C.
Conſtantienſis conc͏̈ilii decreto de ſuperioritate concilii, ſæpe contradixerunt Patres. IX. 1270. E. 1271. A. Eugenius Papa dicebat, articulos ſeſſionis quintæ, ab una tantum obedientia Joannis XXIII. conditos fuiſſe. VIII. 1410. E. Reſpondent Baſileenſes, *Ibidem, & ſeqq.* Conſtantienſis Concilii definitionem de poteſtate Concilii ſupra Papam, Duvallius Doctor Sorbonicus Gallos hortatur, ne tamquam vere & propriæ œcumenici pugnaciter urgeant. IX. 1009. D. 1013. B. Conſtantienſe concilium univerſale numquam decrevit Concilium eſſe ſupra Papam. IX. 1269. E.
Conſtantienſis Concilii conſtitutio, *Frequens hujuſmodi*, per LXXX. annos ſervata non fuit. IX. 1587. C. Et licuit ſummo Pontifici eam juſtis de cauſis tranſgredi. *Ibidem.*
Concilium Conſtantienſe certas conſtitutiones fecit, quæ præſentatæ fuerunt in Curia Parlamenti Regii Pariſienſis per epiſcopum Atrebatenſem; ſed non acceptatæ per eamdem Curiam. VIII. 883. 884. *& ſeqq.*
Conſtantienſis Concilii ſententia contra articulos Joannis Hus, citatur in Colonienſi, anno 1423. VIII. 1011. E.
Conſtantienſe Concilium, continuatio Piſani. VII. 230. B. Conſtantiæ novitas Piſana ortum habuit, & evanuit. IX. 1622. B. Conſtantienſe Concilium veneratur Pius II. Papa. IX. 1468. D.
Conſtantienſe Concilium. Ibi a nationibus habiti ſunt Cardinales in magno contemptu. VIII. 296. B. C.
Conſtantienſis Concilii patres recta intentione procedebant. IX. 1270. B.
Conſtantienſis Concilii patres decretorum ſuorum confirmationem humiliter petierunt a Romano Pontifice. IX. 1270. C. 1274. D. Martinus Papa V. dixit, quod omnia & ſingula determinata, concluſa, & decreta in materiis fidei per illud concilium conciliariter, tenere & inviolabiliter obſervare volebat: ipſaque ſic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo. VIII. 899. E. 902. A. Conſtantienſe Concilium poſt electionem Martini V. non eſt amplius uſum nomine conſtituentis aut definientis; ſed Martinus Papa omnia ſtatuit & definit approbante ſynodo, more prædeceſſorum. IX. 1241. D. E.
Conſtantienſis Concilii geſta diſperſa ut colligerentur, mandatum quibuſdam doctis viris a ſynodo Baſileenſi poſt coronationem Amedæi, ſive Felicis. IX. 1172. D. E.
Conſtantienſis Concilii decretum ex ſeſſione XV. recitatur in Baſileenſi. VIII. 1116. D. *& ſeqq.* Ex ſeſſione tertia. 1121. D.
Conſtantienſe Concilium citatur in Tridentino. X. 108. D.
CONSTANTIENSIS eccleſiæ ſtatuta. VII. *in Indice: anno circiter* 1300.

CONSTANTINUS.

* CONSTANTINUS βασιλεύς. I. 421. A. Conſtantinus ὁ μέγας. IV.

14.

14. E. ✱ Conſtantinus rex Angliæ, & orbis Imperator. VII. 876. D.

✱ Conſtantinus tenens fidem Nicænam, baptizatus ad quietem commigravit. *Arimin.* I. 715. E.

Lugdunenſis magna ſedes. VI. 1492. C. Lugdunenſis eccleſiæ primatus ab Urbano II. confirmatur, anno 1095. VI. *parte II. initio.* 1729. 1730. 1736. Primatus & privilegium, a Gregorio VII. anno 1079. VI. 1419. 1420. E. ut Lugdunenſis, Rotomagenſis, Turonenſis, & Senonenſis, condignam obedientiam Lugdunenſi eccleſiæ exhibeant. VI. 1420. B. Primati Hugoni, anno 1099. VI. *parte II. initio.* 1665. D. 1676. B. Priſcus epiſcopus Patriarcha. III. 459. C. Dalphinus archiepiſcopus Galliarum. III. 993. D.
Lugdunenſis metropolitani ſit, cum regia diſpoſitione, concilii locum deſignare. *Matiſcon.* anno 585. III. 464. E. Lugdunenſem archiepiſcopum jure primatus ſui epiſcopos extra provinciam propriam poſitos poſſe ad concilium invitare, negant epiſcopi provinciæ Senonenſis, anno 1112. VI. *parte II. initio.* 1915. D. 1916. B. *& ſeqq.* Reſponſum. 1919. &c.
Lugdunenſis archiepiſcopus venditabat ſibi primatiam ſuper Senonenſem. VII. 135. D. *anno.* 1225. In Concilio Conſtantienſi dixit eccleſiam Senonenſem eſſe ſubjectam eccleſiæ Lugdunenſi. VIII. 504. D. anno 1416. Lugdunenſi eccleſiæ ne ſubjiciatur Senonenſis, petit a Calixto Papa, Ludovicus rex, anno circ. 1124. VI. *parte II. initio.* 1976. E. *& ſeqq.*
Lugdunenſis eccleſiæ ſtatuta, anni 1251. VII. 435. 436. *& ſeqq.*
Lugdunenſis archiepiſcopus. *Vide*, Eduenſis epiſcopus.
Lugdunenſis ſynodus ſub Irenæo, ex libello ſynodico. V. 1491. C. 1495. A.
LUGDUNENSE Concilium ſub Gregorio X. Scytharum nonnulli ibi Chriſtiana ſacra ſuſceperunt. IX. 1649. C. Citatur. VII. 945. B. 947. C. In Bituricenſi anni 1286. VII. 953. C. D. In ſynodo Exon. anno 1287. VII. 1104. D. In Turon. anno 1282. VII. 887. B. Citatur anno 1279. VII. 766. E. 767. A. 770. C. 783. C. &c. In Herbipolenſi, anno 1287. VII. 1135. D. Canon XXVI. *Ibidem.* 1138. D. IX. 1955. E. IX. 1979. C. In *Trid.* X. 55. D. 56. B. Conſtitutio, *Exigit*, citatur in Trid. X. 156. B.
Lugdunenſe Concilium generale ſub Innocentio IV. citatur, *Trid.* X. 58. A.
LUGDUNUM clavatum. VI. 161. E. Lugdunum cloatum. II. 1450. E. Lugdunum, pro Lauduno. V. 705. D. 706. B. C.

LUM LUN

LUMBOS præcingere, caſtum cor & corpus gerere eſt. V. 372. B.
LUMEN luminum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Redemptor noſter. *Nicoſ.* VII. 1725. D.
LUMEN oblatum veſpere. *Emerit.* anno 666. III. 999. D.
LUMINA, τὰ φῶτα, *Epiphania.* IV. 406. C.
LUMINA pacis, Auguſtus & Auguſta. II. 487. A.
Luminaria eccleſiæ. III. 386. D. III. 1964. C. IV. 1251. C.
Luminariorum ſacrorum obſequia. *Tolet.* anno 683. III. 1743. A. Ne deſint in Eccleſia. V. 738. A. Luminare accenſum de die & de nocte in eccleſiis ſemper eſto. VII. 736. E. 737. A. Pro luminarium concinnatione aurum & argentum quotidie offert Carolus rex Francorum. *Hadrianus Papa.* IV. 96. B. Omnes parœciani diœceſeos offerant de ſingulis domibus ad illuminandam eccleſiam matricem, ceræ deneratam, vel idem valens. VI. 1081. D. Lumina cereorum ter in annis ſingulis reddantur. VI. 776. D. VI. 782. D. 899. C. *Vide*, Cerei. Oleum ad luminare. I. 10. B. *Can. Apoſt.* 33. B.
Luminaria ſanctarum reliquiarum. III. 536. B.
LUMINARIA ad arbores, petras, vel fontes, aliqui ſtulti faciunt. IV. 841. A.
LUNÆ dies. VI. 659. D. Lunæ, Martis, & Mercurii dies. VI. 794. C.
LUNAM a feminis comedi credunt pagani. III. 1923. B.
de LUNA. *Vide*, Petrus de Luna.

LUP LUS LUT

LUPACES dixerim, propter feiales mores. III. 680. A. D.
S. LUPUS. In honore ejus altare conſecratum, in diœceſi Senonenſi. VI. 709. D. Lupi Tricaſſini epiſtola. II. 791.
LUPORUM inſidias prævidere non ovium, ſed paſtorum eſt. I. 752. A.
LUSTRIVAGI. VI. 807. B.
LUTHERI hæreſis non alia quam Calvini eſt, etſi nonnihil videtur intereſſe. XI. 186. D. Lutherana hæreſis rudi populo plauſibilis, ob libertatem illi falſo perſuaſam prætextu evangelicæ caritatis. IX. 1911. C.
Lutherus. Bulla Leonis X. contra Lutherum. IX. 1891. A.
Lutheri errores damnati a Leone IX. anno 1520. IX. 1893. &c. 1903. C. D. Decreta Concilii Bituricenſis contra ipſum. IX. 1919. E. *& ſeqq.*
Lutheri errores, ex Conc. Senonenſi, anno 1528. IX. 1931. 1932.
Lutheri errores cum ſuo auctore damnati a Summis Pontificibus Leone X. Hadriano VI. & Clemente VII. ac propterea prohibiti libri Lutheri ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, in Conc. Pariſienſi, anni 1528. IX. 1933. D.
Lutherus. Contra Lutheranorum hæreſes Concilium Senonenſe, ſive Pariſienſe. IX. 1925. Explicantur Lutheri errores. 1927. *& ſeqq.*
Lutheri appellatio temeraria ad futurum Concilium. *Vide*, *Appellatio*. Lutheri ſcripta etiam damnatos errores non continentia, tamen prohibita ut ſuſpecta. IX. 1898. A. B.
LUTUBENSIS eccleſia. *Lodeve*. I. 1240. B.

LUX LY

LUXOVII monaſterium B. Petri. V. 103. E.
LUXURIA. Væ illi qui tunc habuerit terminum luxuriæ, quando & vitæ: &c. VI. 533. D. Luxuriæ ſpecies. VII. 281. E. 282. A. B. 596. B. C. &c.
LUXUS. Sumptus immoderati quomodo & a quibus ſint coërcendi. X. 701. E. 702. A. B. *Ex S. Carolo Borromæo*.
Λυχνικόν. II. 1360. A. 1361. C. *lucernarium*, *Completorium*. III. 1693. A.

M

MACARIUS Antiochenus Monotheleta, in exſilio Romæ fuit, neque umquam voluit corrigi. *Nicæn. II.* anno 787. IV. 63. C. Μακάριος ὁ μὴ μακάριος. III. 1461. 1467. C.
MACARIUS presb. Euſebianorum. I. 611. D.
MACARIUS & Paulus ſub Conſtantino. I. 685. B.
ὁ Μακαρίτης. Παύλιζος. II. 580. E.
MACEDONIUS CP. *Vide*, Falſaſſe. Macedonius pneumatomachus, immo theomachus. V. 913. E. Macedoniani, de Arrii ſtirpe venientes. I. 802. C. Recipiuntur per chriſmatis unctionem. I. 811. E.
MACEDONIUS Mopſueſtenus. I. 550. C.
MACERATENSIS epiſcopatus erectio, a Joanne XXII. Papa. VII. 1429. C.
MACHABÆUS rex Scotorum, circiter annum 1049. VI. 979. A. Ejuſdem leges eccleſiaſticæ. VI. 979.
S. MACHUTI eccleſia. VI. *parte II. circa med.* 1275. D. E.
S. MACRA, in loco qui dicitur *Finibus*. VI. 350. E.
MAFORTEM holoſericum muneris cauſa abbatiſſæ conceſſit monacha. III. 529. C.

MAG

MAGDEBURGENSIS archiepiſcopatus inſtitutio. VI. 653. B. 654. A. 656. D. E.
MAGI, venefici, &c. quomodo puniendi. IV. 1352. D. Magos contremato. IV. 1455. B. Magicarum artium vanitas. IV. 1028. D. E. Magicæ artes prohibitæ recenſentur. X. 643. E. Pœnitentia clerici, qui libris magicis ſe fuiſſe uſum confeſſus eſt, quamvis quæ cupiſſet facere non potuiſſet. VIII. 996. E. *anno 1420. in Anglia. Vide*, Malefici. Incantatores.
MAGOS ad pœnitentiam Chriſtus adduxit adhuc infans. I. 1403. D. Ex Chaldæa venerunt, ut Chriſtum venerarentur. I. 1646. E. * Non ſtella, ſed virtus angelica ducebat eos ad Chriſtum. I. 1651. C. Munera myſtica obtulerunt, regi, Deo, morituro. I. 1407. C. 1646. E. 1651. D. I. 1756. A. II. 22. E. Chriſtum ut Dominum omnium adoraverunt. *Leo Papa*. II. 295. A.
MAGINPERTUS diaconus. VI. 90. A.
* MAGISTER Marinus legatus a Papa in Angliam. VII. 400. D.
MAGISTER Requeſtarum Hoſpitii. IX. 1324. B.
MAGISTER ſcholarum. VI. 918. B. *Vide*, Ludimagiſtri. *Vide*, Scholarum.
MAGISTER Sententiarum citatur. IX. 130. A.
Μαΐστωρ τοῦ Τέμπλου, *Magiſter Templi. Lateran.* anno 1215. VII. 73. D.
MAGISTER qui ſcholares pauperes gratis inſtruat, in unaquaque cathedrali eccleſia aliiſque inſtituatur, competenti beneficio ei adſignato. VII. 30. A. B. Magiſtri in Grammatica inſtituantur in qualibet civitate, &c. *Palent.* anno 1322. VII. 1477. C. D.
Magiſtri docentes ſacram ſcripturam, privilegiis gaudeant, in perceptione fructuum, a jure conceſſis. *Trid.* X. 30. E.
MAGISTRI & decani presbyteri. V. 395. C. D.
MAGISTRIANI. I. 1349. E.
Μάγιστρος θείων ὀφφικίων. II. 209. E. 212. A. &c. Μάγιστρος. III. 1061. C. &c. Μαΐστωρ. IX. 48. D.
MAGISTRATUS ſæculares ab epiſcopis & eccleſiaſticis viris conventi, querimonias eorum diligenter examinent, & corrigant. VI. 188. A. B. *Vide*, Præſides. Duumviri.
S. Maglorii abbatia Pariſiis. VI. *parte II. initio*. 1877. VI. *parte II. circa med.* 1254. B. idem monaſterium. VI. *parte II.* 1475. D.
MAGNATUS quiſquam. III. 1026. C.
MAGNAURÆ palatium CP. V. 985. A. 1005. A. 1148. A.
MAGNIFICENTIA tua, *Comiti Candidiano*. I. 1531. A. Magnificentiſſimus. II. 159. C. Magnificentiſſimus Comes. I. 1531. B. Magnificus dominus orator Catholici regis. IX. 1691. A. Venetorum. B. Florentinorum. B.
MAGNUS Anaſtaſius. *Vide*, Anaſtaſius. Magnus (μέγας) Theodoſius. II. 625. D. 7. Major Theodoſius. 658. E.
MAGNUS, Apollinarii diſcipulus. III. 54. E. *hæreticus*. III. 1290. A.

MAH MAI

MAHOMETUS, beſtia, cujus numerus, ſecundum Apocalypſim Joannis, intra ſexcenta ſexaginta ſex clauditur. *Innocentius III. Papa*. VII. 3. B. Mahumetica ſecta, ſecundum aſtrorum peritos, brevi finienda perhibetur. IX. 1703. A.
Μαΐῳ μηνί, in Palæſtina. IV. 70. B. Kalendis Maii arbores erigendi mos, ſive abuſus potius tollendus. X. 964. B. C.
MAJESTAS veſtra, Conſtantino. I. 1175. C. D. Majeſtas noſtra. *Lotharius Imp.* IV. 1265. A.
MAJESTAS tua. *Leo X. Franciſco regi Francorum*. IX. 1871. C. 1884. C. D. E. *Clemens VII.* Franciſco Regi Francorum. IX. 1963. E.
MAINATÆ familiæ prædonum. VI. *parte II. ſub finem*. 1933. E. 1934. D.
MAJOR. Regi majori Carolo Calvo. V. 235. A.
* MAJORA quam aut Chriſtianos expetere aut cogitare poſſemus. IX. 1039. C.
MAJORES natu, epiſcopi. I. 952. C.
MAJORES qui dicuntur, ſive curatores, pueros & famulos doceant: nam & iſtud ſacerdotum eſt. IV. 494. B. 769. A.
MAJORIS-monaſterii privilegium confirmatur, in Conc. Clarom. anno 1095. VI. *parte II. initio*. 1741. 1742. A. B. Majoris monaſterii Monachis adjudicatur capella S. Stephani adverſus canonicos Camiliacenſes. VI. *parte II. initio*. 1895. C.
MAJORIANI lex. V. 1257. D.
MAJORINI regales. VI. 1027. C.

MAL

MALA bonis contraria fecit Deus. *Theodor. Mopſueſt.* III. 33. C.
MALACHIM liber primus, *ſive liber III. Regum*. IV. 1359. C.
MALGREARE Deum. VIII. 1048. E.
MALEDICTUS Lambertus. VI. 44. D.
MALEFACTORES ne receptent perſonæ eccleſiaſticæ temporalem juriſdictionem habentes. *Vaur.* anno 1368. VII. 1826. B.
MALEFICÆ & venerariæ. V. 31. B. Sub acerrima pœnitentia redigendæ. *Ibidem*. Maleficiis qui aëra perturbant. IV. 1352. D. Maleficis pœnitentia quæ ſit imponenda. III. 1875. B. Qui vel converſatus fuerit cum maleficis & divinis, excommunicetur. Si ad

agendam pœnitentiam venerit, agat annis XX. *Nicæn. Arab.* I. 466. D. 481. E.
Malefice ferre. V. 344. D.
Malepotus abbas Caſſinenſis. VI. 978. C.
Mali ſunt in eccleſia tolerandi. VIII. 1772. *& ſeqq.*
Malla ſive placita ſæcularia quando teneri non debeant. V. 419. E. Tempore Quadrageſimæ ne fiant, niſi de concordia & pacificatione diſcordantium, nec aliis jejuniorum diebus, nec a quarta feria ante Nativitatem Domini uſque poſt conſecratos dies. V. 55. B. *Vide*, Quadrageſimali.
Malla & placita in locis ſacratis & diebus feſtis non fiant; neque in atriis eccleſiarum, & presbyterorum manſionibus. V. 56. A. *Vide*, Dominicis diebus. Mallare, mallari. IV. 1265. C. D. 1266. B.
Malmesburiense cœnobium. VI. 695. 696.
* Malum nec in cogitationem venire, dixit Pelagius. I. 1209. D.
Malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare, Principalis providentiæ eſt. II. 678. B. C.

MAM MAN

S. Mametis eccleſia. IV. 1364. E. Cabilione. VI. 396. E.
Manassæ Remenſis epiſtola ad Gregorium VII. anno 1077. VI. 1569. 1570. Idem in Concilio Lugdunenſi depoſitus, anno 1080. VI. 1466. 1467. 1468.
Mancipia clericorum & aliorum. *Arauſic.* anno 441. I. 1784. C. *Aurelian. IV.* II. 1439. C. *Carol. M.* III. 2058. C.
Mancipia Chriſtiana, quæ apud Judæos ſunt, ſi confugerint ad Chriſtianos, a Judæorum dominio liberentur, taxato & oblato eis a fidelibus juſto pretio. II. 1440. A. B. *Vide*, Judæo. *Aurelian. III.* anno 538. II. 1426. B. De Mancipiis varia. V. 56. E. *Epaon.* anno 517. II. 1048. E. III. 522. D. III. 368. D. III. 1869. B. III. 453. D. *Liptin.* anno 743. III. 1922. B. *Cabilon.* anno 650. III. 949. D.
Mancusi in argento. VI. 28. B.
Mandata Dei non ſunt impoſſibilia. Vide, *Non concupiſces*, verbo, *Concupiſcentia. Vide*, Liberum arbitrium: *&* Gratia: *&* Judæi. Mandata Dei poſſibilia ſunt renatis ac juſtificatis. *Mogunt.* anno 1549. IX. 2116. C.
Mandâta. VI. 273. C. II. 69. D. 336. C.
Mandâta τῦ βασιλέως. I. 1583. B.
Mandâta Θεῖα. II. 173. C.
Mandátωρ, mandator. IV. 76. E.
Mandatarii. I. 1611. B.
Mandatum pauperibus ſaltem in hebdomada ſemel fiat: ſicut in monaſteriis ordinatis fieri quotidie conſuetum eſt. VII. 212. C. *anno* 1233.
Mandra ovium Chriſti. II. 1199. C.
Mandra domni Simeonis. II. 1032. A.
Mandra ſpiritalis. V. 835. C.
Mandritæ anathema. II. 1355. C. Joannes Mandrita apoſtata. 1358. E. 1359. D.
Manerium epiſcopale. IX. 1920. D.
Manes invocantes concremato. IV. 1455. B.
Manfredus Friderici filius nothus. VII. 890. A.

MANI

Manibus ad cælum extenſis promittere. VI. 1232. A.
Manicationes fiant toto menſe Auguſto: quia feſtivitates ſunt, & Miſſæ ſanctorum. *Turon.* anno 567. III. 361. A.
Manichæus, & alii qui putative tantum & phantaſtice incarnatum & paſſum fuiſſe Chriſtum dicebant. III. 1211. D. *Vide*, Neſtorius. *Μάνης ὁ μανίας ἐπώνυμος.* III. 1289. A. Manes *φρενίτης.* V. 915. C. Manes hæreticus, primo damnatus. V. 1498. E.
Manichæi Romæ inventi. I. 973. E. Per publicos judices exſilio relegati. 974. C. Multi a Leone Papa detecti. *Leo Papa.* I. 1754. B. C. In ſuis myſteriis flagitioſa tenent. *Leo Papa.* I. 1754. C. Romæ in Concilio damnati. *Leo Papa*, in epiſt. 2. Extra Romanum capelli ſolum conſtitutiones Impp. ſanxerunt. II. 679. A. I. 1270. D. Manichæi in Gallis, anno 1028. VI. 843. A. Manichæorum ſectæ errores. *Nicæn. Arab.* I. 523. E. 524. A. Manichæi Evangelium ſecundum Thomam introducunt. IV. 391. A.
Manica, manicæ. VII. 33. B.
Manipulis monachi non utantur, niſi ſubdiaconi ſint. VI. *parte II. initio.* 1839. E.
Manopera qualiter exigantur. IV. 951. E. 952. A.

MANS MANT

Mansa integra unicuique eccleſiæ tribuatur. III. 1964. A.
Mansionatici. IV. 951. B. A rege ordinati. IV. 1253. A.
Mansur, Joannes Damaſcenus. IV. 438. D.
Mansus indominicatus. VI. 547. D. Manſus unus integer unicuique eccleſiæ ſine ullo ſervitio tribuatur. IV. 1215. E. *Vermat.* anno 868. V. 744. C. Manſi ingenuiles & ſerviles. V. 395. E. Manſi ad eccleſiæ luminaria dati. IV. 1231. C. Manſi millia tria aut quatuor. IV. 1134. B. Loca ducentos aut trecentos manſos habentia. *Ibidem.* C.
Mansionarii. XI. 34. A. ſeu beneficiati. X. 1559. D. E. X. 1885. A. in provincia Aquileienſi. Manſionaria, vel capellania. *Ibid.* D. Manſionarii, & eorum officium, *ex S. Carolo Borromæo.* X. 683. B. C. D. 689. C.
Mantala, territorii Viennenſis. VI. 345. A.
Mantellati. IX. 1834. E.
Mantelleti uſu quibus interdicatur. *Ex S. Carolo Borromæo.* X. 748. B.
Μάνης της Πυθίας. IV. 1045. C.
Mantua delecta ad Concilium univerſale. X. 2. C. Denegata, niſi conditionibus iniquis. 3. A. Mantuæ Marchio. IX. 1694. A. Illuſtriſſimus. IX. 1568. C.

MANU

Manualia Romanæ eccleſiæ ſequenda. IX. 2035. C.
Manualia repurganda, ſed ita ut divinus cultus non minuatur. X. 497. B.
Manualis epiſcopus Ticinenſis Romani Pontificis. VI. 45. C.
Manualis promiſſio epiſcopo facienda. IX. 2137. A.
* Manuel in Chriſto Deo fidelis Imperator, porphyrogenitus, regnator, fortis, excelſus, ſemper auguſtus, & autocrator Romeon Comninos, dilectiſſimo conſanguineo & amico imperii ſui, Ludovico (VII.) nobiliſſimo regi Francorum. VI. *parte II.* 1481. B. Latine ſcribit. *Ibidem.* Manuel illuſtris CP. Imp. VI. *parte II. poſt med.* 1408. D. 1477. D. *Vide*, Emmanuël. Civitatem magnam & populoſam conſtruxit, in medio terræ Soldani Iconii, ubi Latinos & Græcos, qui eam cuſtodiant, poſuit. VI. *parte II.* 1477. D.
Manuel Chryſoloras. VIII. 232. C.
Manufideles. VII. 1218. D.
Manumissio. *Vide*, Libertas. Mancipia. Servi eccleſiæ.
Manumiſſio. De ea. *Cod. Afr.* I. 899. B. 907. B. *Aurel. IV.* II. 1437. D. *Tolet. IV.* anno 633. III. 592. B. Et a quibus facienda. *Ibid.* C. *Trull.* III. 1691. C.
Manumiſſi. *Arauſic.* anno 441. I. 1784. D. *Vide*, Liberti.
* Manus Dei, brachium Dei, Spiritus ſanctus: dextera, Filius. *Gelaſ. Cyzic.* I. 408. E.
Manus imponere cito, quid ſit. I. 1772. D. Manus impoſitionis ſacramentum perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus. I. 244. A. Manus impoſitio epiſcoporum, an majus ſacramentum quam baptiſmus. I. 245. B.
Manum hominis cum oſculamur, quod Deus fecit amplectimur. I. 148. B.
Manus ad pectus conſtringere, more Græcorum. V. 372. D. 373. A.
Manu. Septima manu, tertia manu, ſe expurgare. VI. *parte II. initio.* 1805. D. 1986. C.
Manuscriptus codex ante annos quingentos. IX. 163. D. *Vide*, Longobardicis. Alius non habens annos XXX. *Ibid.* E. Manuſcriptus liber Concilii Chalcedonenſis annorum ultra quingentorum. IX. 809. D. Alius, annorum non forte decem. IX. 809. D.
Manuſcripta mea eſt. VI. 473. E.
Manuteneximus ſemper dominum Paſchalem. VI. *parte II. ſub finem.* 1614. B. anno 1166.

MAR

Maranatha. *Vide*, Anathema.
Maravenses. *Vide*, Moravi.
S. Marcelli martyris eccleſia in ſuburbio Cabilonenſi. VI. 395. B. Marcelli Papæ & Martyris decretum citatur. VI. 1525. A.
* Marcellinus Papa grana turis ſuper prunas poſuit, a paganis compulſus. V. 155. B. I. 217. D. *& ſeq.* VI. *parte II. initio.* 1916. D. S. Marcellini eccleſia, apud Lingonas. VI. *parte II. initio.* 1817. E.
Marcellus Ancyranus. Decretum

ſynodi Arianorum adverſus eum. I. 671. D. Quæ dogmata ei objicerentur. *Ibid.* Nunc Sabellianus, nunc Samoſatenſis, nunc Montaniſta. I. 672. A. Marcelli Ancyrani liber hæreticus *Conc. Arian.* I. 676. B. hæreſis. I. 630. C. *Vide*, Photinus.

Marcelliani hæretici. I. 809. A. Marcelli Ancyrani fides probata Juſio Papæ. I. 614. C. 622. E. 623. A. Ab eo ſuſceptus ille eſt in communionem. 618. B. a Conc. Sardic. 654. C. 663. B. 666. D. Marcellus Ancyranus a Julio Papa & a ſynodo Sardicenſi epiſcoporum CC. juſtificatus eſt: & tamen uſque in præſens ut hæreticus anathemati ſubjicitur. V. 829. B. *Epiſcopi Photiani. Refelluntur.* 832. R.

MARCHA. III. 2058. C. Exercitale iter uſque ad Marcham. IV. 1252. D. Marchæ utriuſque regni. VI. *parte II. ſub finem*, 1951. A.

MARCHIO Adelbertus. VI. 25. A. Lambertus. 28. C. Wido. 103. C. Marchio glorioſus Bernardus. VI. 36 D. Marchio & Comes Barchinonenſis, anno 1090. VI. *parte II. initio*, 1633. B.

MARCHISA. Domina M. Marchiſa. VI. 1569. D. anno 1077.

MARCHOMANNICA ſervitus. VI. 159 D.

* MARCIANUS factus Imp. electione Senatus CP. & cunctæ militiæ. II. 42. C. Egregius veritatis amator. III. 1123. D. Φιλόχριστος. II. 465. C. Sanctæ & beatæ memoriæ princeps. II. 692. A. 697. E. &c. Novus Conſtantinus. II. 423. A. 466. C. Novus Conſtantinus, novus Paulus, novus David, novus Marcianus. II. 487. A * Pontifex inclytus, &c. II. 659. B. Sacerdos Imperator. II. 490. D. Inter ſanctos habitat. II. 709. A. De gloria ad gloriam demigravit, & de terrenis ſceptris cæleſte imperium poſſidet. II. 761. B. Ejuſdem laus. II. 739. B. *Vide*, Chalcedonenſem ſynodum.

MARCIENSES monachi. VI. *parte II. initio.* 1678. A.

MARCIONISTARUM ſecta tres eſſe deos aſſerebat: &c. *Nicæn. Arab.* I. 523. D.

MARCOBRIUS prætor. V. 1227. B.

MARCULUS, martyr Donatiſtarum. I. 1100. A.

MARCUS Petri diſcipulus, & ex ſacro baptiſmate ejus filius. V. 353 D. Legitur ſibi pollicis partem abſcidiſſe, ne celebrare poſſet. VIII. 1857. E. S. Marci feſtum quando celebrandum. X. 1953. C

MARCUS Epheſius Palamam, Cabaſilam, Moſchamparem, &c. in diſputatione contra Latinos proferebat. IX. 576. C. Eum Franciæ antiſtites exſibilarunt, hæreticum & maledictum appellantes. 565. E. 576. D. Diſputando victus exclamavit, *ſæcula ſæculorum.* IX. 577. A. σαίκουλα σαικουλόρουμ. 578. A. Non habet quid reſpondeat. IX. 267. D. Obſtinate hæſit in ſuo errore: & cornicula manſit cornicula. IX. 411. D. una cum ani ſtercore per os efflavit animam. *Joſeph Methon.* IX. 596. D. 600. A.

MARE magnum Regularium non obſtat decretis hujus Concilii de Regularibus. *Trid.* X. 177. C. Nec Quartæ funeralium. *Ibid.* 186. B.

MARIA.

Mariæ Conceptio immaculata.

Maria. De Conceptione immaculatæ Virginis, decreta Sixti IV. Papæ. IX. 1493. 1495. Vetus eſt pietas fidelium erga Deiparam, ſententium ejus animam in primo inſtanti creationis atque infuſionis in corpus, fuiſſe ſpeciali Dei gratia, intuitu meritorum JESU Chriſti, a macula peccati originalis præſervatam immunem; & hoc ſenſu Conceptionis feſtivitatem ſolemni ritu colentium. XI. 147. C. D. Erectæ hoc nomine Confraternitates, & Ordo Religioſus. *Ibidem.* D. In decreto de peccato originali B. Virgo non comprehenditur: ſed Xyſti IV. conſtitutiones obſervandæ. *Trid.* X. 29. C. * Quidam dicebant Virginem & ejus animam per aliquod inſtans temporis ſubjacuiſſe actualiter originali culpæ. Alii e converſo dicebant, a principio creationis ſuæ Deum eidem gratiam contuliſſe, per quam a macula originali illam liberans ac præſervans, ſublimiori ſanctificationis genere redemit. *Baſil.* anno 1439. VIII. 1266. D. Mariam immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctamque & immaculatam; ab omnibus Catholicis tenendum definimus, &c. *Ibidem* E. Baſileenſium decretum de Conceptione B. Mariæ. IX. 1160. A. B. Numquam actualiter ſubjacuiſſe peccato originali, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctam atque immaculatam. *Ibidem.* B. Officium Conceptionis a Joanne de Segobia editum laudatur & cantandum proponitur. *Ibidem.* * Eſt baptiſmus contra vulnus originale, ſine quo, ſecundum ſanctos, in filiis hominum nemo umquam conceptus eſt, præter Chriſtum. *Vaur.* anno 1368. VII. 1808. C. * Chriſtus ſolus ſine peccato natus eſt homo, quoniam ſolus eſt incarnatus de Spiritu ſancto & immaculata Virgine novus homo. *Paulinus Aquil.* IV. 856. C.

Maria omnis peccati expers.

Maria omnis peccati expers. XI. 198. D. B. Virginem omnia peccata venialia vitaſſe, tenet Eccleſia. *Trid.* X. 42. D. Chriſtus in Ægyptum ibat ſuper nubem levem, omni ſcilicet lumine illuſtratam matrem. IV. 235. C. Excelſior cælis, ſanctior Cherubim, &c. IV. 379. B.

Maria. Virgo beata eſt adhuc peccabilis & damnabilis pro peccato. *Error.* VII. 1864. E. anno 1368.

Maria. Ipſam quoque Deiparam peccato etiam mortali fuiſſe obnoxiam, docens Calvinus, damnatur a Græcis in ſynodo. XI. 173. E.

Maria ante partum virgo.

Mariæ intacta virginitas & virilem coïtum neſcivit, & fecundata per Spiritum ſanctum carnis materiam miniſtravit. *Tolet. XI* anno 675. III. 1022. B. Et iiſdem verbis, *Pilgrimus.* VI. 698. C. Et V. 737. C. *Vormat. anno* 868. fere ut *Leo M.* II. 294. D. * In utero Virginis verum lumen illuxit, & feminis loco lumen factum eſt caro. *Greg. II. Papa.* IV. 6. A. Clauſa janua ingreſſus eſt Salvator. I. 1646. A.

* *Maria.* Verbum Dei per Virginis aures illapſum, conceptionem ineffabiliter operatum eſt. *Felix III. Papa.* II. 822. B. Verbum Dei ex ipſa Virginis vulva (μήτρα) ſibi corpus conjunxit II. 822. A. Non injuriam patitur Deus, inhabitans in membris mulieris. Non indigne inhabitat in ſua creatura. I. 1654. B. 1659. C. D. Maria anima & corpore per Spiritum præpurgata, in ipſius vulva Filius Dei habitavit. III. 1450. C.

Maria in partu & poſt partum virgo.

Maria. Chriſtus natus eſt de Virgine, virginitate manente in Conceptione, in partu, & in Nativitate. *Claromont.* anno 1268. VII. 590. E.

Mariæ virginitas illibata, ante partum, in partu, & poſt partum. *Sophron. Hieroſolym.* III. 1278. B.

Maria ſupernaturaliter & ineffabiliter peperit: & poſt partum eam Deus virginem conſervavit. IV. 990. B.

Maria & ante partum & poſt partum virgo: omnis intelligibilis ac ſenſibilis naturæ gloria & claritate ſublimior. *Theodorus Hieroſolym.* IV. 146. E. Chriſtus virginitatem ejus dignatus eſt ſacrare poſt partum, uterumque (ut decebat Deum) integritate ſignare. *Conc. Chalced.* II. 647. C. Chriſtus natus eſt, ſervata integritate maternæ virginitatis; quia ſic eum Virgo permanens genuit, quemadmodum Virgo concepit. III. 332. E.

Maria, ſalva integritate virginea, edidit Salvatorem. *Leo Papa.* I. 1756. A. Ita Chriſtum ſalva virginitate edidit, quemadmodam ſalva virginitate concepit. *Leo M.* II. 291. B. * Porta quæ manet clauſa, *& nemo pertranſibit per eam, niſi ſolus Deus Iſrael.... quia Dominus pertranſibit per eam, & erit clauſa* poſt partum. *Ambroſ.* I. 834. B. C.

Maria. Virginis partus abſque ſecundinis: has honorare qui videri volunt cocta ſimila poſt diem Natalis Domini, excommunicentur. Trull. III. 1690. C. *Feſtum Puerperii B. V. M.* * Peperit ut matribus mos eſt, virgo tamen remanſit. I. 1694. E. Matris vulvam Chriſtus natus non aperuit; & virginitatem matris deitatis virtute non ſolvit. II. 1014. D.

* *Maria.* Vulvam communem naturæ januam Deus Verbum dignanter inhabitavit; quam & ſua ſanctificavit præſentia, & Nativitate ſignavit; partu qui ſupra naturam eſt incomprehenſibiliter factum hominem ſe demonſtrans. I. 1727. E.

* *Maria.* Qui genitus eſt, Verbum Dei eſt; & ut Deus Verbum virginitatem ſervavit. Nam quæ parit carnem ſolam, virgo eſſe deſinit: ſed Verbum

Dei cuſtodit virginitatem. I. 1643. C. Noſtrum enim verbum cum paritur, non corrumpit mentem: nec Verbum Dei partum eligens, perimit virginitatem. *Ibid.* C. D.

* *Maria.* Virgo virginitatis integritate retenta, effecta eſt mater. Nam incorruptionis largitor corruptionem non efficit. I. 1655. D. Si more noſtro natus eſt, homo eſt: ſi matris integritatem illæſam ſervavit, apud recte ratiocinantes Deus eſſe cognoſcitur. I. 1655. E. * Per id quod matrem ſervat intactam, Deum ſe prorſus inſinuat. I. 1731. B. * Gratia parentem oſtendit, & virginem ſervavit: quia gratia erat caſtitatem ſervans. I. 1643. B. * Sine Verbi potentia nec conciperet Virgo, nec pareret. II. 1179. A.

Maria. Qui dicunt, Virgo concepit, ſed non Virgo generavit. *Ambroſ.* I. 853. E.

Maria Dei genitrix.

Maria Dei genitrix, quia incarnatum Dei Verbum peperit. III. 332. E.

Mariam negabat eſſe Dei Verbi matrem Neſtorius: quia nemo antiquiorem ſe parit. I. 1310. B.

Mariam dici Theotocon Neſtorius non vult, ſed Chriſtotocon. I. 1309. B. Quia in ſymbolo Nicæno ea vox non eſt. I. 1309. B. Ferri tamen poſſe hoc vocabulum, propter inſeparabiliter unitum deitati templum illud quod eſt creatum in Virgine. 1310. A. 1334. C.

* Mariam dici Θεοτόκον Neſtorius nolebat, quia hanc vocem multi Apollinaris ſenſu intelligebant. I. 1332. D. Vocem ipſam admittebat, dummodo non ſic intelligeretur; nec divinitas crederetur habere initium ex Maria: ſed propter unitionem tantum naturarum. I. 1333. A.

Mariam venerandam, quæ Deum ſuſcepit, per quam univerſorum Dominus proceſſit, Neſtorius profitebatur: negabat tamen ſcriptum in libris ſacris, Deum ex ipſa natum. I. 1411. B. C. *Vide*, Neſtorius.

Maria propriæ & veraciter Dei genitrix, & mater Dei Verbi. II. 1152. B. Quia proprie & veraciter Dei Filius ex ea incarnatus eſt. *Ibid.* Tamquam quæ natura & veritate Deum Verbum ex ipſa factum hominem enixa eſt. II. 1026. E. Vere & proprie Dei genitrix, quia Verbum ex ea natum eſt ſecundum carnem. III. 1119. C.

Maria Dei mater, utpote enixa ex ſemine (*Græce*, ἐξ ἑαυτῆς) Verbum ſubſtantialiter incarnatum. III. 771. C.

Mariam Θεοτόκον dicere ſancti Patres non dubitaverunt. *Cyrill.* I. 1276. E. Mariam Θεοτόκον prædicat Gregorius Nazanz. I. 1406. E. Θεοτόκον in conſeſſu Patrum prædicat Acacius Melitenenſis. I. 1642. D. *Vide*, Θεοτόκος.

* Maria ſecundum veritatem mater dicta, propter carnem, quam ex ſe omnium Domino miniſtravit. II. 647 C. *Conc. Chalced.*

* *Maria.* Θεοτόκον appellamus, non quod Deum natura genuit; ſed quod hominem Deo unitum, inquiebat Theodoritus. III. 134. D.

* Maria Deïpara, quia genuit Emmanuel, qui Deus eſt. *Cyrill.* I. 1291. E. 1295. D. I. 1694. E. *Vide*, Emmanuel.

Mariam Θεοτόκον relatione, quia Deus erat in homine nato, affectu voluntatis; dicebat Theodorus *Mopſueſt.* III. 30. A. Quæ verba duos filios Mariæ demonſtrant. *Vigil.* III. 30. B.

Mariæ Aſſumptio.

Maria. Sepulta eſt in valle Joſaphat. VI. *parte II. initio.* 1726. A.

Maria cum corpore eſt aſſumpta in cælum. XI. 199. A. ut Chriſtus. *Ibidem.*

Maria nec primam, nec ſimilem meruit, nec ſequentem habere. VI. *parte II. poſt med.* 1406. C. Quia concepit ſine pudore, peperit ſine dolore, hinc migravit ſine corruptione. *Ibidem.*

Mariæ excelſitas & interceſſio.

Maria domina noſtra. III. 1119. C. *Zacharias Papa.* III. 1913. D. Dei genitrix & ſemper virgo domina noſtra Maria. *Nicolaus I. Papa.* V. 355. D. *Vide*, Σουλαμῖτα.

* *Maria. Dominus tecum*: hoc eſt, Verbum Dei tecum eſt. I. 1399. E.

Maria. Deïparæ cultus hyperdulicus exhibetur. *Hieroſolym.* anno 1672. XI. 259. A. CP. 279. B.

Maria, via miſericordiæ, mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere gravantur, ſedula oratrix & pervigil, &c. IX. 1493. E.

Mariam ancillam & proprie Dei genitricem, atque interceſſionem potentiſſimam noſtri generis ſuſcipimus. IV. 242. E.

Maria. Omnipotens Deus meritis ſupremæ Dominæ, a cunctis vos peccatis abſolvat. *Gregorius VII. Papa.* VI. 1235. E.

Maria, quam Filius ejus nihil negans ſemper honorat. VIII. 1012. E.

Maria. Meritis altiſſimæ Dominæ genitricis Dei Mariæ. VI. 1480. A. Meritis Dominæ noſtræ cæleſtis reginæ. VI. 1344. D. Per interceſſiones beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere. IV. 881. E.

Maria. Quodcumque volumus obtinemus, Deïparam habentes auxiliatricem. XI. 199. C.

Maria. Deïparæ imaginum miracula. IV. 225. C. &c. 227. E. 259. D. 313. D. *Vide*, Imagines Deiparæ.

Dies feſti ſanctiſſimæ Virginis.

Maria. Conceptio S. Mariæ, dies feriandus. *Bajoc.* anno 1300. VII. 1235. D. Feſtum Conceptionis B. Mariæ deinceps ſolemniter celebretur. *Londin.* anno 1328. VII. 1537. B. 1538. E. Celebrationi feſti Conceptionis non imponitur neceſſitas in Anglia, anno 1222. VII. 117. A. Sed aliis feſtis beatæ Mariæ imponitur. *Ibidem.* Conceptionis beatæ Mariæ feſtum ſolemniter celebrandum. *Exon.* anno 1287. VII. 1099. B. Conceptio B. Mariæ, dies feſtus in Anglia, anno 1362. VII. 1765. A.

Maria. Dei honoris cauſa ab Eccleſia inſtitutum eſt, ut feſto die Purificationis B. Mariæ candelæ benedicantur, & proceſſionibus circumferantur. X. 773. B.

S. Maria Februarii. VII. 352. A. D.

S. Maria Martii. *Ibidem.*

Maria. Feſtum ſeu memoria Compaſſionis beatæ Mariæ ſingulis annis celebranda feria ſexta poſt Dominicam *Jubilate*, &c. *Colon.* anno 1423. VIII. 1013. C. Indulgentia eo die conceſſa. 1014. A.

Maria. De Viſitatione B. Mariæ. *Baſil.* anno 1441. VIII. 1292. 1293. Officium de Viſitatione compoſitum a Thoma de Corcellis, approbatum a Baſileenſibus. IX. 1191. D.

S. Mariæ Dormitionis die. VI. 1170. E.

Maria. Sanctæ Mariæ ſummum feſtum, jejunio primum, deinde celebritate honorato. VI. 776. E. In Auguſto plena hebdomada ante feſtum ſanctæ Mariæ, liberis hominibus condonatur. VI. 386. E. B. Mariæ Virginis octava. VII. 962. D. *anno* 1286.

Maria. Nativitas B. Mariæ Virginis, feſtum. VI. 614. E.

Mariæ cultus multiplex.

* *Maria.* Quiſquis beatam ſuper omnem creaturam & naturam humanam, abſque eo qui genitus eſt ex ea, venerabilem ſemperque virginem, Matrem Domini non honorat atque adorat, anathema ſit. *Martinus Papa.* III. 675. B. 676. C. Si quis Mariæ Deïparæ interceſſiones non expetit cum ſincera fide, anathema. *Nicæna II. ſynod.* IV. 430. C. D. Epiſcopis valde commendatur, ut omni ſollicitudine piam devotionem erga Deïparam augeri procurent. *Mexic.* anno 1585. X. 1700. C. D. Ad devotionem erga Dei matrem Gregorius VII. Mathildem Comitiſſam hortatur. VI. 1232. E.

Maria. Horariæ preces & laudes, quæ volgo dicuntur Officium Dei genitricis, apud monachos eremitas, auctore Petro Damiani, frequentari cœptæ, deinde imperatæ clericis ab Urbano II. Papa, anno 1095. & ad laïcos etiam propagatæ. VI. *parte II. initio.* 1728. D. Has etiam Carthuſiani divino monitu ſuſceperunt. *Ibid.*

Maria. Coronam de beata Virgine, vel ſtatas preces horarias recitari quotidie, quibus commendet S. Carolus Borromæus. X. 818. D. X. 941. A.

Maria. Miſſa de beata Maria ſemel in hebdomada ſolemniter celebretur. *Avenion.* anno 1326. VII. 1494. B. Indulgentia decem dierum, ad dictam Miſſam venientibus. *Ibidem.* C. In Miſſa ſabbato cantari poteſt *Credo*, ob reverentiam Dominæ noſtræ. VII. 1984. B. anno 1255. Indulgentia conceſſa convenientibus ad Miſſam beatæ Mariæ diebus ſabbati. *Vaur.* anno 1368. VII. 1855. D. E.

Maria. Salutationem Angelicam ter dicentibus ad pulſum campanæ, Indul-

gentia conceſſa, *Colon.* anno 1423. VIII. 1012. B. Omnes clerici, quoties in divinis officiis *Ave Maria* audiverint, flexis genibus ſe reverenter inclinent. *Budenſe*, anno 1279. VII. 794. D.

Mariæ cultus. *Salve Regina* cantetur ſingulis ſabbatis & ſingulis Quadrageſimæ diebus. *Mexic.* anno 1585. X. 1700. C. *Vide*, *Salve Regina*. Non recte aut pie cantantur ab eccleſia iſtæ orationes, *Salve Regina*, *Ave maris ſtella*, &c. *Error damnatus.* IX. 1947. C.

Maria. Storace adolendo in honorem Deïparæ utuntur Maronitæ. IX. 1859. C.

Maria. Septem gaudia Deïparæ. VII. 1856. E. anno 1368. *Vide*, Indulgentia. Officium. Pſalterium. Sabbati diebus.

Ædes ſacræ ſub nomine Deïparæ.

Maria. Eccleſia Θεοτόκου τῶν Βλαχερνῶν. IV. 189. D. Mariæ Deiparæ, quæ cognominatur Blachernes, templum. III. 685. E. Templum Θεοτόκου quod cognominatur τῆς Νέας. IV. 176. B. Mariæ Majoris baſilicam, quæ & ad præſepe dicitur, fecit Sixtus Papa. IV. 812. D. S. Mariæ Lætæ de Aneſſiaco eccleſia, diœceſis Gebennenſis. VIII. 1120. C. S. Mariæ de Craſſa monaſterium in archiepiſcopatu Narbonenſi. VI. 1484. B. S. Mariæ de porta Leonis monaſterium. VI. *parte II.* 1532. D. S. Mariæ de Solaco eccleſia. VI. 1414. C.

MARIÆ &c.

MARIÆ Magdalenæ ſepulcrum in eccleſia Vizeliacenſis cœnobii, in diœceſi Eduenſi. VI. *parte II. initio.* 1811. D. * Meretria Evangelica, Maria nomine. (Luc. VII.) IV. 1293. C.

MARIA Ægyptiaca prius meretrix, poſtea continens, non tamen inter diaconas relata eſt. IV. 523. B. Ejuſdem vita. IV. 227. D.

MARIAMITÆ. *Nicæn. Arab.* I. 524. E.

MARINUS Papa ſanctiſſimus. VI. 366. C. Divinus ille Marinus. 367. E. Beatus Marinus. *Ibid.* C.

MARONITÆ.

MARO. Monaſterium beati Maronis, principale monaſteriorum ſecundæ Syriæ. II. 1198. E.

MARONITARUM Patriarcha venit ad Conc. Lateran. anno 1215. VII. 80. Maronitarum epiſcopus in inſula Cypro, anno 1340. VII. 1753. C. Maronitæ inſulæ Cypri, ſubdunt ſe Romano Pontifici. VII. 1756. 1757. anno 1340. * Maronitæ in Cypro ſectatores Macarii Antiocheni, ſive Monotheletæ, anno 1445. IX. 1042. C. 1043. C.

Maronitarum patriarchæ mandatum in Concilio Lateran. anno 1516. IX. 1804. C. Maronitarum varii abuſus corriguntur, anno 1516. IX. 1804. D. E. Maronitarum ritus. IX. 1866. A. B. C. Maronitæ quomodo Patriarcham eligant. IX. 1860. B. C. Ritus divinorum officiorum. *Ibidem*. D. Ordinem ſanctæ matris eccleſiæ Romanæ ſequuntur. *Ibidem*. Quibus utantur veſtibus ad Miſſam. 1862. B. Ad eos dona miſerunt ſummi Pontifices, Eugenius, Innocentius, & alii quos nominare neſciunt. *Ibidem*. E.

MARS MART

MARSILIUS de Padua; Damnatus liber ejus a Joanne XXII. Papa. VII. 1868. A. Hæreticus. IX. 1926. C. Ejuſdem liber, Defenſorium Pacis, a Lutheranis editus, omnem prælatis adimit exteriorem juriſdictionem. IX. 1929. A.

Μάρσιππος, *marſupium.* V. 1085. C.

S. MARTHÆ officium IX. lectionum inſtituitur in provincia Auſcitana. *Marciac.* anno 1326. VII. 1527. D.

S. MARTIALIS ſedes, caput & mater omnium Galliæ eccleſiarum eſt. VI. 887. B. S. Martialis, de genere Abrahæ, Petro & Stephano conſanguinitate junctus, &c. VI. 856. E. De tribu Benjamin. 866. C. Primus illuminator Galliæ: Apoſtolus eodem ordine, quo & Paulus & Barnabas. VI. 855. B. In litaniis Græcis inter alios Apoſtolos poſt XII. pronunciatus. *Ibidem*. C. Ejus Apoſtolatus. VI. 837. 838. 843. Fuit Petri ſanguine cretus. 837. B. C. Aderat, quando dictum eſt Apoſtolis, *Quorum remiſeritis*, &c.

S. Martialis Doctoris Aquitaniæ memoris non inter Confeſſores, ſed inter Apoſtolos proponatur in Litaniis, &c. VI. 848. E. 852. B. ſicut a Romana ſede definitum eſt. *Ibid.*

* Martialis interpretatur Græco nomine teſtimonium, ſive teſtis vitæ, vel (ſicut alii volunt) virtus immortalis. VI. 857. A.

S. Martialis monaſterium Lemovicibus. Eccleſiam Urbanus II. dedicavit, anno 1095. VI. *parte II. initio.* 1744. A. *Vide*, Baptiſmus.

MARTII primo die qui fit conventus, omnino tolli debet. *Trull.* III. 1683. E.

S. MARTINUS Papa, Tudertinus, cujus feſtum celebratur craſtino S. Martini Turonenſis. VIII. 1932. E. Quæ & quanta mala ei inflicta fuerint. III. 679. 680. 681. 682. Narrat ea quæ Romæ paſſus eſt. III. 675. C. D. 677. A. B. C. D. De ſui exſilii calamitate ſcribit. III. 686. A. B. C. D. E. Obiit in exſilio Cherſonæ. III. 685. D. Ejus monumentum Cherſone. IV. 11. E.

MARTINI V. Conſtitutio contra ſimoniam citatur in Conc. *Salizburg.* anno 1420. VIII. 973. B. Nimis ejus parſimonia. IX. 1225. E.

B. MARTINUS Turonicæ urbis archiepiſcopus. VI. 575. B. Ejus gloriam univerſalis Chriſtianitas atteſtatur. *Vide*, Turones. Domnus Martinus. II. 793. C. Sanctus ac beatiſſimus ſacerdos domnus Martinus. II. 796. A. Licet Apoſtolorum tempore non fuerit, tamen Apoſtolicam gratiam non effugit. III. 371. E. Pannonienſis, monachus fuit. III. 543. B.

* S. Martinus cum Ithacio, cujus ſuaſu Priſcillianus epiſcopus fuerat a Maximo Imp. occiſus, communicavit ad tempus, ut impetraret ab Imp. ne ſequaces Priſcilliani occiderentur. VI. *parte II. initio.* 1774. C.

S. Martini corpus in eccleſia Turonica. III. 1007. D.

S. Martini Turonenſis monaſterium nulli feminæ ingredi fas eſt. VI. 576. A. B.

S. Martini feſtum in Anglia, anno 967. VI. 658. C. Feſtum tranſlationis, ſive reverſionis beati Martini a Burgundia, anno 912. VI. 549. E. S. Martini Receptio. II. 793. C. S. Martini hiemalis octavæ. VII. 989. A.

S. Martinus. Pro reverentia domini Martini, vel cultu ac virtute. *Turon.* anno 567. III. 360. E.

S. Martini effigiem ſigillo imprimunt Lucenſes. IX. 1656. B. S. Martini eccleſia major Lucenſis. VI. 1374. E.

S. Martini diœceſis. V. 20. C. S. Martini inſulæ Barbarenſis monaſterium. VI. 1164. D. S. Martini monaſterium Lemovicibus. VI. 882. E. S. Martini de Monte felici eccleſia. VI. *parte II.* 1487. E. S. Martini Sparnacenſis abbatia. VI. *parte II.* 1487. D.

MARTINI Bracarenſis capitula. III. 390. excerpta ejus citantur. V. 499. B. Inſtitutiones ad Mironem regem. VI. 938. B.

MARTINUS legatus a ſummo Pontifice in Angliam. VII. 400. D.

MARTINIANA Chronica. IX. 767. E. 768. C.

MARTYR

MARTYREM non facit pœna, ſed cauſa. V. 1393. B. *ex Cypr.*

Martyres ſalvi, etiam ante baptiſmum, ob illud Domini dictum, *Qui me confeſſus fuerit*, &c. VI. 1185. A.

Martyr non cenſeatur, qui occiſus fuerit idola frangens. *Conc. Eliberit.* I. 256. D. Martyrium vetitum, & cultus Martyrum ſublatus in conciliabulo Cordubenſi, anno 852. V. 37. 38. D. Sancitum, ut qui non violenter adigerentur ad abnegationem fidei, ſed ſe propria voluntate offerrent diſcrimini, inter Martyres non haberentur. V. 38. D.

Martyr Flavianus pro nobis oret. II. 555. D.

Martyres. *Vide*, Convivia.

Martyrem coli, cujus Martyrium provincia nullum habeat, improbatur. III. 185. C. Martyres non appellamus deos IV. 7...

* Martyrum corpora non comburimus; ſed loco mundo condimus, vel terra ſepelimus. *Nicæn. Arab.* I. 506. D. Martyrum corporibus offerenda aloë, balſamum, &c. III. 502. B.

* Martyrum depoſitione facta Petrus Apamenus ſcidit in infinitas partes ſtolam, & diviſit plebi: excedens menſuram hominis, & mandata Chriſti. II. 1370. C. Martyrum paſſiones liceat in Eccleſia legi. *Carthag. III.* anno 397. I. 968. C. Martyrum geſta ſingulari cautela in Eccleſia Ro-

mana non leguntur, quia ſcriptorum nomina ignorantur. II. 940. A. Et ab hæreticis quædam perhibentur compoſitæ. *Ibid. Vide*, Subdiaconi.

MARTYROLOGIUM. VI. 415. B. Martyrologia Anglorum. VI. 865. B. Martyrologium ad Primam legitur. IV. 1201. A. Martyrologium ad capitulum primo legatur, deinde Regula, aut homilia. IV. 1232. E.

Μαρτυρολόγια falſa, ab ethnicis conficta. *Trull.* III. 1686. A. Martyres falſi Donatiſtarum ne colantur. *Carthag.* anno 348. I. 685. E. Martyrum hiſtoriæ ab hæreticis confictæ comburantur. *Trull.* III. 1686. A.

MARTYRIUM. Sanctum ac beatum Martyrium, *locus paſſionis Chriſti Hieroſolymis.* II. 1191. D. E. Martyrium, aut eccleſia. II. 604. C. D. Martyrium, in quo presbyter conſtituitur: *ædes martyris.* V. 388. A. *Vide*, Memoriæ.

MARTYRARII, *qui martyriis, hoc eſt, martyrum baſilicis præficiuntur. Aurelian. II.* anno 533. II. 1175. D.

Martyria ſive cœmeteria hæreticorum ſi ingrediantur fideles, ad pœnitentiam redigantur, aliquandiu excommunicati. *Laodic.* I. 782. E. 783. A.

MARTYRIUS diaconus Euſebianorum. I. 611. D.

MARZALIA, locus Parmæ. VI. 691. A.

MAS

MASCIACENSE S. Martini Monaſterium. VI. 875. E.

MASCONENSIS epiſcopus, *pro* Matiſconenſis. VI. *parte II. initio.* 1990. D. *Ex Orderico Vitale*, anno 1119.

* MASSÆ generaliter perditæ ex debito derelictæ, pars electa. *Tullenſe*, anno 860. V. 515. D. *Vide*, Adamo.

MASSALIANORUM hæreſis, & ſynodus contra ipſos. XI. 327. C.

MASSILIA, provincia Viennenſi. *Conc. Arelat.* anno 314. I. 267. A. Maſſilienſis epiſcopus ſe primatem eſſe aiebat Narbonenſis ſecundæ. I. 957. D. Primatus perſonæ decernitur, non civitati. *Ibid.* E. 958. A.

MASTIGIA Caïn. VI. 647. B.

MAT

S. MATERNI feſtum Treveris. IX. 2146. D.

MATFREDUS. IV. 1288. E.

MATHEMA, ſymbolum. II. 191. A. II. 732. B. Μάθημα, σύμβολον. IX. 60. E. 62. A. &c. hoc eſt, ſymbolum fidei. I. 1271. D. *Vide*, Symbolum. Mathema divinum. II. 1026. D. Sanctum. III. 11. E. 12. A. III. 54. E. id eſt, ſymbolum, in Conc. Nicæno diffinitum, Conſtantinopoli firmatum, &c. III. 617. B.

MATHEMATICI. III. 349. B. Clericos non oportet eſſe Mathematicos, *Genethliacos. Laodic.* I. 787. D. *Græc.* Mathematicos pelli juſſit Valentinianus Cæſar. I. 1270. D. Matheſi vel aſtrologiæ qui exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit. I. 993. E.

MATHILDIS Anglorum regina. VI. 1249. B. anno 1074.

MATHILDIS Comitiſſæ laus. VI. *parte II. initio.* 1623. E. 1624. A. VI. 1228. A. *anno* 1074. *& ſeqq.* Mathildis maritus Azo. VI. 1288. C. Mathildis comitiſſæ terra. VII. 379. D. Mathildæ comitiſſæ allodium terrarum conceſſum, ab Innocentio II. Papa. VI. *parte II. circa med.* 1154. C. Mathildis Comitiſſæ terram ab Alexandro Papa repetit Fridericus Imp. VI. *parte II. ſub finem.* 1664. E.

MATISCONE, eccleſia S. Vincentii. VI. 499. D.

MATRICES cathedræ. I. 1222. A. Matrix eccleſia. V. 10. A.

MATRICIALES eccleſiæ. VI. 188. A.

MATRICULA eccleſiæ, quæ nomina clericorum tenet inſcripta. II. 1438. A. Matricula Concilii demandata, ne priſcorum oblitteretur auctoritas. II. 1074. D. Matricula Numidiæ. I. 910. E.

MATRICULARIÆ. *Laodic.* I. 783. B.

MATRICULARII. X. 578. A. 587. E. Matricularios quos eſſe oporteat. *Hincmar.* V. 396. C. 410. A. B. C. Matricolarii tam domi, quam in ſuburbanis. IV. 1197. C. 1198. A. B. Matricularii, ſive campanarii. IX. 2102. E. *Vide*, Campanarii.

MATRIMONIUM.

Matrimonium inſtitutum a Chriſto ſacramentum.

Matrimonium inter novæ legis ſacramenta adnumerandum ſancti Patres, Concilia, & univerſalis Eccleſiæ traditio, ſemper docuerunt. *Trid.* X. 147. C. ſub anathemate. *Ibid.* D.

Matrimonium. Hujus ſacramenti gratiam Chriſtus ſua paſſione promeruit. *Trid.* X. 147. C.

Matrimonium, imago eſt ſacroſancti conjugii inter Chriſtum & eccleſiam enati. *Statuta Eccl. Remenſis.* III. 575. C. Sacramentum temperantiæ. *Vaur.* anno 1368. VII. 1807. E. Sancta res eſt & ſancte tractandum. X. 472. D.

Matrimonium, quintum ſacramentum Græcis. XI. 275. B.

* Matrimonii ſacramentum ſi quis, ſicut decet, acceperit, accedente ſacerdotali precatione, confert donum ſpiritus, quo vir diligat uxorem amore caſto, mulier virum revereatur ut dominum. IX. 2010. B. C.

Matrimonium. In Matrimonio confertur gratia, ſicut & in ceteris ſacramentis. *Pariſ.* anno 1429. VIII. 1049. D. *Senon.* anno 1485. IX. 1539. D. Et anno 1528. IX. 1963. D.

Matrimonium eſſe ſacramentum & gratiam divinam conferre, Græci docent contra Calvinum. XI. 174. D.

Matrimonii ſacramentum quando inſtitutum, ex ſynodo Hieroſolym. anni 1672. XI. 247. E. * Inſtitutum a Deo, confirmatum a Chriſto. IX. 2010. B. * A Deo in paradiſo & in ſtatu innocentiæ inſtitutum. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1963. D. Cum nondum inter homines peccatum natum eſſet. *Camerac.* anno 1565. X. 594. B.

Matrimonium ſacramenti vim in evangelica lege accepit a Chriſto. *Burdigal.* anno 1583. X. 1349. B. Quæ cauſa eſt, ut conjugibus hoc ſacramentum rite ſuſcipientibus, gratia Dei veriſſime conferatur. *Ibidem.*

Matrimonium virginitati vel cælibatui præferendum qui dixerit, anathema ſit. *Trid.* X. 148. E.

Matrimonium tria complectitur, fidem, prolem, ſacramentum. In ſacramento attenditur, ne conjugium ſeparetur, neve dimiſſus aut dimiſſa alteri conjungatur. *Colon.* anni 1536. IX. 2011. A. X. 594. C.

De Matrimonio ſtatuta plurima.

Matrimonium. De ſponſalibus & matrimonio contrahendo, vel jam contracto, Alexandri III. Papæ & aliorum reſponſa. VI. *parte II. ſub finem.* 1730. D. 1731. 1732. uſque 1741. VI. *parte II. ſub finem.* 1860. *& ſeqq.* Caſus varii proponuntur & ſolvuntur, in Conc. Tribur. anno 895. VI. 453. 454. Capitula edita ab Odone Pariſ. anno circ. 1197. VI. *parte II. ſub finem.* 1941. C. D. E. De matrimonio ſtatuta Bajocenſia. VII. 1236. *& ſeqq.* Statuta de eo Ricardi Sarum, anno 1217. VII. 104. C. Statuta ſynodi Wigornienſis, anno 1240. VII. 335. 336. Decreta ſynodi Valentinæ in Hiſpania circa ea, anno 1255. VII. 1981. B. C. D. E. Synodi Claromont. anno 1268. VII. 601. 602. Statuta Exonienſis ſynodi, anno 1287. VII. 1081. 1082. 1083. Statuta ſynodi Colon. anno 1280. VII. 829. E. 830. A. B. C. Statuta Nemauſenſia, anno 1284. VII. 925. D. E. 926. 927. 928. Statuta Ravennenſia, anno 1311. VII. 1368. B. C. D. Statuta S. Caroli Borromæi. X. 791. C. 792. 793. 794. Varii in eo genere caſus. III. 1991. A. B. C. D. 1992. A. 2005. A. B. C. 2006. A. B.

Præparatio ad matrimonii ſacramentum.

Matrimonium. Hortandi conjuges, ut antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonii conſummationem, peccata confiteantur proprio ſacerdoti, & Chriſti corpus accipiant. *Remenſe*, anno 1564. X. 472. D. X. 461. B. Ob reverentiam ſacramenti. VI. *parte II. ſub finem.* 1979. B. anno 1208. *Rotomag.* anno 1581. X. 1220. E. IX. 2010. E. 2011. A. X. 1287. D. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1963. D.

Matrimonium antequam contrahatur, vel ſaltem triduo antequam conſummetur, hortatur ſynodus Tridentina conjuges, ut peccata confiteantur, & Corpus Chriſti accipiant. X. 150. C.

Matrimonium. Contra maleficia, conjuges, antequam contrahant, ſaltem triduo ante matrimonii conſummationem ſua peccata confiteantur, & ad Euchariſtiam accedant. *Aquenſe*, anno 1585. X. 1534. A. B.

Matrimo-

Matrimonium. De Franco contrahente cum Græca, vel Græco cum Franca. VII. 1760. E. Græcus vel Græca prius recipiat Confirmationis ſacramentum, more Francorum. *Nicoſ.* anno 1350.

Proclamationes præmittendæ.

Matrimonialia banna facienda tribus Dominicis, feſtiſve ſolemnibus. X. 460. B. Matrimonium non ſolemnizandum, abſque bannorum editione. *Londin.* anno 1528. VII. 1541. B. VII. 196. A. B. *anno* 1231. Matrimonia publicandi conſuetudo quorumdam locorum, ad alia generaliter prorogatur. *Lateran.* anno 1215. VII. 58. B. Prætenſa exemptio de proclamationibus trinis non facienda. IX. 2163. E.
Matrimonii denunciationes qualiter faciendæ ſint. X. 932. B. C.
Matrimonium. Diſpenſationes ne dent epiſcopi de duabus proclamationibus & extra tempora nubendi, niſi ob cauſam neceſſariam &c. *Turon.* anno 1583. X. 1405. E.
Matrimonii denunciationes vel omnino vel ex parte remitti poſſunt pro ſolius Ordinarii judicio, non tamen abſque cauſa legitima, &c. *Rotomag.* anno 1581. X. 1220. D.
Matrimoniales denunciationes ſolus epiſcopus aut vicarius generalis remittat: officialibus illud prohibetur. XI. 24. D.

Matrimonium ubi & quando celebrandum.

Matrimonii ſacra non alibi quam in eccleſiis parochialibus publice peragantur. X. 461. A. Poſt Miſſam auditam. IX. 2108. C. *Aquenſe*, anno 1585. X. 1533. D. XI. 24. B.
Matrimonii benedictio nonniſi ſub finem Miſſæ, cui interfuerint contrahere volentes, nec ante quartam matutinam, nec poſt meridiem conferatur: non noctu vel clanculum metu maleficii, &c. *Remenſe*, anno 1583. X. 1287. D. *Burdigal.* 1351. B. *Toloſan.* anno 1590. X. 1804. B. X. 1488. D. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1963. D.
* Matrimonium in templo celebrandum, ubi eccleſia convenit, & conjungendis bene precatur. IX. 2011. C. *Pariſ.* anno 1429. VIII. 1049. D. Ne ergo fiat in privatis oratoriis, &c. *Ibidem.* E. Publice in eccleſia, non in privatis oratoriis contrahendum & ſolemnizandum. *Senon.* anno 1485. IX. 1539. E. Niſi ex facultate epiſcopi. X. 741. B. Et ſine muſicis inſtrumentis. *Ibid.* Non tamen poſt, ut moris exſtitit, ſed ante ipſorum carnalem conſummationem. *Saltzburg.* anno 1420. VIII. 980. C. D.
Matrimonium. Ludicra quæ in templis fieri ſolent poſt conjunctionem ſacerdotalem, veluti in pulſando ſponſo, &c. tollantur. IX. 2011. D.
Matrimonium. Ominoſum eſſe uxorem ducere menſe Maio, quorumdam ſuperſtitioſa opinio. XI. 81. C.
Matrimonia celebrari prohibita tempore Adventus, Septuageſimæ, & Rogationum. *Senon.* anno 1485. IX. 1540. B. X. 472. C. *Pariſ.* anno 1429. VIII. 1050. A. IX. 1915. E. Matrimonium ut in Adventu vel Quadrageſima celebretur, non eſt poteſtas epiſcopis diſpenſandi. *Rotomag.* anno 1581. X. 1221. A.
Matrimonium celebrare nefas in die S. Joſephi in Quadrageſima. XI. 81. C.
Matrimonium. Qui nuptias ineunt tempore prohibito, ingreſſu eccleſiæ interdicuntur. X. 1088. B.
Matrimonium contrahi per verba de præſenti poteſt, tempore interdicti: benedictio tamen nuptialis eo tempore conferri non poteſt. X. 1726. B. E.

Matrimonii benedictio ſacerdotalis.

Matrimonium. Conſecrator conjugii ſacerdos. VI. 755. D.
Matrimonii ſolemnizationem contemnens Chriſtianus, peccat mortaliter. *Martinus Papa V. in bulla contra Wicleff.* VIII. 915. B.
MILITUM diſciplina, ex S. Carolo Borromæo. X. 1134. C. D. E. Milites ne nundinas vel ferias celebrent, in quibus ex condicto convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum congrediuntur, unde mortes hominum proveniunt, &c. VI. *parte II. circa med.* 1193. B. & 1210. E.
MILITIÆ ſæculari qui militat, utitur publica libertate : hoc eſt, & ſpectaculis intereſt, & munera accipit, quibus ad injuſtitiam homines impelluntur. *Canones Rom.* I. 1035. B.
Militia. Julianus, & poſtea Mauricius Imp. decreverunt, ut ei qui ſemel in terrena militia ſignatus fuerit, niſi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulſus, in monaſterio recipi non liceat. V. 1358. B.
* Militiæ cingulum appetere nefas acta pœnitentia. *Siric.* I. 848. D. Qui poſt baptiſmum militaverit, & chlamydem cingulumve ſumſerit, ſi ad clerum admiſſus fuit, ne diaconus certe ſit. *Tolet. I.* anno 400. I. 991. B. *Innocent. I. epiſt.* 2. I. 1000.
MILITIA clericalis. II. 892. B. 898. C. Militia clericorum in ſua eccleſia. I. 1260. C. Militia eccleſiaſtica. II. 834. C. Militare Eccleſiæ. 180. B. Militia ſæcularis. I. 856. B. 1000. B. II. 1428. A.
MILONIS Bellovacenſis cauſa. VII. 197. anno 1232.
MIMI non intrent eccleſiam ad pulſandum ſuis inſtrumentis, nec pulſent juxta eccleſiam. IX. 1956. A. Mimi & hiſtriones ejiciendi. X. 701. C. Mimis & circulatoribus ne clerici quidquam largiantur. IX. 1279. D. *Vide*, Auriga.

MIN MIR MIS

MINIMUS, ἐλάχιστος. Petrus minimus epiſcopus. Eugenius minimus epiſcopus, &c. I. 1430. D. 1431. B. C.
MINISTERIUM epiſcopi quo miti debeant presbyteri, qui rediguntur ſub pœnitentia. IV. 1262. D.
MINOR. Otto minor. VI. 682. B. Junior. 687. E. Theodoſius minor. V. 172. A.
MINOREM haberi. I. 983. A.
MINORUM Ordinem evidens ex eo utilitas eccleſiæ univerſali proveniens utilitas perhibet approbatum. *Gregorius X. in Lugdun.* anno 1274. VII. 715. E. Minorum prædicatio & ſancta converſatio in eccleſia Dei produxiſſe fructum non modicum dignoſcitur. *Exon.* anno 1287. VII. 1080. E. Minorum ordo in Concilio Lateranenſi approbatus, anno 1215. VII. 83. 84. Minorum ordo, τῶν ἐλαχίστων. VII. 162. E.
Minores. Fratres Minores honorifice a clericis recipiantur. VII. 1981. E.
Minores. Declaratio regulæ Ordinis fratrum Minorum, a Joanne XXI. Papa. VII. 1425. A. Minoribus de Obſervantia bona immobilia poſſidere non licet. *Trid.* X. 170. C.
MINUTIONES & ſolatia monachorum. VIII. 999. C.
MIRACULUM ut aliquid proprie dicatur, quatuor requiruntur. IX. 1550. D. E. 1551. A.
Miracula facere non eſt ſemper ſignum ſanctitatis illius qui facit : ſed facere miracula ad probandum ſe eſſe miſſum a Deo ad prædicandum, eſt ſufficiens ſignum probationis. VIII. 1902. C. Miracula facere videntur vetulæ quædam, & futura prædicere. IX. 1549. E.
Miracula ne prædicentur Ordinario inconſulto. *Noviom.* anno 1144. VII. 1674. B. *Senonenſe*, anno 1528. IX. 1964. B. C. Miraculum non eſt, ſi ratio nota eſt. I. 1654. D.
* *Miracula.* Virtus Spiritus ſancti in Petro & Paulo efficiebat, ut ſudaria & ſemicinctia illorum ingentia ſigna ederent. V. 1002. A. B. Eadem efficiebat, ut velamenta feretri, quæ S. Ignatii CP. reliquias contigerant, compedeſque ferreæ, non minora facerent. *Ibidem.* & 998. 999. &c. Miraculum ſancti Anaſtaſii : mulieri incredulæ morbum immittit, quam poſtea ſanat. IV. 175. D. E. Miraculorum frequentia ad feſtivitatem ſancti Juſti. II. 964. A.
Mirandiſſimus. II. 159. B.
Mirificentiſſimus. II. 159. B.
MIRO. VI. 36. D.
Μιξόβαρβαρος Phocas Imp. V. 1516. B.
MISENUS epiſc. abſolvitur in Conc. Rom. anno 495. II. 944.
MISERICORDIA. Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. III. 959. B.
MISIÆ & receptæ. VIII. 1044. A.

MISSA

* MISSA, juxta nominis Hebraïci rationem, oblatio munda. IX. 1943. B. Sacrificium Chriſti. *Tolet. IV.* anno 633. III. 585. E. *Vide*, Sacrificium. Sacrificia Dei. I. 135. C. * Sacrificia. I. 968. D. Sacrificia divina. I. 1001. C. Sacrificium quotidianum. *Tolet. I.* anno 400. I. 990. D. * Sacrificium intelligibile. I. 371. B. Sacrificii oblatio. II. 703. A. Sacrificia offerenda. *Canones Rom.* I. 1034. C. * Spiritalia ſacrificia. *Ibid.* E. * Spiritalis ſacrificii victimæ. III. 458. C. Λατρεία ἀναίμακτος. III. 1171. A. Oblatio munda, de qua Malachias. *Trid.* X. 126. E. Celebratio divinæ hoſtiæ. V. 65. C. * Officium deitatis. III. 461. C. Miſſa divina. II. 1359. E. Θεία λειτουργία. 1360. E. Miſſæ divinæ. 1367. C. * Sacramenta altaris. I. 964. A. *Vide*, Agenda.
* Miſſarum arcana divina. III. 1315. B. Miſſarum myſteria. *Londin.* anno 1321. VII. 1461. A. * Miſſarum officia. III. 342. E. III. 1744. C. Miſſarum officium. V. 509. C.
* Miſſarum ſacramenta. III. 1956. B. VI. *parte II. circa med.* 1292. D. E. Miſſarum ſacrificia quotidiana. V. 25. C. * Miſſarum ſolemnia. III. 496. C. *Bracar.* anno 675. III. 1014. B. III. 1714. D. 1718. B. III. 1859. B. 1861. C. V. 392. A. C. 393. A. V. 250. C. 252. A. 257. B. Miſſarum ſolemnitates. III. 956. E. V. 67. A.
* Miſſas facere : ſacramenta Corporis & Sanguinis Chriſti conficere. VI. *parte II. circa med.* 1205. D. III. 560. C. Miſſam agere. VI. 354. A. Miſſas agere. *Clem. epiſt.* 3. I. 56. E. Celebrare. 57. B. Miſſas agebant Catholici epiſcopi, ſub Vandalis. II. 857. A. Miſſarum peragere myſteria. V. 1377. E. Sacrum opus celebrare. *Ibidem.* D. Miſſa peracta. III. 462. A.
Miſſam cantare. V. 1373. A.
Miſſare, Miſſam celebrare. VIII. 1862. &c. * Myſteria ſacroſancta Corporis & ſanguinis Chriſti celebrare. V. 1373. A. IV. 1231. C. Miſſa celebratur, perficitur. III. 493. D. VI. 61. D. Miſſas celebrare. II. 970. C. II. 1011. E. Miſſæ celebratio. III. 1955. C. 1996. C. * Adorandam & immaculatam hoſtiam, id eſt, ſacram celebrationem offerre. III. 699. E. Oblationes celebrare. I. 792. C. Miſſarum celebrare collectam. I. 1511. A.
Miſſarum

Miſſarum celebrationes. III. 1955. A. 1956. A. IV. 1276. E. IV. 841. C. Miſſarum preces. *Ibidem.* Miſſarum celebritas. II. 1426. C. 1432. A.

Miſſas ſecundum conſuetudinem complere. I. 1018. E.

∗ Miſſarum tempore cum ſancta myſteria conſecrantur. *Tolet. VII.* anno 646. III. 621. E. ∗ Immaculatas Agni carnes conſecrare. III. 458. D.

Miſſas facere. I. 1531. D. II. 1070. D. II. 1423. D. 1424. E. 1425. A. 1428. B. III. 539. B. V. 586. B. *Epaon.* anno 517. II. 1051. C. *Hoc facite.* Vide, *Facere.*

Miſſam legere. IX. 1982. E. IX. 2007. B. Peragere. 2008. C.

∗ *Miſſa.* Offerentes holocauſti oblationem. *Clem. epiſt. 2.* I. 50. E. ∗ Hoſtias omnipotenti Deo offerre. V. 25. C.

∗ *Miſſa.* Sacrificiorum Deo libamina dedicentur. *Arelat. VI.* anno 813. IV. 1002. E.

Miſſarum ſolemnia celebrare. III. 9. C. III. 516. E.

Miſſas tenere. I. 1531. B. II. 1000. C. Bracar. anno 561. III. 349. D. *Vide*, Liturgia.

Miſſam Chriſtus inſtituit. VI. 980. E. 981. E. Sacrificium viſibile nobis Chriſtus reliquit, ſicut hominum natura exigit. *Trid.* X. 126. C. In ea offertur Deo verum & proprium ſacrificium. *Trid. ſub anathemate.* X. 129. A. Nihil in ſacrificiis majus eſſe poteſt quam corpus & ſanguis Chriſti. *Alex. epiſt. 1.* I. 84. B. Sacrificium eſt pro vivorum peccatis, ſatiſfactionibus, & aliis neceſſitatibus. *Trid.* X. 127. B. 129. B. *ſub anathem.* Sacrificium vere propitiatorium : quo miſericordiam conſequamur, & donum pœnitentiæ impetremus. *Trid.* X. 127. A. B. Miſſam eſſe ſacrificium tantum laudis & gratiarum actionis, ſi quis dixerit, anathema ſit. *Trid.* X. 129. B. Salutaris hoſtia pro peccatis immolatur. IX. 2017. B. Chriſtus ibi offertur pro fidelibus vivis atque defunctis. *CP.* anno 1672. XI. 275. D.

Miſſæ ſacrificio paſſionis Chriſti ſalutaris virtus in remiſſionem peccatorum, quæ a nobis quotidie committuntur, applicatur. *Trid.* X. 126. C. ∗ Crimina atque peccata oblatis his Domino ſacrificiis delentur. *Alex. epiſt. 1.* I. 84. B. Miſſæ cærimoniæ, lumina, thymiamata, veſtes, &c. ex Apoſtolica diſciplina & traditione. *Trid.* X. 127. E. 129. D.

Miſſæ privatæ probantur & commendantur. *Trid.* X. 128. A. B. 129. D. *ſub anathemate.*

Miſſa. Non eſſe fundatum in Evangelio, quod Chriſtus Miſſam ordinaverit. Hæretica propoſitio. *Londin.* anno 1382. VII. 1891. A. 1893. E. Miſſæ ſacrificium abrogari voluit Lutherus. IX. 1942. E. 1943. A.

Missa. Sacrificium laudis, & divina traditio, quæ eſt in vivificis myſteriis, per Chriſtum referri debet Deo Patri. IV. 255. A. Chriſtus eſt qui ibi offert & offertur. XI. 275. D. ∗ Sacrificium quod a Chriſtianis altari admovetur, non ſolum Deo Patri, ſed etiam Filio offertur. I. 814. C. Qui dicerent ſoli Patri & Spiritui ſancto, non etiam Verbo, divinum ſacrificium offerri oportere, damnati in Conc. CP. anno 1156. VI. *parte II. initio, in Indice.*

Miſſa quoties celebratur, tota Curia cœleſtis præſens eſt cum Jesu Chriſto. VII. 1980. B. Angelicæ ibi hierarchiæ invocantur, & in tali tanto myſterio, ut ſancti teſtantur, adſiſtunt. *Ravenn.* anno 1317. VII. 1442. E.

∗ Miſſæ ſacrificio cruentum illud in Cruce peractum repræſentatur. *Trid.* X. 126. C. ∗ Myſterium redemptionis noſtræ, quod in altari tractatur, contemplandum : Dominica Paſſio in altaris myſterio repræſentatur. IX. 2002. D. ∗ Ad ſacerdotes ſacrificantes pertinet repræſentare Chriſti paſſionem ſuis myſteriis & actibus. VIII. 1746. A. ∗ Sacrificium repræſentativum. IX. 2007. E. ∗ Facit iſta oblatio ſacramentalis moneri nos, tamquam videamus præſentem Dominum in cruce. IX. 2008. A. ∗ In hac ſacramentali commemoratione Jesus Chriſtus præſens, ſub alia quidem forma, in propria vero ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cælum dixit, *Ecce ego vobiſcum ſum...* promittens quod remaneret & eſſet cum eis etiam præſentia corporali. *Urbanus IV.* anno 1264. VII. 548. D. E. ∗ Miſſa & prædicatio ſe habent ut excedentia & exceſſa. VIII. 1907. D.

∗ *Missa.* Chriſtus quotidie immolatur in ſacramento : non quod toties occidatur; ſed quod unicum crucis ſacrificium myſticis ritibus quotidie renovetur, & quotidiana recordatione mortis Domini repræſentetur. IX. 2007. E.

in Miſſa quid agatur, & quibus partibus conſtet, docendus eſt populus. IX. 2007. B. Eæ partes enumerantur. *Ibidem.* B. C. ∗ Dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, Dominici Corporis in cruce immolatio, ejuſque ſanguinis effuſio de latere ſignificatur. VIII. 1714. E. 1746. A. Incruentum celebramus ſacrificium, mortem Filii Dei, & reſurrectionem ejus & aſcenſionem confitentes. *Cyrill.* I. 1290. A.

Missa. Concurrendum eſt cuilibet Chriſtiano cum oblationibus ad Miſſarum ſolemnia. *Theodulf.* IV. 917. D. E. ∗ Oblatio altaris fiat ab omnibus viris & mulieribus; ſacris altaribus hoſtiam admoveant : ut per has immolationes cum Abel & aliis juſtis offerentibus, promereantur eſſe conſortes. *Matiſcon.* anno 585. III. 461. C. VI. 581. C. ∗ Oblationem & pacem in eccleſia facere admoneatur jugiter populus Chriſtianus : quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum eſt remedium animarum. IV. 1016. A. *Mogunt. anno 813.* ∗ Oblationes, quas offerre Deo plebs debet per ſacerdotis manum. *Nicolaus I. Papa.* V. 354. E. ∗ Oblationes & hoſtiæ prius Deo ſunt commendandæ, quam nomina eorum recites, qui eas obtulerunt. *Innoc. I. epiſt. 1.* I. 997. A. *Francofurd.* IV. 909. A. ∗ In orationibus, quas Secretas appellamus, ſub offertorio Miſſæ, oblationes populi Deo commendantur. IX. 2105. A. B. ∗ Miſſam ſacerdote celebrante ne feminæ ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & earum oblationes ſacerdos Deo oblaturus ibi accipiat. *Theodulf.* IV. 914. B. Aut ante Miſſam, aut inter Miſſam, candelam qui offerre voluerint, ad altare deferant. V. 394. E.

Missa. Panes mundi & ſtudio præparati ſupra menſam Domini in ſacrificio offerantur : non de pane ſuis uſibus præparatu, ut in quibuſdam Hiſpaniarum partibus fit, cruſtula in rotunditatem auferatur. *Tolet. XVI.* anno 693. III. 1796. D. Panis integer ſuper altaris menſa benedicendus ponatur. 1797. A. Non grande aliquid, ſed modica tantum oblata. *Ibidem.* B. Oblatæ ab epiſcopis provinciæ ad formam Arelatenſis Eccleſiæ offerantur. *Arelat. V.* anno 554. III. 328. B. Oblatæ ſint de ſimila frumenti, candidæ, rotundæ, &c. *Exon.* anno 1287. VII. 1077. A. Hoſtiæ fiant de farina triticea. VII. 1256. A. Hoſtias pro ſacra Euchariſtia conficienda non laicus homo, nec vero femina faciat. X. 868. C. *Ex S. Carolo Borrom.* Oblationes facere poteſt mulier, ſecundum Græcos. III. 1774. D. ∗ Panes qui Deo in ſacrificium offeruntur, nitide fiant, & a quibus. *Theodulf.* IV. 914. A. *Vide*, Oblata.

Miſſa. Ad altare mel & lac ne offeratur. *Trull.* III. 1683. A. Ne lac aut botrus pro vino in ſacrificiis offeratur. *Bracar.* anno 675. III. 1032. C. Mulſum in altari ne offeratur, ſed vinum cum aqua mixtum. III. 444. E. *Aurelian. IV.* II. 1437. A. Panis tantum & vinum in ſacrificio offerantur. *Alex. epiſt. 1.* I. 84. A.

∗ *Missa.* In calice aqua vino miſcenda : quia panis corpus, vinum ſanguis intelligitur aqua, quæ de latere Domini manavit, certiſſime fidelem populum ſignificat. Quibus obſervatis, verum prorſus dubio Chriſti corpus in veritate conficitur. *Riculfus.* VI. 416. E. 417. A. *Tribur.* 445. B. C. ∗ Aqua in calice vino miſcetur, ob cauſam triplicem. *Trid.* X. 128. B. C. 129 E. ∗ Calix vino & aqua permixtus debet offerri. Quia in aqua videmus populum intelligi, in vino oſtendi ſanguinem Chriſti. *Vormat.* anno 868. V. 738. B. IX. 439. B. C. Quia in aqua populus intelligitur, in vino oſtenditur ſanguis Chriſti. *Ibidem.* C. *Bracar.* anno 675. III. 1033. B. C. Non poteſt calix Domini eſſe aqua ſola aut vinum ſolum. *Ibidem.* ∗ Duæ ſint partes vini, quia major eſt majeſtas ſanguinis Chriſti : tertia aquæ per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ. VI. 445. C. Aqua cum vino miſcenda : ad oſtendendam contemperationem ex ſanguine Chriſti & aqua de latere ejus. *Trull.* III. 1674. A. B. C.

Miſſa. Sacrificium de cerviſia vel ſola aqua non fiat, ſed ſolummodo aqua vino mixto. *Winton.* anno 1076.

VI. 1560. E. Uva ne ſacrificio conjungatur. *Trull.* III. 1671. B. • Inter vinum, hoſtiam, & aquam, Trinitas ſignificatur. VI. 1026. C. Aquam in calice calidam tepidamve apponunt Græci. VII. 364. D. IX. 430. C. Congruum non eſt duos vel tres calices ponere. III. 1859. B.

Missa. Sacerdotes non celebrent cum vino albo, ſed rubro, ubi poterit commode inveniri. *Clarom.* anno 1268. VII. 592. B. *Odo Pariſ.* anno circ. 1197. VI. *parte II. ſub finem.* 1944. C. Vino albo tantum, ubi poſſit, ad Miſſæ ſacrificium ſacerdotes utantur. X. 651. Qui celebrarent in ficta fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis in Suecia. VI. *parte II. poſt med.* 1446. C. • In iis regionibus, in quibus panis aut vinum inveniri non poteſt, licite poſſet alterum ſine altero conſecrari. *Innocent. III.* VIII. 1688. E.

Missa ne celebretur in privatis domibus, aut omnino extra Eccleſiam, & oratoria ad divinum cultum dedicata. *Trid.* X. 130. C. III. 1963. B. *Silveſt.* I. 288. B. IV. 846. B. *Carol. M.* IV. 958. B. V. 452. E. • Non oportet oblationes in domibus celebrari. *Laodic.* I. 792. C. Miſſarum celebrationes ne fiant in domibus vel hortis. *Concil. Pariſ. VI.* anno 829. IV. 1324. B. *Moguntiac.* anno 888. VI. 406. B. *Metenſe.* 412 B. *Theodulf.* IV. 914. E. Miſſa ne in privatis domibus nobilium aut aliorum potentum celebretur, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo jure incurrenda. *Turon.* anno 1583. X. 1403. B. Prætextu diſpenſationis ſedis Apoſtolicæ, niſi prius litteris illius diſpenſationis ab epiſcopo viſis & approbatis. IX. 1955. C. Niſi ob extremam alicujus ægritudinem: nec umquam niſi ſuper altare conſecratum. VI. 662. B. *Ancyr.* IV. 1243. A. *Londin.* anno 1341. VII. 1645. 1646. Niſi ſacerdos a ſede Apoſtolica aut ab epiſcopo loci licentiam habuerit ſpecialem. *Conſtit. Nicoſ.* anno 1298. VII. 1737. E. VI. 172. A. Abſque epiſcopi conſenſu nefas. *Trull.* III. 1671. E. Miſſam ne monachi celebrent in domibus laicorum, &c. ſine facultate archidiaconi. *Nicæn. Arab.* I. 501. D. E. Miſſas in domo ſua celebrari nulli concedat archidiaconus ſine epiſcopi licentia. V. 414. B. Ne celebrentur in domibus minime conſecratis, &c. *Londin.* anno 1321. VII. 1461. A. B. C. Sacerdotes tamen, qui in oratoriis vel capellis regum ſeu reginarum Angliæ, aut liberorum ſuorum, Miſſas celebrare contigerit, nulla pœna volumus coarctari. *Ibidem.* C. Miſſas qui faciunt in oratoriis principum virorum in urbe regia. *Nicæna II. ſynod.* IV. 494. B.

Miſſarum celebrationem alibi fieri quam in eccleſia, quando in itinere pergitur, neceſſitas urget. *Concil. Pariſ. VI.* anno 829. IV. 1323. D.

Miſſarum celebratio non alibi quam in ſacratis Domino locis fieri debet, abſque magna neceſſitate. *Felix Papa.* II. 1090. E. 1093. A. In ædibus oblationem jure feciſſe dicitur Philippus presbyter, cum a Neſtorio prohiberetur. I. 1322. A.

Miſſam quibus diebus celebrare non licet in domibus ſive capellis. VII. 1619. A. B. *anno* 1336. *Andegav.* anno 1365. VII. 1784. C. D. Qui in oratoriis intra domos celebrant, ſine conſenſu epiſcopi, amoveantur a clero. V. 1406. A. B.

Missam integram parochiani audiant in ſua parochiali eccleſia, ſaltem in diebus Dominicis: aut excommunicentur. *Ravenn.* anno 1311. VII. 1365. D. Ad matrem eccleſiam omnes conveniant, neque cibum capiant ante peractum officium. *Theodulf.* IV. 922. E. Ad publicas ſtationes occurrant. VI. 172. A. Poſthabitis ædiculis, quas Capellas vocant, baſilicæ adeantur ad celebrationem Miſſarum audiendam. IV. 1354. B. Per Miſſas peculiares populus diebus Dominicis a publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ hora tertia canonice fiunt, ne abſtrahatur. *Theodulf.* IV. 922. E. Peſſimus eſt uſus contrarius. *Ibidem.* & 924. D. Miſſæ per oratoria, & ſuburbana monaſteria, & eccleſias ſuburbanas, nequaquam ante ſecundam horam, foribuſque reſeratis, celebrentur; ne tali occaſione populus a Miſſa vel prædicatione epiſcopi ſe ſubtrahat. *Theodulf.* IV. 924. E. Vetus decretum identidem denunciandum, ne quis tribus continuis Dominicis a parochialis Miſſæ celebratione abſit. Et confeſſarii interrogent pœnitentes, an huic officio ſatisfecerint, &c. *Burdigal.* anno 1583. X. 1341. B. *Bituricenſe,* anno 1584. X. 1505. C. *Burdigal.* anno 1624. XI. 66. B. Et Confeſſarios omnes, ſive ſæculares, ſive regulares, ſcrutari pœnitentes, an huic officio ſatisfecerint, propoſita eiſdem gravitate peccati, obligatos eſſe declaratur. *Ibidem.* B. C. Si quis confeſſarius, &c. aliter docere publice vel privatim auſus fuerit, ipſo facto ſuſpenſionem incurrat & interdictum. *Ibidem.* C. D. *Budenſe,* anno 1289. VII. 800. B. C. D.

Miſſa parochialis juxta præceptum eccleſiæ audienda. X. 452. E. *Vide,* Parochiani. Aſſertio Mendicantium, qui aiunt parochianos non teneri de jure Dominicis diebus & ſolemnibus in propriis eccleſiis parochialibus Miſſas audire, ſed ubi pro eorum devotione maluerint, &c. damnatur ut falſa, in conciliabulo Baſileenſi. IX. 1191. B. Ad Miſſam diebus Dominicis ac feſtis, & ad verbum Dei audiendum, ubi commode fieri poteſt, in ſuis parochiis omnes interſint. *Mexic.* anno 1585. X. 1641. A. Miſſæ parochiali ſi quis per tres dies Dominicos neglexerit intereſſe, denuncient Curati promotoribus. IX. 1954. E. Communione privetur, donec ſub ſatisfactione ſe corrigendum adſtruat. VI. 188.

Miſſæ in parochia ſi plures ſint, qua hora ſingulæ celebrandæ. X. 865. B. C. *Ex S. Carolo Borromæo.* Nulla dicatur ita ut a parochiali Miſſa populus avocetur. *Ibidem.* X. 1911. E. Miſſa publica. *Carthag. II.* anno 390. I. 952. A. Miſſa in eccleſiis, quæ intra fines parochiæ ſunt, Dominicis & feſtis diebus ne celebrentur, niſi abſoluta Parochi concione: niſi ipſe fieri prius permittat. X. 781. E. 782. A.

Missa. Diebus Dominicis ac feſtis, dum majus ſacrum fit, vel concio, vel ſupplicatio; in alio altari Miſſa ne celebretur. *Remenſe,* anno 1583. X. 1284. A. Miſſa quando celebratur in nota in aliqua eccleſia, nullus alius ſacerdos Miſſam celebret in eadem, donec Miſſa præfata fuerit plene completa. *Ravenn.* anno 1317. VII. 1443. A. B. Miſſæ ſpeciales finiantur ante Miſſæ ſolemnis evangelium, &c. IX. 2104. D. Miſſæ quæ ex tenore fundationis dici debent die Dominico, non dicantur, niſi poſt Miſſam parochialem. IX. 1955. D.

Missas concelebrare nullus presbyter confertus cibo aut crapulatus vino præſumat: nonniſi jejunus celebret. *Matiſcon.* anno 585. III. 461. E. 462. A. III. 1015. B. Nullus præſumat poſt cibi potuſve quamlibet minimum ſumptum. *Tolet. VII.* anno 646. III. 622. A. Sacramenta altaris nonniſi a jejunis celebrentur, excepto die Cœnæ Dominicæ. *Cod. Afr. can.* I. 883. D. *Carthag. III.* anno 397. I. 964. B. Non celebret presbyter, qui poſt galli cantum biberit, niſi neceſſitas cogat. VI. 827. B. 829. A. Miſſas tractare presbytero, diacono, vel ſubdiacono non licet niſi jejunis. III. 445. D. • Sacrificia inhibenda poſt prandium, ut a jejunis offerantur. *Carthag. III.* anno 397. I. 968. D. Ad oſculum non admittitur, qui prius manducaſſe probatur. III. 1774. D. *Vide,* Tabacum.

Missam celebrare bis in die nemo audeat, niſi in magna neceſſitate: & tunc non recipiat vinum in prima Miſſa poſt Communionem. III. 1966. D. VII. 1980. B. *Londin.* anno 1200. VI. *parte II. ſub finem.* 1957. E. VI. 1114. E. IX. 1309. C. Miſſas eodem die plures celebrandi facultates conceſſæ, irritæ ſunto. X. 650. B. Abrogantur, a S. Carolo Borromæo. X. 1060. E. Binationes prohibendæ, ubi in uſu fuerunt, ut ancillis & famulis de matutinali Miſſa provideretur. X. 1186. D. Miſſam unam tantum ſacerdos in die celebret, exceptis caſibus a jure permiſſis. *Ravenn.* anno 1311. VII. 1365. C. *Herbipol.* anno 1287. VII. 1134. C *Wigorn.* anni 1240. VII. 340. A. B. C. Miſſam nemo audeat bis in die celebrare, niſi humano corpore præſente in die Dominico vel alio ſolemni: in die Natalis Domini: in die Paſchæ. Et hoc ubi non eſt niſi unus ſacerdos. *Rotomag.* anno 1231. VII. 186. E. *Londin. anno* 1206. VI. *parte II. ſub finem.* 1974. B. *Pariſ.* 1978. A. *Ricardus Sarum,* &c. anno 1217. VII. 100. D. *Oxon.* anno 1222. VII. 116. D. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 917. E. 918 A. Miſſam bis uno die in provincia Burdigalenſi celebrare uni ſacerdoti neceſſe eſt ut epiſcopi concedant, ob ſacerdotum penuriam: ſed qua cautione & conditione. X. 1340. A. B.

Miſſam bis in die nullus audeat celebrare, aut cum duplici Introitu, niſi in

magna neceſſitate. *Odo Pariſ.* VI. *parte II. ſub finem.* 1940. B. ✱ Sacerdos nullus (parochus) ſæpius in uno die Miſſam celebret, quam ter ad ſummum. VI. 662. C. VI. 829. A. Cum plures in die Miſſæ ab uno presbytero dicantur, quid obſervandum. VI. *parte II. ſub finem.* 1957. E. 1958. A. Tot vicibus ſacerdotes communicent, quot ſacrificia in uno die offerunt. *Tolet. XII.* anno 681. III. 1721. E. 1722. A. B. Leo Papa legitur eamdem Miſſam eodem die ſepties, aliquando novies celebraſſe. VIII. 1862. E.

MISSAM nemo celebret, qui non communicet. VI. 1186. E. Presbyteri quidam celebrata Miſſa detrectabant ipſi ſumere divina myſteria quæ conſecrarunt, ſed mulierculis tradunt &c. VI. 205. A. ✱ Miſſas qui canunt & non communicant, quomodo poſſunt dicere, *Sacramenta quæ ſumpſimus*, &c. V. 456. B. Sacerdotes celebrantes ſe ipſos communicant: & hæc eſt Apoſtolica traditio. *Trid.* X. 82. C. *ſub anathem.* 84 B. ✱ Presbyter ſumat ipſe divina myſteria quæ conſecravit; & diacono aut ſubdiacono, quæ miniſtri ſunt altaris, colligenda tradat. VI. 205. A. B. Qui facta oblatione non communicaverit, epiſcopus vel presbyter cauſam det probabilem, vel ſegregetur. *Can. Apoſt.* I. 11. B. 33. D. Deponatur. *Theodor. Cantuar.* III. 1777. D. Et ſic de fidelibus. *Ibidem.* Peracta conſecratione, omnes miniſtri communicent, qui eccleſiaſticis noluerint carere liminibus. *Anaclet. epiſt. 1.* I. 65. E. Diaconus dicit ante [illegible], *Qui non communicatis, abite.* I. 1194. C. Omnes fideles communicent, & ad Miſſas exſpectent finalem deprecationem. *Carol. M.* IV. 960. B. ✱ Tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. *Clem. epiſt. 2.* I. 50. B.

MISSAM nullus presbyterorum ſolus canat. Quomodo enim dicet, *Et omnium circumſtantium*, ſi nullus circumſtet! IV. 1208. B. *Concil. Pariſ. VI.* anno 829. IV. 1325. A. Habeat omnis presbyter clericum, qui epiſtolam vel lectionem legat, &c. VI. 785. C. Miſſæ celebrandæ cum uno, duobus, vel tribus clericis. VI. 416. D. Miſſa non ſine miniſtro litterato celebretur. VI. *parte II. ſub finem.* 1930. D. Sacerdos in altari cur miniſtrum habeat. IX. 1983. D. Sacrificans habeat poſt ſe aliquem adjutorem, qui ſi quid ei turbationis aut vexationis accidat, ejus vicem exſequatur intrepidus. *Tolet. XI.* anno 675. III. 1029. C.

Miſſam celebranti presbytero ne miniſtret femina, ſive monialis, ſive alia ſæcularis. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 918. E. VI. 458. A. VII. 365. B. XI. 20. C. Miſſam presbyter cum proprio filio ſpurio non audeat celebrare. *Vaur.* anno 1368. VII. 1836. E. *Valentin.* anno 1255. VII. 1980. C.

MISSAM celebraturi ſacerdotes toties confiteantur, aut ſaltem ſingulis hebdomadis. X. 1485. C. Miſſam nemo celebret niſi ſacramentali confeſ-

ſione & abſolutione emendatus: & decani aliique prælati ſuper hoc diligenter excubias agant, &c. IX. 2125. D. E. Celebraturus ſacerdos ſe prius probet: & ut minimum bis in menſe id faciat. *Statuta Remenſis Eccl.* III. 575. A.

MISSA prima. Nullus ſacerdotum novitiorum illa die, qua primam Miſſam celebrare voluit, in exordio publicationis ſui officii oblaturus Deo ſacrificium, aliquos ad convivium invitare præſumat, &c. *Saltzburg.* anno 1420. VIII. 971. D. Miſſa nova, ut vocant, conviviis ſumptuoſis, ludiſque careat, &c. X. 589. A. B. X. 651. A. B. In Miſſis novis eleemoſynarum poſtulationes prohibitæ. *Conc. Aquil.* In Miſſis novis celebrandis ne patrinus & matrina adſciſcantur. XI. 67. B. Prohibentur cujuſvis generis mercedum conditiones & pacta pro Miſſia novis, &c. *Trid.* X. 130. B.

MISSAS presbyteri quotidie celebrent. *Ricułfus.* VI. 414. D. Miſſam ut quotidie celebrent ſacerdotes, præceptum in Concilio Compoſtell. anno 1057. VI. 1049. D. Non ideo ſacerdotes a quotidiano ſacro deſiſtere oportet, quod deſint qui cum ſacerdote communicent. IX. 2146. B. Miſſam celebrare ſacerdotes ne omittant Dominicis & feſtis diebus. X. 662. B. Curati ter in hebdomada, aut eo etiam ſæpius. *Ibidem.* Miſſam celebrent ſacerdotes ſaltem omnibus diebus Dominicis & feſtivis ſolemnibus, &c. *Rotomag.* anno 1581. X. 1228. C. Quacumque in dignitate conſtituti, Dominicis feſtiſque diebus, niſi juſto aliquo præpedimento avocati. *Toloſan.* anno 1590. X. 1793. C. Miſſam presbyteri celebrent ſaltem quater in anno. *Tolet.* anno 1324. VII. 1490. B. Miſſam ſacerdos quilibet celebret ſaltem in anno: alioquin beneficiis omnibus ſit privatus, &c. *Ravenn.* anno 1314. VII. 1388. D. E.

Miſſa. Curati ter in hebdomada ſacrum faciant, aut eo etiam ſæpius, ſi vel loci conſuetudo vel neceſſitas poſtulet. *Aquenſe*, anno 1585. X. 1529. D.

Miſſæ Pontificales quoties debeant celebrari. X. 868. E. 869. A. B. C. *Ex S. Carolo Borromæo.* Miſſam agere oportet epiſcopum, in ordinatione epiſcopi, presbyteri, &c. Græci ſimiliter faciunt, quando abbatem vel abbatiſſam eligunt. *Theodor. Cantuar.* III. 1771. E.

Miſſa. Monachi frequenter celebrent. *Londin.* anno 1268. VII. 644. C. D. Miſſas conventuales celebrare negligentis pœoæ. X. 742. A.

MISSAM facere presbytero ſoli licet. III. 1775. C.

MISSÆ celebrandæ ritus. X. 651. C. D. E. *Ex S. Carolo Borrom.* Græci inclinant capita, cum de minori altari in majus deferuntur ſacra munera nondum conſecrata. IX. 430. C.

MISSA. In ſanctificatione Corporis & Sanguinis Domini, orationem Dominicam ſolummodo Apoſtoli decantabant. VI. 578. E. Quis in conſecrandis myſteriis, vel in ceteris arcanis agendis mos ſit tenendus. I. 996. D. Miſſa celebrabatur ante tempora Baſilii & Chryſoſtomi, non tamen eo ritu, quem ipſi expoſuerunt. IX. 617. C. Occidentalis eccleſia alio modo uſa eſt. *Ibidem.* Miſſarum ordo a S. Gregorio Papa conditus. IV. 778. C.

Miſſarum conſuetudo alis in Romana eccleſia, alis in Gallis, alia alibi: ex multis elige, quod poſſit plus Deo placere. *Gregor. M.* III. 510. C. Miſſarum officia aliter Hieroſolymis, aliter Epheſi, aliter Romæ fiunt. III. 342. E. Viennæ peragenda, ut Romæ. III. 342. E. Miſſarum unus modus eſto per omnem Hiſpaniam. *Tolet. IV.* anno 633. III. 579. B. ✱ Miſſa de Cœna Domini, & de Aſcenſione Domini, in Hiſpanico Miſſali IV. 885. A. Preces Miſſarum Hildefonſus Toletanus compoſuit, quales univerſalis & ſancta Dei eccleſia non habet. *Concil. Francoford.* anno 794. IV. 885. B. Miſſam aliter quam in principali eccleſia celebrare non liceat. *Tolet. XI.* anno 675. III. 1025. A. Miſſæ ordo & pſallendi conſuetudo una ſit in omni provincia Tarraconenſi. II. 1043. D.

Miſſarum ordo. III. 386. C. III. 1920. D. Semper idem: quando mutandus. II. 1432. B. *Vide*, Ordo Miſſarum.

Miſſa. Græcorum ritus peculiares quidam. IX. 430.

MISSA. Duo ſaltem luminaria ſint, quorum alterum ſit de cera. VII. 1077. B. *anno* 1287. Dum ſacerdos confeſſionem ex more præmittit, miniſtri luminaria non accendant, &c. IX. 2145. D.

MISSA Catechumenorum. II. 1065. B. 1067. D. *Vide*, Eccleſia. Miſſæ catechumenorum interſunt catechumeni, pœnitentes, & omnes qui ex diverſo ſunt. II. 1067. D. ✱ Poſt lectiones atque tractatum, dimiſſis catechumenis, Miſſam facere cœpi. V. 1298. D. Catechumeni priores dimittantur, deinde pœnitentes: poſtea fiant orationes pro fidelibus qui permanent in Eccleſia, ſive in ſacramentis ſive in precibus tantum communicent. *Laodic.* I. 783. E.

MISSÆ. In omnibus Miſſis *Kyrie eleiſon* & *Sanctus*, dicatur. *Vaſenſe II.* anno 529. II. 1106. A. B. Poſt introitum, & *Gloria in excelſis*, & orationem primam de Adventu Domini, ſecundam &c. Poſt lectionem Apoſtoli, & reſponſoris, & Evangelium, & *Credo*, & oblata &c. V. 734. A. B. *anno* 868. De his qui in Miſſa non complent *Credo*. VIII. 1198. D. In ſymbolo nulla adhibeantur organa, neque muſica. *Burdigal.* anno 1583. X. 1340. D. *Credo* non cantetur niſi in Dominicis, feſtivitatibus Apoſtolorum, & duplicibus feſtis. Cauſa tamen reverentiæ Dominæ noſtræ in ſabbato cantari poteſt. VII. 1984. B. anno 1255.

Miſſarum orationes: Præfationes Canonis, &c. V. 391. C. Præfationes decem adſignantur. VI. *parte II. ſub finem.* 1638. B. C. *Surſum corda. Dominus vobiſcum.* IV. 1016. A.

MISSÆ canon non eſt idem apud omnes. IX. 974. E. Canonis verbis nihil addatur aut detrahatur. *Turon.* anno

1583. I. 1403. D. Miſſæ canonem continere errores, ideoque abrogandum eſſe qui dixerit, anathema ſit. *Trid.* X. 129. C. Miſſæ canon multis ante ſæculis inſtitutus, ab omni errore purus, ex Apoſtolorum traditionibus, Pontificumque inſtitutionibus. *Trid.* X. 127. D. Miſſæ canonem ridet Wiclefus. IX. 1929. D.

Miſſa. Sacerdotes attente, reverenter & diſtincte legant & dicant in Canone quæ ſunt dicenda. Et expediant ſe quanto citius poſſunt, propter tædium adſtantium; &c. & faciant ſigna ſua diſtincte & reverenter. *Colon.* anno 1280. VII. 824. C. *Memento Domine, & circumadſtantium.* IV. 1325. A. Primatis nomen in altario recitetur, etiam in monaſteriis. II. 1088. D. Nomina fundatorum & benefactorum eccleſiæ recitentur ante altare, ſive ſint adhuc ſuperſtites, ſive defuncti. *Emerit.* anno 666. III. 1005. B.

* *Miſſa.* Sacerdos non pro ſe ipſo ſolum, ſed pro tota eccleſia offert Deo ſacrificium. VIII. 1699. D. Canon dicatur cum maturitate: ſed cum majore devotione & ſolicitudine, ab illo loco, *Qui pridie*, uſque *Supra quæ propitio*: quia omnia illa verba vere ſunt in ſubſtantiam ſacramenti. *Valentin.* anno 1255. VII. 1980. D. Canon Miſſæ habeatur correctus. Et verba Canonis rotunde & diſtincte dicantur. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 100. A. *Oxon.* anno 1222. VII. 121. A. *Wigorn.* anno 1242. VII. 345. B. *Eborac.* anno 1189. VI. *parte II. ſub finem.* 1930. E.

Miſſa. Calicem & oblatam recta cruce presbyter ſignet, id eſt, non in circulo & variatione digitorum, ut plurimi faciunt: ſed ſtrictis duobus digitis & pollice intus recluſo, per quos Trinitas innuitur, &c. VI. 785. C.

MISSÆ canon ex parte & verba conſecrationis ſummiſſa voce proferuntur recte, nec ritus ille damnandus. *Trid. ſub anathemate.* X. 129. E. Verba Canonis in vulgari Bohemico Hieronymus de Praga cani a mechanicis fecit: qui cum illis cantionibus dicunt ſe conficere Corpus Chriſti. VIII. 519. D. E. Dixit idem laicos utriuſque ſexus, viros & mulieres, poſſe conficere Corpus Chriſti, dummodo proferant verba apta & ordinata ad conſecrationem. 520. A.

Miſſæ canon non eſt clare legendus. IX. 1982. A. IX. 2007. D. Ut hactenus a Catholicis factum eſt. IX. 2040. C. Secreto pronuncietur. *Camerac.* anno 1586. IX. 2157. B. *Mechlin.* anno 1607. X. 1951. D. Eripere ſimplici populo hoc ſolatium, jungendi vocem ſuam voci totius eccleſiæ, eſt uſus contrarius praxi Apoſtolicæ, & intentioni Dei. *Propoſitio* LXXXVI. *inter damnatas a Clemente* XI. *anno* 1713.

Miſſa. Hoſtiam tenens ſacerdos, dum dicit, *Qui pridie*, ne nimis elevet; &c. VI. *parte II. ſub finem.* 1944. C. Hoſtia ante conſecrationem nullo modo in altum elevanda. IX. 1284. D.

Miſſa. Propoſitio ſacramenti in unum conſecretur. *Arauſic.* anno 441. I. 1783. B.

MISSA. Dicto *Hoc eſt Corpus meum*, ſacerdos elevet caute, ut poſſit videri ab omnibus, quia tunc ibi eſt Corpus Chriſti: & prædicetur populo quod tunc omnes flectant genua, & adorent Corpus. VII. 1980. D. Si qua eccleſia adhuc ſtando Chriſti corpus in Miſſa adoret, procumbat deinceps, dum proponitur adorandum. *Remenſe*, anno 1583. X. 1284. D. IX. 2005. C. Tempore elevationis ſanctiſſimi ſacramenti, Canonici, quamvis capuciis induti, capite nudo & aperto intereſſe debent. XI. 85. E. Sacerdos ne oſculetur hoſtiam. VII. 100. C. Sed genua flectat reverenter, maxime cum poſt elevationem hoſtia ſacra demittitur. *Ibidem.*

MISSA. Purus panis adoraretur a populo, ſi ante prolationem verborum, *Hoc eſt enim corpus meum*, hoſtia elevaretur. *Claromont.* anno 1268. VII. 592. E. Verba quorum virtute conficitur ſacramentum: *Hoc eſt enim Corpus meum: Hic eſt enim Calix ſanguinis mei.* VII. 1735. B. anno 1298. * Græci non contenti Domini verbis ad conſecrationem, addunt poſtea preces. IX. 430. D. * Tranſmutari dicunt ſymbola Spiritu ſancto. *Ibidem.* Miſſa noſtra dicitur habuiſſe principium a B. Petro, qui ſolum in Canone poſuiſſe dicitur breviſſimam orationem; poſtea per ſanctos doctores factæ ſunt additiones orationum. IX. 974. E. 975. A. Conſecratio igitur non conficitur verbis ſanctorum, ſed verbis Chriſti, quæ ſemper uniformiter manſerunt. 975. A. Cui poſt verba conſecrationis dicatur a Græcis, *Et panem hunc fac Corpus Chriſti.* Reſponſum, quemadmodum dicitur a Latinis, *Jube hæc perferri*, &c. IX. 403. B. *Myſterium fidei*, in forma conſecrationis calicis. IX. 403. B.

Miſſa. In elevatione Corporis & ſanguinis Chriſti, & poſt, uſque dum cantatur *Agnus Dei*, ſileant organa. IX. 2146. A. Poſt elevationem Euchariſtiæ quid non ſit canendum. IX. 1982. A. Sub elevatione ſacræ hoſtiæ, antiphonæ ad hoc ſacrificium tantum pertinentes cantentur: melius tamen & veteri eccleſiæ convenientius eſſet, præſentiam Dominici Corporis in altiſſimo ſilentio proſtratos venerari. IX. 2040. E. 2041. A.

Miſſa. Cum in celebratione Miſſæ Corpus Domini erigitur, campanella pulſetur, &c. VII. 333. E. X. 742. C. X. 868. A. *ex S. Carolo Borromæo.* VI. *parte II. ſub finem.* 1979. B. anno 1208. Sint ardentes in Miſſæ Canone tortiſii duo ardentes. *Exon.* anno 1287. VII. 1077. B. Hoſtiæ conſecratæ, ab iis etiam qui alias non habent, iterum non conſecrentur. VI. 1189. A.

Miſſæ Canon, ubi *Pax Domini.* VI. *parte II. circa med.* 1370. C. * Oſculum pacis nonniſi poſt confecta myſteria dandum eſſe; ut per illud conſtet populum ad omnia quæ ſunt ibi geſta præbuiſſe conſenſum. *Innoc. I. epiſt. 1.* I. 996. E. 997. A. In Miſſarum ſolemniis omnes pacem ad invicem dent. *Franceford.* IV. 909. A. Poſt pacis oſculum, cum jam pro peccatis mundi offerenda vel ſumenda eſt hoſtia ſalutaris, &c. VII. 5. C.

MISSÆ ſacrum ſumma devotione celebrari oportet. IX. 1982 B C. Miſſas dicere archiepiſcopus ſine pallio non præſumat. *Matiſcon.* anno 581. III 452. B. Miſſam ſacerdos ſine orario ne audeat celebrare. *Bracar.* anno 675. III. 1034. B. Miſſam nullus cantet ſine amictu, alba, ſtola, fanone, planeta. VI. 785. A. Omnia pronuncientur alta & intelligibili voce, præter ea quæ *Secreta* nuncupantur. IX. 1122. D. Miſſam qui nimis baſſe legunt, ita ut a circumſtantibus audiri non poſſit. VIII. 1198. D. Secreto pronuncianda, ſubmiſſa voce recitentur. *Burdigal.* anno 1583. X. 1340. C. Miſſam non celebrent ſacerdotes operto capite, niſi infirmitas urgeat. *Bituric.* anno 1584. X. 1485. B. Miſſas presbyteri cum ſandaliis celebrent. V. 457. B. * Tam pie Ignatius rem divinam faciebat, ut in ipſo altari videre eſſet Spiritus ſancti præſentiæ haud dubia argumenta: videbatur enim panis divinus penitus immutatus, totuſque veluti cæleſtis carbo radios ſpargere flammæ cæleſtis. V. 991. B. Miſſarum ſolemnia cum celebrantur, etiam a pernicioſis cogitationibus funditus abſtinendum eſt. *Turon.* anno 813. IV. 1028. B.

MISSÆ integræ audiantur; nemo diſcedat antequam Dominica dicatur oratio & ante epiſcopi benedictionem. *Aurelian. III.* anno 538. II. 1428. D. *Agath.* anno 506. II. 1003. C. *Aurel. I.* anno 511. II. 1011. E. IV. 841. E. Miſſa uſque ad benedictionem epiſcopi & communionem. IV. 924. E. Laici non egrediantur de eccleſia, donec ſacerdos communicarit, & Miſſa fuerit completa. VII. 1989. D. X. 1341. A. 1404. B. Ante Miſſam completam nemo exeat. V. 451. D. * Poſt orationem Dominicam, & conjunctionem panis & calicis, benedictio populo detur; tunc communio fiat. *Tolet. IV.* anno 633. III. 584. D. * Miſſæ pars præcipua, communio. IX. 2007. D. Fideles qui ingrediuntur in eccleſiam, & audiunt ſcripturas, ſed non permanent in ſacra communione, ſegregentur. *Can. Apoſt.* I. 11. C. 33. E. Presbyteri ne hoſtias non conſecratas dent pueris, niſi in die Paſchæ, loco panis benedicti: & tunc ſtatim utantur primum, nec extra eccleſiam portent. *Claromont.* anno 1268. VII. 593. D. * Manus & ora laventur poſt ſumpta myſteria. VI. 415. D.

MISSAS ſacerdotum, quos conſtiterit revera ſimoniacos vel fornicatores eſſe, audire prohibitum eſt, ut illi ad pœnitentiam revocentur. VI. *parte II. initio.* 1848. C. VI. *parte II. initio.* 1864. D. VI. 1541. 1542. Miſſam presbyteri, non qui habet, ſed qui habuit uxorem, vetat vitari canon Gangrenſis. VI. 1543. E. 1544. A. B. C. Miſſarum ſolemnia celebrare non metuit, excommunicatus. Miſ-

Digitized by Google

ſam ejus audire noluimus. V. 337. D. E.

MISSA vulgari lingua non eſt paſſim celebranda. *Trid.* X. 128. C. Miſſam qui dixerit lingua vulgari tantum celebrandam eſſe, anathema. *Trid.* X. 129. E. Miſſa debet dici lingua vulgari. *Error damnatus.* IX. 1947. E.

Miſſas cantari lingua Sclavonica permittit Joannes VIII. Papa, dummodo Evangelium prius Latine legatur. VI. 86. E. 87. A. Miſſas cantari in barbara, hoc eſt, in Sclavina lingua, prohibet Joannes VIII. Papa: jubet in Græca vel Latina celebrari, ſicut eccleſia Dei toto terrarum orbe diffuſa cantat. VI. 61. A. Officium divinum celebrari Sclavonica lingua apud Bohemos, vetat Gregorius VII. Papa. VI. 1435. A. B. Miſſa linguagio Slavico, ab antiquo, etiam in Bohemis, cantatur. VIII. 1101. A. Evangelia, epiſtolas, & ſymbolum vulgari lingua in Miſſis & eccleſiis legi & decantari petunt Bohemi. VIII. 1101. A.

MISSA non dicatur memoriter, nec a cœcis. X. 1485. C. Miſſam cantare, ſi vellet, Hincmaro Laudunenſi cœco permiſſum. VI. 204. D. E. Memoriter nihil, ſed omnia in libro legantur. *Burdigal.* anno 1583. X. 1340. C. Miſſam nemo celebret ſine libro: habeatque ipſum canonem coram oculis. VI. 662. B. Canonem Miſſæ memoriter tenere ſtudeat presbyter. VI. 415. A. *anno* 889.

* MISSAS pro malo homine offerre, blaſphemare eſt. III. 1775. E. * Miſſam agere licet pro infantibus ante ſeptem annos. III. 1776. C.

MISSAM ſacerdos ne dicat, antequam Matutinas & Primam dixerit. VI. *parte II. ſub finem.* 1940. B. *Exon.* anno 1287. VII. 1096. E. Miſſam nemo præſumat celebrare, niſi prius Matutinas & Primam dixerit, abſque neceſſitate. VII. 1980. B. *Synod. Nicoſ.* VII. 1701. D. 1717. D. 1735. A. Miſſæ non aliis quam debitis horis celebrentur, nec niſi ritu ab Eccleſia probato. *Trid.* X. 130. D. Miſſa non celebretur ab aliquo, quouſque Prima fuerit completa. *Wigorn.* anno 1240. VII. 334. E.

MISSA parochialis qua hora ſit celebranda, tum hieme, tum æſtate. IX. 2157. C. Celebrare nullus ſacerdos parochialis præſumat, antequam matutinale perſolverit officium, id eſt, Primam ac Tertiam de die. *Lameth.* anno 1330. VII. 1551. E. Hora tertia, in præcipuis dumtaxat ſolemnitatibus. *Aurelian. III.* anno 538. II. 1426. C. Miſſa celebretur hora octava Kalendis Januariis. *Turon.* anno 567. III. 360. E. In Quadrageſima hora nona vel decima. *Bracar.* anno 572. III. 388. A. Miſſa ultra meridiem non cantanda, niſi in vigilia Paſchæ: nec de nocte, niſi in Natali Domini. VII. 1981. B. Miſſa facta veſpere, in diebus jejunii. II. 1043. E.

MISSA. Pro Miſſa ſua eleemoſyna ſit ſacerdoti. IV. 1196. C. Pro Miſſis celebrandis presbyteri ne pecuniam exigant. *Tolet.* anno 1324. VII. 1489. E. Ne ſtipendium plurium Miſſarum ſimul venentur ſacerdotes, &c. X. 1194. D. E. Miſſam unam ſe dicendo ne putet celebrans poſſe ſatisfacere pro duobus, pro quo utroque promiſit ſpecialiter & in ſolidum celebrare. *Lambeth.* anno 1281. VII. 862. D. E. Miſſæ venales ne ſunto: nec pro annualibus vel tricennalibus laïci legare aliquid cogantur. VI. *parte II. ſub finem.* 2003. A. B. VII. 269. B. *Ricardus Sarum*, anno 1217. VII. 93. C.

MISSA, ſacrificium eſt etiam pro defunctis in Chriſto, nondum plene purgatis, idque ex traditione Apoſtolorum. *Trid.* X. 127. B. * Immolamus hoſtiam pro vivis & defunctis, dum pro illis Patrem per Filii mortem deprecamur. IX. 2008. A. IX. 2105. C. *Memento* de ſacra, primum pro vivis, alterum pro defunctis. VII. 1980. C. Sacrificium pro defunctis offerunt Græci. XI. 216 B. Euchariſtiæ ſacramentum non ſolum proficit ſacerdoti ſumenti, ſed etiam toti eccleſiæ, etiam illis qui ſunt in purgatorio. VIII. 1699. D. Miſſa pro mortuis a quibus celebranda. X. 742. B. Miſſas mortuorum etiam poſt acceptum merum, vel oblationem quidam auſi ſunt presbyteri conſecrare. *Bracar.* anno 572. III. 388. B. Miſſa pro defunctis quoties ſit agenda. III. 1774. A. E. 1777. C.

Miſſæ ab eccleſia pro defunctis inſtitutæ, fructuoſiores ſunt & magis proſunt, quam ſola applicatio. *Ex S. Carolo Borromæo.* X. 1118. C. Miſſæ XXX. & pſalteria centum, pro mortuis. III. 2010. D. Ex communi decreto. 2009. E. Trientenaria & annualia. VII. 1979. B. Miſſæ ſiccæ ne fiant pro defunctis. *Pariſ. anno* 1212. VI. *parte II. ſub finem.* 2003. B. Miſſæ ſiccæ penitus abrogantur. *Camerac.* anno 1586. IX. 2157. B.

Miſſæ defunctorum. *Bracar.* anno 561. III. 349. D. Annalia ne præſumat aliquis celebranda ſuſcipere, niſi pro defuncto celebret quotidie, vel procuret ſpecialiter celebrari. *Lambeth.* anno 1281. VII. 862. C. Miſſam celebrare pro mortuis ſacerdoti prohibetur in virtute ſanctæ obedientiæ, niſi primo dixerit officium Mortuorum. *Andegav.* anno 1365. VII. 1776. C.

Miſſæ & exſequiæ pro defunctis ne fiant die Dominico, niſi &c. IX. 2008. A.

Miſſæ ſex in tota provincia celebrentur ab epiſcopo quolibet, ubi primum coëpiſcopi mors innotuerit. *London.* anno 1486. IX. 1517. A.

Miſſam defunctorum pro vivis quidam auſi malevole celebrare. *Tolet. XVII.* anno 694. III. 1814. E.

Miſſam applicare ſeu offerre pro peccatis, pro ſatisfactionibus, pro defunctis &c. manifeſtus error eſt. *Error damnatus.* IX. 1947. E.

MISSA. De defectibus in Miſſæ celebratione occurrentibus. VI. *parte II. ſub finem.* 1943. D. E. 1944. A. Ex ſynodo Colon. anno 1280. VII. 824. D. E. 825. A. B. C. Miſſas dum facit ſacerdos, ſi languoris accedat eventus, perficiat alter. *Tolet. VII.* anno 646. III. 622. A. Si quid de ſanguine Domini ceciderit ſuper corporale, reſcindendum eſt ipſum corporale, & in loco Reliquiarum honorifice reſervandum. VII. 1980. E. Si quid de Chriſti ſanguine ſtillaverit ſuper terram, &c. VII. 493. D. Rubricæ in Miſſa obſervandæ. *Claromont.* anno 1268. VII. 592. *& ſeqq.* De celebratione Miſſarum ſtatuta Nemauſenſia. VII. 916. C. D. E.

Miſſa non celebretur in altari, in quo tabula mota fuerit, vel enormiter fracta: nec ſuper lapidem portatilem ſine capſa. *Bajoc.* anno 1300. VII. 1229. B.

MISSAS celebrare ignoto & vago ſacerdoti non liceat. *Trid.* X. 130. C. *Budenſe*, anno 1279. VII. 800. A.

MISSÆ in honorem & memoriam ſanctorum. *Trid.* X. 127. C. Pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda. *Trid. ſub anathem.* X. 129. C. Miſſæ ſanctorum quotidie menſe Auguſto. *Turon.* anno 567. III. 360. D. 361. A. Miſſam de S. Maria quotidie celebrare ſacerdoti conceſſum, præbenda ob id ei data. VI. *parte II. ſub finem.* 1855. B. C. Miſſæ peculiares ne fiant non ſuis temporibus. VI. 829. C. Hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de ſancto Michaele. *Ibidem.* Nec pro aliqua divinatione. *Ibid.* D. Miſſæ votivæ diebus ſingulis dicendæ, ut ſatisfiat devotioni parochianorum. IX. 2173. C.

Miſſa de Spiritu ſancto in primæ ſeſſionis initio, in miniſtrorum Curiæ præſentia, ſolemniter celebranda. *Cantuar.* anno 1295. VII. 1194. E.

MISSARUM ſolemnia, præter fundatorum mentem, ne alio modo convertantur. *Statuta Eccl. Remenſis.* III. 576. B. * Miſſas qui gloriæ tantum aucupandæ cauſa inſtituunt, perdunt mercedem ſuam. IX. 2008. B. Miſſarum numerus in quibuſdam eccleſiis ſi nimius ſit, ſtatuant ſuperiores quod expedire judicaverint: ita tamen ut defunctorum ſemper commemoratio fiat, qui legata ad pios uſus reliquerint. *Trid.* X. 180. C. D. Miſſarum reductiones quomodo faciendæ. X. 1199. B. C. &c.

MISSA in eccleſia Lateranenſi Romæ a Canonicis non celebretur, etiam diebus privatis, minus quatuor fratribus aſſiſtentibus. VI. *parte II. circa med.* 1329. B. Miſſa celebrata eſt per quindecim fere ſacerdotes, adſtantibus præſulibus &c. juſſu Patriarchæ CP. Ferrariæ. IX. 10. C. *Vide*, Presbyteros multos. * Cum Miſſas acturus eſſet epiſcopus Carthag. in magna eccleſia CP. quæſitum eſt quo ordine ſedere deberet; an inter metropolitanos, &c. III. 1363. E. Non plus quam tres diaconi abbatibus, in ſolemnitatibus adhibeantur. VI. 888. E. In circuitu altaris, aut in presbyterio, nullus laicorum ſtare præſumat, quoties Miſſarum ſolemnia celebrantur. V. 69. A. VI. 636. A. B. Dum Miſſa celebratur, nemo Clericus de altario exeat. *Narbon.* anno 589. III. 493. D. Miſſarum ſolemnia inchoata ne presbyter vel diaconus deſerat, ut ab alio perficiantur.

Conc. Rom. anno 743. III. 1929. D.

* *Miſſa.* Non oportet in Quadrageſima panem offerri, niſi ſabbato & Dominica. *Laodic.* I. 790. C.

Miſſa. Biduo hebdomadæ ſanctæ non fieri ſacramenti celebrationem, liber Officialis narrat. VI. 1191. B. Quo biduo recolitur mœſtitia Apoſtolorum. *Ibidem.*

Miſſa. In die quintæ feriæ ſeptimanæ Paſchæ, ſecundo offeratur. I. 1252. A.

Miſſarum ſolemnia celebrare non licet die Paſſionis Dominicæ. *Tolet. XVI.* anno 693. III. 1798. D.

Miſſas in altario ubi epiſcopus dixerit, ne presbyter in illa die dicat. III. 445. A. *Nemauſ.* anno 1284. VII. 917. E. Niſi illius conceſſu. X. 781. C.

Miſſas duas in una die ſuper uno altario non licet dicere. III. 445. A.

Miſſas duas in uno altari facere conceditur. *Theodor. Cantuar.* III. 1774. D.

Miſſa. Azymum & fermentatum, indifferentia ſint. IX. 404. E. Dum ſit ex tritico, & a ſacerdote, & in loco ſacro. *Ibidem. Vide*, Azymum.

Miſſa. Calix fuſilis ſit: in ligno omnino ne conſecrato. VI. 662. E.

Miſſa. Ubi ob prædones vel ob extremam paupertatem calices ſtannei adhuc tolerandi ſunt, ſaltem debite mundentur. X. 1951. E.

Miſſa. Calix & patena, obi Corpus & ſanguis Domini conficitur. VI. 414. E. Urcei qui Miſſæ deſerviunt, vitrei ſint, non ſtannei. X. 1850. A.

Miſſa. De linteaminibus, corporalibus, calicibus, ampullis, pyxidibus, indumentis ſacerdotum *Conſtit. Nicoſ.* anno 1298. VII. 1734. C. D. E. Sacrificium altaris in puro lineo ab epiſcopo conſecrato. *Silveſt.* I. 287. B.

Miſſa. *Vide*, Veſtimenta eccleſiaſtica.

MISSALIS presbyteri. *Conc. Clovesh. anno* 824. IV. 1268. C. Miſſalis ſacerdos. VI. 662. C. VI. 979. E. 980. B. 981. E. Miſſalis ſacerdos Domini. VI. 666. B. * Qui ad celebranda myſteriorum loca non ſolum pro ſuis, ſed & pro alienis peccatis interceſſurus accedit. III. 458. C. Miſſalis proprio ſuæ diœceſis ordine quiſque utatur. IX. 2146. B. Miſſales denarii. VII. 491. E. Miſſalia veſtimenta. VI. 662. C. Miſſalia veſtimenta. VI. 982. C.

MISSALE. A. 842. B. Miſſale plenarium unaquæque eccleſia habeat. VI. 785. B.

MISSARIUM.. IV. 1218. B. Codex ad faciendas Miſſas. V. 378. B. Miſſalis liber ne oſculandus cuiquam præbeatur per laïcum hominem, ſed per clericum id fiat. X. 868. D. Miſſalia pervidenda, ut amputentur ſuperflua & ſuperſtitioſa. IX. 1982. D. Examinanda, ne quid contineant contrarium pietati, vel doctrinæ Catholicæ, &c. *Remenſe*, anno 1583. X. 1279. B. Miſſales libros repurgari per viros doctos, & pios res poſtulat. *Mogunt.* anno 1549. IX. 2126. E. Miſſalia repurganda, ſed ita ut divinus cultus non minuatur. X. 497. B. Miſſalis reformatio commiſſa quibuſdam Patribus Concilii Trid. X. 191. C. In officium Miſſæ ſequentiæ quædam & præfationes alicubi irrepſerunt, rejiciendæ. IX. 2052. B. Miſſalibus proſæ indoctæ nuperius invectæ. IX. 1982. D. Proſæ ut repurgarentur in Miſſalibus, optabat epiſcopus Catalaunenſis. X. 497. A. In ſequentiis quædam occurrunt, quæ pios offendunt, corrigenda & expurganda. X. 1185. B.

MISSA contra paganos quotidie cantetur pro Rege & omni populo. VI. 794. D. Miſſarum tria millia & quingenta, pro Rege decreta in Conc. Moguntino, anno 847. V. 5. C. Miſſas & preces fieri inter ſe epiſcopi Concilii Tullenſis condixerunt. V. 487. C.

Miſſa in loco polluto, ante declarationem epiſcopi vel officialis, celebrare licet in altari portatili, cum licentia epiſcopi. *Remenſe*, anno 1583. X. 1284. B.

Miſſarum ſolemnia ſacerdos non peragat, niſi ſi qui inveniantur ibi diſcordantes, prius reconcilientur. *Namnet.* VI. 457. D.

Si donnons en mandement à nos amez & feaux Conſeillers, les gens tenans noſtre Cour de Parlement de Paris, que s'il leur appert que dans ladite Conſtitution en forme de Bulle il n'y ait rien de contraire aux ſaints Decrets & Prééminences de noſtre Couronne & aux libertez de l'Egliſe Gallicane, ils ayent à faire lire, publier & enregiſtrer nos preſentes Lettres, enſemble ladite Conſtitution, & le contenu en icelles garder & obſerver par tous nos ſujets dans l'étenduë du Reſſort de noſtredite Cour, en ce qui dépend de l'autorité que nous luy donnons. Enjoignons en outre à noſtredite Cour, & à tous Officiers chacun en droit ſoy, de donner auſdits Archeveſques & Eveſques, & à leurs Officiaux, les ſecours, aide du bras ſeculier, lors qu'ils en ſeront requis, dans les cas de droit, pour l'execution de ladite Conſtitution: Car tel eſt noſtre plaiſir. En témoin dequoy Nous avons fait mettre noſtre Scel à ceſdites Preſentes. Données à Verſailles le quatorziéme Fevrier, l'an de grace mil ſept cens quatorze; & de noſtre regne le ſoixante onziéme. Signé, LOUIS; Et plus bas, *Par le Roy,* PHELYPEAUX. *Et ſcellées du grand ſceau de cire jaune.*

Regiſtrées, Oüy & ce requerant le Procureur General du Roy, pour eſtre executées ſelon leur forme & teneur; & copies collationnées envoyées aux Bailliages & Senechauſſées du Reſſort, pour y eſtre leües, publiées, & regiſtrées; Enjoint aux Subſtituts du Procureur General du Roy d'y tenir la main, & d'en certifier la Cour dans un mois, ſuivant & aux modifications portées par l'Arreſt de ce jour. A Paris en Parlement, le quinziéme jour de Fevrier, mil ſept cens quatorze. *Signé,* DONGOIS.

VI.

LETTRE DE MESSIEURS LES AGENS GENERAUX DU CLERGÉ DE FRANCE,

A Meſſeigneurs les Prelats du Royaume, en leur adreſſant le Recüeil des Actes.

MONSEIGNEUR,

Nous avons l'honneur de vous envoyer le Recüeil des Actes que Noſſeigneurs les Cardinaux, Archeveſques & Eveſques, nous ont ordonné de vous adreſſer. Nous travaillons actuellement à faire imprimer le Procez verbal de l'Aſſemblée; & nous employons toute la diligence, dont nous ſommes capables, pour le faire paroiſtre au pluſtoſt. Mais comme il ne peut vous eſtre envoyé auſſi promptement que nous le ſouhaitterions, nous vous marquerons icy en abregé, ce qui regarde la tenuë de cette Aſſemblée.

Le Roy toûjours attentif à ce qui intereſſe l'honneur & le bien de la Religion, ayant reçû une Conſtitution en forme de Bulle de noſtre ſaint Pere le Pape Clement XI. du 8. Septembre 1713. contre le livre intitulé, Reflexions Morales &c. *reſolut avant de la faire publier, de l'adreſſer aux Eveſques, que les affaires de leurs dioceſes avoient attirés auprés de ſa perſonne, ou dans la Ville de Paris, conformement à ce qui s'étoit pratiqué le plus ſouvent pour l'acceptation des Bulles des ſouverains Pontifes. Nous executaſmes avec exactitude les ordres de ſa Majeſté: le nombre conſiderable des Prelats, qui s'accrut encore dans la ſuite, forma une Aſſemblée trés reſpectable. L'ouverture s'en fit le 16. du mois d'Octobre de l'année 1713. chez Monſeigneur le Cardinal de Noailles. Aprés que les ceremonies accoûtumées eurent eſté obſervées, Monſeigneur le Cardinal de Noailles nomma ſix Commiſſaires, pour travailler aux moyens, qu'ils eſtimeroient les plus convenables pour l'acceptation de la Bulle. Monſeigneur le Cardinal de Rohan fut le Chef de cette Commiſſion, compoſée de Meſſeigneurs les Archeveſques de Bordeaux & d'Auſch, & de Meſſeigneurs les Eveſques de Soiſſons, de Meaux, & de Blois. Meſſeigneurs les Commiſſaires ſe ſont aſſemblez pendant trois mois, preſque tous les jours, chez Monſeigneur le Cardinal de Rohan, & quelquefois chez Monſeigneur le Cardinal de Noailles, qui aſſiſta trés ſouvent aux ſeances de*

ees de la Commiſſion. Nous ne ſçaurions vous exprimer aſſez dignement quelle a eſté l'étenduë & l'exactitude de leur travail. Les diſcours qu'on eſoit tenir contre la Conſtitution, les libelles répandus de tous coſtez, la protection que le livre des Reflexions *trouvoit ſur tout dans quelques eſprits prévenus; tous ces motifs engagerent Meſſeigneurs les Commiſſaires à ſe mettre en eſtat de combattre ceux, qui connoiſſant le livre* des Reflexions *en ſoûtenoient les erreurs avec opiniâtreté, & de pouvoir expoſer aux yeux de ceux qui l'approuvoient ſans le connoître, le venin dont ce livre eſtoit rempli.*

Meſſeigneurs les Commiſſaires commencerent le Rapport le 15. Janvier 1714. il dura ſix ſeances entieres. Monſeigneur le Cardinal de Rohan, qui avoit porté la parole, au nom de Meſſeigneurs les Commiſſaires, prouva invinciblement qu'il n'y avoit aucune des propoſitions condamnées, qui ne meritât quelqu'une des qualifications portées dans la Bulle, & qu'il n'y avoit aucune des qualifications, qui ne pût tomber juſtement ſur pluſieurs ou ſur quelques-unes des Propoſitions cenſurées.

L'Aſſemblée délibera enſuite pendant trois ſeances ſur l'acceptation de la Conſtitution: Neſſeigneurs les Prelats opinerent avec une érudition, qui prouva aiſément que chacun avoit travaillé avec la meſme attention, que s'il eût eſté ſeul chargé de cette importante affaire.

Le Mardi 23. Janvier 1714. Monſeigneur le Cardinal de Noailles pria Monſeigneur le Cardinal de Rohan & Meſſeigneurs les Commiſſaires de faire l'Inſtruction Paſtorale qui devoit prevenir les nouvelles diſputes, & prémunir contre les mauvaiſes interpretations des perſonnes mal intentionnées. Monſeigneur le Cardinal de Rohan, qui avoit prévû qu'il pourroit eſtre chargé de cet ouvrage, en avoit preparé la matiere; il y avoit employé toute ſa capacité, & tous les talens, qui le rendent ſi recommandable. Il le ſoûmit à l'examen de Meſſeigneurs les Commiſſaires, & de tous Noſſeigneurs les Prelats; il en remit un exemplaire à Monſeigneur le Cardinal de Noailles, qui y fit ſes remarques, & qui furent exactement ſuivies. Enfin, aprés avoir conſulté des Docteurs de differentes Ecoles; & aprés pluſieurs ſages reflexions, l'Inſtruction Paſtorale fut lûe & approuvée: & Noſſeigneurs les Prelats declarerent qu'ils l'adoptoient, & qu'ils s'en ſerviroient dans leurs dioceſes, en y faiſant publier & recevoir la Conſtitution.

Il vous eſt aiſé, MONSEIGNEUR, de voir, que jamais aucune des Aſſemblées precedentes n'a reçû de Conſtitution avec plus de reſpect pour le ſaint Siege, plus de dignité pour l'Epiſcopat, plus de travail & plus d'attention pour l'importance de la matiere. Vous en ſerez plus convaincu, quand vous aurez reçû le Procez verbal, qui en contient tous les Actes. Nous vous ſupplions, MONSEIGNEUR, de vouloir bien nous donner avis de l'acceptation, que vous aurez faite de la Conſtitution de noſtre ſaint Pere le Pape. Voſtre réponſe, que nous devons mettre aux archives du Clergé, y ſervira de témoignage authentique de voſtre parfaite union avec le ſaint Siege & avec l'Aſſemblée, qui la deſire ardemment.

Nous ſouhaitions avec le meſme empreſſement, qu'en cette importante occaſion, vous ayez nos ſervices pour agréables. Le nombre des pieces du Recueil, que nous vous adreſſons, vous fera aſſez connoiſtre qu'il nous eſtoit difficile de ſatisfaire plus promptement vos deſirs & ceux du public. Nous ſommes avec reſpect,

MONSEIGNEUR,

Vos trés-humbles & trés-obéiſſans ſerviteurs, les Agens generaux du Clergé de France, L'ABBE DU CAMBOUT, L'ABBE' DE BROGLIE.

A Paris, le 10. de Mars 1714.

VII.

BREVE S. D. N. CLEMENTIS XI. AD CARDINALES, ARCHIEPISCOPOS, ET EPISCOPOS Pariſiis congregatos.

CLEMENS PP. XI.

DILECTE fili noſter, ac venerabiles fratres, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex litteris veſtris, Nonis Februarii mox elapſi ad nos datis, libenter accepimus, omni vos erga ſanctam hanc Sedem obſequio ac veneratione, majorum veſtrorum veſtigiis inhærentes, editam nuper a nobis Apoſtolicam Conſtitutionem ſuſcepiſſe, ſummoque etiam gaudio amplexos fuiſſe: nec minori ſtudio ac diligentia pro muneris veſtri debito curaturos, ut ab omnibus regimini veſtro commiſſis, pari animo ac fide inviolate ſervetur. Eam proinde conſtantem vigilantiam, quam pro eradicandis ex agro Dominico damnatis erroribus tam alacriter ſpondetis: illum itidem indefeſſum zelum, quo pro ſanæ doctrinæ veritate cuſtodienda eximie flagratis: illam denique fidem, qua ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ indivulſo inter vos vinculo cohæretis, plurimum commendantes; quod, ſicut cauſa poſcebat, fiduciam noſtram, quam de vobis habemus in Domino, fideliter atque obedienter auxiſtis, multa exſultatione gaudemus.

Diſſimulare quidem non poſſumus moleſtum nobis initio accidiſſe, quod rationabilis obſequii veſtri erga prædictam Conſtitutionem præclarum adeo teſtimonium, longius plane, quam par erat, protraxeritis; cum præſertim creſcentia iſthic in dies perniciosarum novitatum germina celeriorem Apoſtolici noſtri Judicii exſecutionem poſtulare viderentur. Verum omnem prorſus moleſtiam depoſuimus, ubi reſcivimus cunctationem veſtram, quemadmodum vos palam ac ſæpius profeſſi fuiſtis, non quidem animo ſubjiciendi examini aut judicio veſtro decreta noſtra, ſed ſtudio dumtaxat conciliandæ eccleſiaſticæ pacis, & lucrandi, ſi fieri poſſet, nonnullos ex fratribus veſtris in ſpiritu manſuetudinis & diligentia caritatis, eſſe tribuendam. Atque utinam re ipſa id aſſequi licuiſſet! Non enim Nos, non Gallia, non Eccleſia ingemiſceret, paucos ex vobis a reliquo cœtu divulſos, debitæ nobis obedientiæ, ſub inani prætextu quærendi novas declarationes, interminatis intendendo quæſtionibus, moras interponere; quod utique ſine maximo paterni cordis noſtri dolore referre non poſſumus.

Quam tamen vos ea in re adhibendam putaſtis,

Digitized by Google

ut pote fraternitatis amatores, ſedulitatem, patientiam, & longanimitatem, ultro laudamus: nec ſane diffidimus id, quod tam enixe optaſtis, vos tamdem aſſecuturos eſſe; illoſque, qui contradixerunt, ad cor redituros; conſtanti præſertim cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Chriſtianiſſimi religione ac zelo opitulante, pro tuenda veſtris in regionibus illibatæ fidei unitate, quæ ſub una beati Petri cathedra firmiter coaleſcit; quamque nos modis omnibus & integram ſervare parati ſumus, & vel in minimo labefactari, pro commiſſa nobis divinitus omnium eccleſiarum ſollicitudine, pati omnino non poſſumus.

Floreat ergo, noviſque in dies feliciter proficiat incrementis per ampliſſimum Galliæ regnum, quam tanto ſtudio ac labore detectis & apertiſſime profligatis erroribus, aſpirante Domino, elucidatam univerſis nuper Chriſti fidelibus annunciavimus, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Fides; vobiſque, pro omnimoda exactaque prorſus Apoſtolicæ noſtræ Conſtitutionis exſecutione nobiſcum ſtrenue adlaborantibus, humilis Chriſti grex, paſcua ſalutis exſpectans, doctrinis variis & peregrinis amplius non diſpergatur; ſed in caulam Domini congregatus, e cathedra unitatis doctrinam ſuſcipiat veritatis.

Interea Nos, dum teſtata nobis devotionis veſtræ conſilia libenter amplectimur, & ſaniora a diſſidentibus fratribus præſtolamur, *Deum patientiæ & ſolatii* jugiter orare non deſiſtemus, *det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Jeſum Chriſtum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum*; cujus nomine vobis omnibus Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die decima ſeptima Martii, anno milleſimo ſeptingenteſimo decimoquarto, Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

J. C. BATTELLUS.

Et au dos eſt écrit, Dilecto filio noſtro ARMANDO GASTONI S. R. E. Presbytero Cardinali de ROHAN nuncupato, necnon venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, in Comitiis Pariſienſibus congregatis.

VIII.

LETTRE DE MESSIEURS LES AGENS GENERAUX DU CLERGÉ DE FRANCE,

A Noſſeigneurs les Prelats du Royaume, en leur adreſſant le Bref de ſa Sainteté, du 17. de Mars 1714.

MONSEIGNEUR,

Sa Sainteté ayant bien voulu honorer Monſeigneur le Cardinal de Rohan & Meſſeigneurs les Eveſques, qui ont composé la derniere Aſſemblée du Clergé, d'un Bref daté du 17. de Mars de cette année, en réponſe à la Lettre qu'ils avoient eu l'honneur de luy écrire le 5. de Fevrier dernier, ſon Eminence ſuivant les ordres du Roy, vient de nous le remettre entre les mains pour le faire imprimer; & en meſme temps pour l'adreſſer à tous les Prelats de ſon Royaume. Vous y verrez, MONSEIGNEUR, combien le Souverain Pontife eſt ſatisfait de la conduite de l'Aſſemblée, dans l'acceptation de ſa Conſtitution du 8. de Septembre 1713. Les éloges que la meſme Aſſemblée reçoit par ce Bref, donnent à ſes Déliberations une nouvelle force & un nouveau degré d'autorité, qui doivent les rendre encore plus reſpectables à tout le monde. Nous profitons avec plaiſir de cette occaſion pour vous marquer le reſpect, avec lequel nous ſommes,

MONSEIGNEUR,

Vos trés-humbles & trés-obéïſſans ſerviteurs, les Agens generaux du Clergé de France, L'ABBÉ DU CAMBOUT, L'ABBÉ DE BROGLIO.

A Paris, le 10. Avril, 1714.

IX.

DECRETUM

SACRÆ FACULTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS, SUPER CONSTITUTIONE S. D. N. PAPÆ CLEMENTIS XI.

Lata adverſus librum, cui titulus eſt Gallice, *Le Nouveau Teſtament en François avec des Reflexions Morales, &c.* quæ incipit, UNIGENITUS, recipienda & obſervanda.

Die Jovis prima menſis Martii 1714.

ANNO Domini 1714. die Jovis prima menſis Martii, habita ſunt in Aula Collegii Sorbonæ, poſt Miſſam de Spiritu ſancto pro more ſolemniter celebratam, Comitia Sacræ Facultatis generalia, in quibus

Sapientiſſimus Magiſter Carolus le Rouge Syndicus, dixit hodiernis in Comitiis occurrere magni momenti proponendum ſacro Ordini negotium. Acceſſitos heri ſerotinis horis a Sereniſſimo Principe Eminentiſſimo Cardinali de Rohan, Epiſcopo & Principe Argentinenſi, magno Franciæ Eleemoſynario, &c. venerabilem D. Decanum, ſex e ſenioribus ſapientiſſimis Magiſtris noſtris, & ſe Syndicum: quibus Sereniſſimus & Eminentiſſimus Cardinalis, conſignatis Regis litteris ad ſacram Facultatem directis, una cum recenti Conſtitutione S. D. N. Papæ Clementis XI. ſub data Romæ, ſexto Idus Septembris, anno 1713. ſignificavit mentem Regis eſſe,

eſſe, ut ſacra Facultas miſſo quocumque alio negotio, vacet huic recipiendæ Conſtitutioni; eaque omnia ſtatuat, quibus illa totam, ut par eſt, in ſcholis obtineat auctoritatem.

Tum D. Syndicus poſtulavit ut legerentur litteræ Regis & Conſtitutio Apoſtolica; quibus lectis, D. Syndicus ſubjunxit:

Oportere eſſe hæreſes, juxta Apoſtolum: ſed ſingulari Dei providentia numquam non ſuſcitari viros fortes in fide, alioſque ſuprema auctoritate præpollentes, qui eas vel in ipſis incunabulis ſuffocent, aut jam adultas extinguant: atque hujuſce divinæ bonitatis & providentiæ ſplendidum exſtare argumentum in hæreſi Janſeniana: quæ ut primum viſa eſt attollere caput, ſtatim damnata ab Innocentio X. Pontifice: tum ſinuoſos in gyros ſerpentis inſtar ſeſe circumvolvens, ab Alexandro VII. novis Conſtitutionibus editoque Formulario contrita, ac demum per Clementem XI. uno & altero profligata eſt Diplomate: Hocce vero poſtremum Decretum æternum fore Sanctiſſimi Pontificis vigilantiſſimæ ſollicitudinis monumentum: quo nempe cernere eſt, quanto amore, quanta cura ſupremus ille Paſtor oves ſibi a Chriſto, cujus Vicarius eſt, commiſſas, abducat a paſcuis venenatis: quanto lucis radio offuſas puriori doctrinæ nebulas diſcutiat & diſſipet: quam provido & forti conſilio renaſcentia ex damnabili ſtipite virgulta diſrumpat, ultimas evellat fibras, & omnia elidat ſemina. In hacce autem poſtulanda Conſtitutione non ſatis prædicari poſſe conſtans & religioſiſſimum ſtudium Chriſtianiſſimi Regis, qui non minus pro integritate fidei, quam pro Regni adminiſtratione ſollicitus, non ſolum regium, ſed & vere ſacerdotalem animum exhibet. Ceterum miſſam ad ſacram Facultatem præſentem Conſtitutionem, novum eſſe auguſtiſſimi Regis erga hunc ſacrum Ordinem ſingularis fiduciæ & amoris teſtimonium.

Itaque requirere ſe, ut ſacra Facultas ſolemni decreto præfatam Bullam ſummi Pontificis Clementis XI. quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, cum debita reverentia atque obſequio recipiat, eamque una cum Regis litteris in ſuas Tabulas jubeat referri: provideatque ſtrictis cautionibus, etiam ſub pœna excluſionis e gremio Sacræ Facultatis ipſo facto incurrenda, ne quis contra deciſiones in ea contentas aliquid dicat, doceat, aut proponat, illamque ulla ex parte violare aut labefactare præſumat; ac demum in ea Conſtitutione recipienda, eadem omnia præſtet, quæ præſtitit in admittenda altera Conſtitutione ejuſdem Clementis XI. quæ incipit, *Vineam Domini Sabaoth*, directa ad ſacram Facultatem litteris Regis, die 30. menſis Auguſti anno 1705. decernatque Regi Optimo gratulationes & gratiarum actiones ampliſſimas.

Quæ cum miſſa eſſent in deliberationem ab honorando domino magiſtro Franciſco Hiart, ſacræ Facultatis Decano, & Comitiorum Præſide; & cum aliqui e ſenioribus Magiſtris vota emiſiſſent, audita hora ſeſquiundecima, prorogata ſunt Comitia ad diem ſabbati tertiam menſis Martii.

Die ſabbati tertia Martii habita ſunt in Aula Collegii Sorbonæ ſacræ Facultatis Comitia Generalia, ad eam diem prorogata; in quibus D. Syndicus expoſuit, accerſitos iterum a Sereniſſimo Principe Cardinali de Rohan, venerabilem D. Decanum, ſex e ſenioribus, & ſe Syndicum: ipſiſque traditas ab eodem Principe ſecundas ad ſacram Facultatem Regis litteras, quibus Rex Chriſtianiſſimus ſignificabat accepiſſe ſe, nonnullos ex Magiſtris inchoatæ deliberationi moras injicere voluiſſe; ſuamque adeo voluntatem eſſe, ut abſque mora res abſolveretur.

Atque iis palam lectis in ſacra Facultate, idem D. Syndicus dixit, teneri ſe ex officii ſui ratione monere ſacram Facultatem:

1°. Semper ſumma cum obſervantia, & ſine ulla exceptione, nullave adjecta clauſula, receptas fuiſſe a ſacra Facultate Conſtitutiones ſummorum Pontificum, a Rege ad ipſam miſſas.

2°. Præſentem Conſtitutionem ab epiſcopis magno numero, juſſu Regio ad id ſpeciatim congregatis, ſumma veneratione & obſequio acceptatam: tum ſubinde Patentibus Regiis litteris ad ſupremum Senatum Pariſienſem datis, ab eodem fuiſſe ſolemni Arreſto relatam in acta Curiæ.

3°. Sacram Facultatem corpus eſſe omnino liberum, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectum, quod ſub unius Chriſtianiſſimi Regis auctoritate comitia ſua habeat, & functiones ſeu munia ſua exerceat.

Quibus præmiſſis, poſtulavit ut inchoata pergeret deliberatio: quæ cum abſolvi non potuiſſet, audita hora ſeſquiundecima, prorogata ſunt Comitia ad diem Lunæ quintam Martii.

Die Lunæ quinta Martii, habita ſunt comitia in aula Sorbonæ ad hanc diem prorogata: in quibus abſoluta deliberatione SS. MM. qui magno numero adfuerunt, ſacra Facultas iiſdem inhærendo quæ acta & decreta ſunt in recipienda altera Bulla ejuſdem ſanctiſſimi Pontificis, quæ incipit, *Vineam Domini Sabaoth*, ſic cenſuit:

1°. Conſtitutionem ſummi Pontificis Clementis Papæ XI. quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, ſumma cum reverentia atque obſequio recepit & amplexa eſt.

2°. Præfatam Conſtitutionem juſſit una cum litteris Regis ſuos in Commentarios referri.

3°. Omnibus & ſingulis Magiſtris, Doctoribus, Baccalaureis & Candidatis præcepit, ut pari etiam obſequio dictam Bullam ſeu Conſtitutionem colant & obſervent; prohibuitque ſub pœna ipſo facto incurrenda excluſionis ab omni gradu & ſpe Magiſterii, ne quis ſcripto factove, definitis in dicta Bulla ullatenus adverſetur.

4°. Nominavit D. Decanum, & ſex ſeniores cum D. Syndico, qui Sereniſſimo Principi Eminentiſſimo Cardinali de Rohan actis gratiis ob ſingularem erga ſacrum Ordinem & Magiſtros benevolentiam, ipſi renuncient quid a Sacra Facultate hodierna die ſancitum fuerit: rogentque ut pro ea qua pollet apud Regem Chriſtianiſſimum gratia, impetrare velit ſacræ Facultati copiam per ſapientiſſimos magiſtros, Decanum, ſex Seniores & Syndicum, adeundi Regiam Majeſtatem, ad gratulandum ipſi perpetuam & conſtantem voluntatem de Religione & eccleſia bene merendi; ſimulque ad referendas ampliſſimas gratias ob miſſam ad ſacrum Ordinem, quod magno ille ducit honori, Apoſtolicam Conſtitutionem.

Actum Pariſiis in Facultatis Theologicæ generalibus Comitiis apud Sorbonam, anno, menſe & diebus ſupradictis: & confirmatum die decima ejuſdem menſis & anni.

Du Boſc, Scriba.

Die decima quarta Martii, in exſecutionem concluſionis latæ die quinta ejuſdem menſis, Deputati Verſalias ſe contulere. Officiis & gratia tum Sereniſſimi Principis Cardinalis de Rohan, tum D. D. Comitis de Pontchartrain, in ſecretius Regis cubiculum honorifice admiſſi Regem ſalutarunt: eique

cilium Tridentinum, ſub explicationibus ſibi placentibus.

Suo, ac evidenti conſtare judicio, quod Tridentinum non reliquerit ſcholis Catholicis libertatem tuendi certas opiniones, aut certa ſyſtemata, ratione cujus conſtitutiones dogmaticæ, quæ iis ſcholarum placitis viderentur contrariæ, reſpui poſſent; hanc cavillationem viam aperire innovandis multis propoſitionibus damnatis, quæ alias in ſcholis defenſæ ſunt.

Se generatim rejicere omnes fraudes & cavillationes, quibus aliqui Novatores vim præfatæ Conſtitutionis infringere conantur; ac ſimul vehementiſſime hortari diſcipulos, ut hodie præſertim caveant a lupis rapacibus ovina pelle indutis; ab hominibus ſuperbis habentibus ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantibus: ut identidem legant tractationem perutilem Franciſci Simonis *De fraudibus hæreticorum*, aut librum Gallicum ex priori excerptum, cui titulus, *Les artifices des Heretiques*: unde intelligent antiquos hæreticos iiſdem artibus uſos, quibus moderni Novatores utuntur.

Maxime mirum eſſe, quod aliqui ſe catholicos vocitantes, præfatas propoſitiones aut nolint anathematizare, aut ægre anathematizent; cum omnes fere, pauciſſimis exceptis, in antiquis & recentioribus profanarum novitatum auctoribus, a Conciliis generalibus, & ſummis Pontificibus prædamnatæ ſint.

Se cum Chriſti gratia paratos mori pro æquitate, veritate, ac robore præfatæ Conſtitutionis, quam ad perpetuam & vegetam rei memoriam actis ſacræ Facultatis inſeri voluerunt ac juſſerunt.

Se numquam paſſuros, ut nullus ad ſacræ Facultatis gradus promoveatur, qui vel leviter ſuſpectus fuerit de inobedientia erga ſæpe dictam Conſtitutionem; aut qui circa illam interrogatus, tergiverſatus fuerit, vel non reſponderit conformiter huic ejuſdem Facultatis profeſſioni.

Actum eſſe de epiſcopatu, & univerſa Eccleſiæ Hierarchia, ſi conceſſa a Deo Sedis Apoſtolicæ jura non aſſerantur firmiter, ut probant luculentiſſima, ſed triſtiſſima multorum regnorum ac provinciarum Orientis & Occidentis exempla; ubi clerus, contempto illius Sedis primatu & privilegiis in eo contentis, ſine honore, ſine juriſdictione, immo & ſine bonis ad ſuſtentationem decentem neceſſariis aut convenientibus, in pudendam & miſerabilem poteſtatis laïcæ ſervitutem redactus eſt. Illos hodie reipſa, efficaciſſime & per cuniculos adverſari Sedis Apoſtolicæ principatui, qui quidem vacuum & inane primatus Pontificii vocabulum retinent & prædicant, ſed ſolemnibus fidei decretis ex Petri cathedra manantibus pertinaciter obſiſtunt.

Peracta hac fidei & obedientiæ teſtificatione, petiit eximius D. Decanus, an non placeret ſacræ Facultati, ut ad inſtructionem ſtudioſæ juventutis, aliorumque fidelium colligerentur, & his annecterentur aliquot præclara antiquitatis teſtimonia, ex quibus manifeſtum fieret, quantum Sedis Apoſtolicæ decretis dogmaticis deferendum ſit. Conſilium probarunt eximii DD. congregati: ideoque ſacra Facultas in diem 17. ejuſdem menſis hora 2. pom. convocata eſt.

In Congregatione habita die 17. ejuſdem menſis hora 2. poſt meridiem.

Placuit ſacræ Facultati, ut ex ſcripturis, ſummis Pontificibus, Conciliis, Patribus, aliiſque auctoribus eccleſiaſticis ſequentia teſtimonia proferantur, illaque in quatuor claſſes diſtributa præcedentibus actis adjungantur: quibus demonſtretur, neceſſe eſſe ut fideles cum Petro, ejuſque ſucceſſoribus eccleſiam paſcentibus, ſeu ex cathedra docentibus, perpetuo conſentiant, niſi ab ovili Chriſti ut oves putridæ ſejungi velint.

Poſt teſtimonia e ſacris litteris & aliunde deſcripta prolixe, ſequuntur

SUBSCRIPTIONES.

Infraſcripti ſacram Facultatem Theologicam Duacenſem repræſentantes, huic declarationi complectenti trium Congregationum ejuſdem Facultatis Acta, quam in omnibus noſtram eſſe cognoſcimus, & libenter profitemur, ſubſcripſimus hac die 17. Auguſti 1714.

NICOLAUS JOSEPHUS DE LA VERDURE, *prædictæ Facultatis Theologicæ Doctor, & Profeſſor Primarius, Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Amati Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectæ Decanus & Canonicus, & ejuſdem Univerſitatis pro tempore Decanus.*

NICOLAUS B. DERREZ, *ſacræ Theologiæ Doctor, Linguæ ſanctæ Profeſſor Regius, Seminarii Montartiani per viginti quinque annos alias Præſes.*

A. DELCOURT, *Facultatis Theologicæ Duacenſis Doctor, & Profeſſor Regius ac Ordinarius, Seminarii Regii Præſes, inſignis eccleſiæ Collegiatæ ſancti Petri Præpoſitus, & Univerſitatis Duacenæ Cancellarius.*

J. M. AMAND, *Facultatis Theologicæ Duacenſis Doctor, & Profeſſor Regius ac Ordinarius, inſignis eccleſiæ Collegiatæ ſancti Petri Decanus & Canonicus, Seminarii Beatæ Mariæ Virginis Præſes.*

J. DEMARCQ, *Facultatis Theologicæ Duacenſis Doctor, ac Regius Ordinariuſque Profeſſor, inſignis eccleſiæ Collegiatæ ſancti Amati Præpoſitus, ac Univerſitatis Duacenæ Cancellarius, necnon Seminarii Torreani Præſes.*

J. DUBOIS, *ejuſdem Facultatis Theologicæ Doctor admiſſus, ac Regius Ordinariuſque Profeſſor, inſignis eccleſiæ Collegiatæ ſancti Amati Canonicus, necnon Seminarii Tornacenſis Præſes.*

Infraſcripti ſacræ Theologiæ Licentiati huic Declarationi Facultatis Theologicæ Duacenſis, matris noſtræ, libentes ſubſcribimus.

F. MICHAEL CARMOIS, *Facultatis Theologicæ Duacenſis Licentiatus, olim in Collegio ſancti Thomæ Aquinatis Duaceno Theologiæ Regens Primarius, in ſuo FF. Prædicatorum Ordine antiquus Magiſter, & pluries majoris Conventus Duacenſis ſancti Crucis Prior.*

A. LAUBEGEOIS, *ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Seminarii Hattuani Præſes.*

PETRUS JOSEPHUS LANCRY, *presbyter, ſacræ Theologiæ Licentiatus.*

J. MOTQUIN, *presbyter, Canonicus inſignis eccleſiæ Collegiatæ ſancti Petri, ſacræ Theologiæ Licentiatus & Seminarii Fidei Præſes.*

A LE ROY, *ſacræ Theologiæ Licentiatus, & eccleſiæ beatæ Mariæ Urbis Duacenſis parochus.*

Infraſcriptus presbyter, ſacræ Theologiæ Licen-

tiatus, Seminarii Hayniani Præſes, libens ſubſcribo huic Declarationi ſacræ Facultatis Theologicæ Duacenſis, circa acceptationem puram, ſimplicem, & ſine explicatione Conſtitutionis Pontificiæ, quæ incipit Unigenitus Dei Filius.

P. PIERART.

Infraſcriptus ſacræ Theologiæ Licentiatus, eccleſiæ ſancti Nicolai Duaci parochus Urbis, ejuſdem Chriſtianitatis Decanus, necnon Officialitatis Atrebatenſis Vices gerens, idem ſentio

M. LE FEBVRE.

Idem ſentio F. EDUARDUS CHORLEY. *R. Anglo-Benedictinus S. Theol. Licentiatus.*

Infraſcripti ſacræ Theologiæ Profeſſores in Univerſitate Duacena libenter ſubſcribimus huic declarationi ſacræ Facultatis Duacenſis circa acceptationem puram, ſimplicem & ſine explicatione Conſtitutionis Pontificiæ, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, prout continetur præſertim in ſecunda Congregatione præfatæ Facultatis.

EDOARDUS DICCONSON, *Collegii Anglorum Duaceni Vice-præſes, & ibidem ſacræ Theologiæ Profeſſor.*

RICHARDUS KENDALL, *in eodem Collegio ſacræ Theologiæ Profeſſor, & Studiorum Præfectus.*

F. DAMASUS A S. ANTONIO, *Prior Carmelitarum, & ſacræ Theologiæ Lector emeritus.*

F. AUBERTUS A S. DIONYSIO, *definitor Ordinis Carmelitarum, & antiquus ſacræ Theologiæ Lector.*

F. GASPAR A S. LEONE, *Ordinis Carmelitarum, ſacræ Theologiæ Lector emeritus.*

F. AUGUSTINUS CRESPIN, *R. Auguſtinianus Eremitarum ſancti Auguſtini, ſacræ Theologiæ Profeſſor.*

F. JOANNES REMIGIUS MOURA, *Guardianus Recoll. Wallonum, antiquus ſacræ Theologiæ Lector.*

F. NICOLAUS FRANCISCUS HENNAY, *Recoll. Wallo, ſacræ Theologiæ Lector.*

F. BRUNO CANTRILL, *ſacræ Theologiæ Lector apud Recollectos Anglo-Duacenos.*

F. BERNARDINUS CLIFTON, *apud eoſdem ſacræ Theologiæ Lector.*

JOANNES SPEYER, *e Societate Jeſu, in Collegio Aquicinctino ſacræ Theologiæ Profeſſor Academicus.*

GEORGIUS DESCHAMPS, *e Societate Jeſu, in Collegio Aquicinctino ſacræ Theologiæ profeſſor Academicus, & Matheſeos profeſſor Regius.*

F. CORNELIUS à S. JOSEPH. *Carmelita Diſcalceatus, ſacræ Theologiæ profeſſor.*

Infraſcriptus libens etiam ſubſcribo Declarationi ſacræ Facultatis Theologicæ Duacenſis circa acceptationem puram, ſimplicem, & ſine explicatione, Conſtitutionis Pontificiæ, quæ incipit, Unigenitus Dei Filius. *Actum Duaci 7. Septembris 1714.*

CAROLUS LOCQUENEUX, *Artium Doctor, & Collegii Regii Duacenſis Regens Principalis.*

Infraſcriptus ſancti Amandi Religioſus, & in Seminario Amandino Duaceno Theologiæ profeſſor & præſes, pure, ſimpliciter, & ſine explicatione accepto Conſtitutionem Pontificiam, quæ incipit, Unigenitus Dei Filius, *de qua Declaratio ſacræ Facultatis Theologicæ Duacenſis. Actum Duaci, 10. Septembris, 1714.*

D. MAURONTUS DUELIN.

Infraſcriptus libens ſubſcribo Declarationi ſacræ Facultatis Theologicæ Duacenæ, & pure, & ſimpliciter cum ipſa, & ſine explicatione accepto Conſtitutionem Pontificiam, quæ incipit, Unigenitus Dei Filium. *Actum Duaci, in Conventu noſtro FF. Min. Capucin. die 10. Sept. 1714.*

F. FREDERICUS, Inſul. *Theol. Lector, Guardianus dicti noſtri Conventus Duaceni.*

ANNO CHRISTI 1068.

XII.

CONCILIUM GERUNDENSE,

anno MLXVIII. celebratum:

Deſcriptum illud eſt ex Collectione mſ. Conciliorum Hiſpaniæ, Galliæ, Africæ, & Orientis, quæ eſt in Eccleſia Cathedrali Gerundenſi, Nobiſcum iſtud perhumaniter communicavit Nobiliſſ. D. JOSEPHUS TAVERNER & D'ARDENNE, Eccleſiæ Cathedralis Barcinonenſis Canonicus, Illuſtriſſimi Epiſcopi Gerundenſis fratre genitus, & ejuſdem Epiſcopi Vicarius Generalis.

SYnodus habita apud Gerundam, juſſu domini Alexandri Papæ, ubi ſua vice præfuit Hugo Candidus, S. R. E. Cardinalis preſbyter: reſidente domno Gaifredo Narbonenſi archiepiſcopo, cum ceteris epiſcopis & abbatibus ſubterius comprehenſis: a quibus conſtituta ſunt hæc quæ infra continentur: anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſexageſimo octavo: ſub præſentia domini Raymundi Barchinonenſis Comitis, & domnæ Almodis Comitiſſæ; quorum cura & inſtantia hæc ſynodus congregata eſt.

I.

In primis condemnaverunt ibi deteſtabilem ſimoniacam hæreſim, non ſolum in graduum ordinibus, ſed etiam in eccleſiaſticis honoribus: videlicet ut non attribuantur muneris vel obſequii ſæcularis

A pretio, ſed bonæ vitæ & ſapientiæ merito. Itaque ſicut turpis granæ lucrum prohibetur in capite ſacerdotii, ita abdicetur a dicto clericalis honoris corpore; ſicque quod gratis accipitur, ſecundum Dominicam ſententiam gratis detur: ita ut nullus clericus vel laïcus vendat vel emat eccleſiaſticum honorem; & nullus teneat eccleſiaſtica ornamenta, qui ſit laïcus: neque ſit inde ſacriſta, aut bajulus.

II.

Deinde conſtituerunt, ut eccleſia, quæ plus non habet de decimis, quarta pars ei reddatur ad opus preſbyterorum & clericorum: & ut ex omnibus rebus quæ poſſidentur, tam de operibus manuum, quam ex agricultura; ſed de molendinis, ſive de hortis & de arboribus, & ex omnibus animalibus, primitiæ & decimæ reddantur.

Digitized by Google

Anno Christi 1068.

III.

Item excommunicando ſanxerunt, ut inceſti omnibus modis ſeparentur : deinde habeant licentiam ineundi melioris conjugii.

IV.

Item conſtituerunt, ut illi qui ſuas uxores dimiſerunt, & alias acceperunt, ſuas recuperent, ſi vivæ fuerint, & alienas dimittant. Et niſi hoc fecerint, ſint ita excommunicati, tam inceſti, quam iſti, ut nullus Chriſtianus eis Ave dicat, nec cum eis manducet neque bibat ; in eccleſia ſimul non orent : ſi infirmati fuerint, non viſitentur, niſi pro ſatisfactione: & ſi mortui fuerint ſine pœnitentia & communione, non ſepeliantur.

V.

Item judicaverunt de clericis arma ferentibus, ut arma dimittant, & quæque illicita cum eis commiſerint, digne defleant. Quod ſi agere noluerint, de choro exeant, & canonicam perdant, & omne beneficium Eccleſiæ amittant. Si vero hæc relinquere noluerint, prædictæ ſententiæ de inceſtis ſubjaceant.

VI.

Clerici, ſi lectores fuerint & uxores duxerint, in lectoratu permaneant in choro ; ſed non in congregatione canonica.

VII.

A preſbytero uſque ad ſubdiaconum ſi uxorem duxerint, aut concubinam retinuerint, de clero exeant, & omne beneficium eccleſiaſticum perdant, C & cum laïcis in eccleſia maneant. Quod ſi inobedientes fuerint, ſententiam de inceſtis incurrant.

VIII.

Illi autem qui arma & uxores dimiſerint, ſecuti & quieti, & ſine ullo pavore permaneant. Nullus res eorum diripiat, nec eis aliquam injuriam faciat; ſed ipſi & res eorum ſint in pace & treuga Domini per omnes dies.

IX.

Clerici & monachi alterius regionis non recipiantur ſine commendatitiis litteris ſui Pontificis.

X.

De uſurariis clericis, aut de miniſtris laïcorum, id fuit ſtatutum : aut deſinant, aut deponantur. D

XI.

Clericus a majore ordine uſque ad minorem, non ſit aleator, neque venator.

XII.

Ad finem hujus denunciamus capituli, ut illi perſiſtant in ſupradicta excommunicatione, qui prædia canonicarum ſeu monaſticarum diripiunt congregationum.

XIII.

De terris vero ſeu poſſeſſionibus eccleſiaſtici juris, quæ ab epiſcopo ſeu a clero laïcis hominibus dantur, ſancientes ſtatuerunt, ut poſt obitum epiſcopi, abbatis, aut clerici, qui illas dediſſe dignoſcitur, libere & ſolide revertantur ad eccleſiam, A cujus dominii eaſdem fuiſſe conſtiterit : cum injuſtum ſit eorum poſt mortem quoquo pacto exſequi dationem, qui non valent prælibatas res eccleſiæ dimittere per ſucceſſionem. Nec a laïcorum filiis, heredibus, ſive ſucceſſoribus, poſſeſſiones eccleſiæ, poſt mortem parentum vel propinquorum, quamvis ab eiſdem parentibus longe poſſeſſas, illorum [a] voce cenſuerunt juſte umquam potuiſſe reperi, aut eas ſequi : quia res Deo dicatæ non debent a laïcis hereditario jure poſſideri.

[a] Forte, vetito.

XIV.

De terris autem, quas a Chriſticolis deteſtanda Judæorum emit, aut emerit perfidia, ſtatuerunt, ut omnis decimatio earum ita illi detur eccleſiæ, B in cujus parochia eædem terræ ſitæ ſint vel fuerint, quemadmodum ſi a Chriſtianis colerentur : quoniam injuſtum eſt eccleſiam eas decimas amittere ſeu amiſiſſe, quas conſtat, antequam Judæi huc advenirent, habuiſſe. Quapropter unde amittit primitias & oblationes, ſaltem exinde habere deberet decimationes.

HUGO CANDIDUS, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis preſbyter & legatus, his ſynodalibus geſtis vice domini mei Papæ ſubſcripſi.
Gifredus Narbonenſis archiepiſcopus ſubſcripſi.
Guillermus Auxenſis archiepiſcopus ſubſcripſi.
Berengarius Gerundenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Guillermus Urgellenſis epiſcopus ſubſcripſi.
C Guillermus Auſonenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Berengarius Agathenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Salomon Rotenenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Guillermus Convenienſis epiſcopus ſubſcripſi.
Sigumus monachus & presbyter, agens vices Durandi Toloſani epiſcopi, ſubſcripſi.
Gilbertus clericus, agens vices Uzeticenſis epiſcopi, ſubſcripſi.
Frotardus Tomerienſis abbas.
Dalmatius Craſſenſis abbas.
Andreas S. Cucufati abbas.
[b] Renardus S. Martini Cuniogenienſis abbas.
Oliba S. Petri Galli-cantus abbas.
Amatus S. Salvatoris Breclenſis abbas.
D Taſlio S. Laurentii abbas.

[b] Forte, Raynaldus.

Item prælibatus Cardinalis cum præfatis epiſcopis, ſeu abbatibus, ſive principibus, ac totius terræ magnatibus confirmavit, necnon & laudavit pacem & treugiam Domini, ſicut erat appenſa in epiſcopatu Gerundenſi ; & addidit in eadem treuga Domini, conſenſu omnium atque juſſu, ut pari modo teneretur a Dominica octavis Paſchæ, uſque ad octo dies poſt Pentecoſten.

Si quis vero inobediens fuerit his prædictis conſtitutionibus, aut tranſgreſſor earum, excommunicationis anathemati ſubjaceat, quoadusque reſipiſcat, & ſatisfactionem inde canonice [c] veniat.

[c] Forte, reddat.

1078. 1078.

SYNODUS GERUNDENSIS,

celebrata temporibus Gregorii Papæ, inſtante epiſcopo Amato ejus Legato.

Ex eadem collectione, & archivo Gerundenſi.

ANno Dominicæ Incarnationis ſeptuageſimo octavo poſt milleſimum, convenit in Gerundenſem eccleſiam ſancta ſynodus epiſcoporum vel abbatum, ubi vice domni Gregorii Papæ præfuit Amatus epiſcopus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus ; a quo cum ceterorum conniventia ſunt pluxima ſancita ſecundum canonum decreta ; de quiE bus referuntur pauca, ne noſtri decidant memoria.

I.

Primitus enim conſtituit de his qui adſiſtunt altari, in miniſtrando Corpore & ſanguine Dominico ; videlicet ſacerdotibus, levitis, ſive ſubdiaconis, & qui in clero deputati excellentiori de-

ANNO CHRISTI 1078.

voverunt ſe vitæ; ut in nullo contubernio communicentur mulieribus. Si quis vero de cetero palam nupſerit, vel concubinam duxerit, gradus ſui & honoris periculo ſubjaceat, & a clero exeat, quoadusque canonice ſatisfaciat.

II.

Item decrevit, ut nullus epiſcoporum aliquem clericum in eccleſia ſua audeat per pecuniam ſublimare ſive promovere, vel eccleſiaſticos honores vendere. Ille vero qui emerit, non ſolum ſit alienus ea dignitate, quam pecuniis acquiſivit, ſed etiam proprio gradu; & excommunicationi ſuccumbat, donec quod [a] malum obtinuit dimittat.

[a] Forte, male.

III.

Item promulgavit, ut nullus presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum filius, in eadem eccleſia poſſideat paternos honores.

IV.

Item quod clericorum filii ad altiores gradus non promoveantur: in acceptis autem gradibus maneant, niſi vita illis obſtiterit.

V.

Item etiam filii clericorum, tam laïci, quam clerici, nullo modo poſſideant eccleſiaſticos honores, quos patres eorum pro beneficio Eccleſiæ habuerunt vel retinuerunt. Qui prætermiſerit, excommunicetur.

VI.

Decrevit etiam, ut clerici arma ferentes, niſi dimiſerint arma, ſint alieni a Corpore & ſanguine Domini, & ab ingreſſu totius eccleſiæ, & Chriſtianorum ſepultura, & omni communione eccleſiaſtica; numquam amplius in Chriſti Eccleſia ad majores honores ſive gradus, ſi [b] rebellendes inſtiterint, ſublimandi.

[b] Pro, rebelles.

VII.

Item conſtituit, ne clericus barbam vel comam nutriat, vel coronam capitis abſcondat, non radendo, vel parvam faciendo, tamquam erubeſcens quod in hereditaria Chriſti ſorte ſit electus; neque ulterius induat militaria indumenta, diverſis variata coloribus.

VIII.

In conſanguinitate conjuncti, niſi digna ſatisfactione ſeparentur, ſeparati ab Eccleſia & Corpore Chriſti maneant.

IX.

Concubinarii vero & uſurarii, niſi reſipiſcant, excommunicentur.

X.

Sanxerunt etiam, ut omnium terrarum decimatio, quam exſecranda infidelium Judæorum ſævitia excolebat, ita illi exhiberentur eccleſiæ, in cujus parochia eædem terræ ſitæ eſſent, quemadmodum ſi a Chriſtianis colerentur.

XI.

Item ſtatuerunt, ut ſi quæ Eccleſiæ per pecuniam eſſent conſecratæ, vel a ſimoniaco, a legitimo canonice conſecrentur epiſcopo. Si qui etiam clerici pecuniam præbendo, vel a ſimoniaco ſunt ordinati, eodem modo a catholico ordinentur epiſcopo. Non enim in his ſit reiteratio, ſed ipſa conſecratio; quoniam nihil præceſſerat, quod ratum haberi queat.

XII.

Clerici autem alterius regionis non recipiantur ſine proprii Pontificis litteris.

XIII.

Scimus quidem laïcis eccleſias non competere: ſed ubi illæ ex toto auferri non poſſint, ſaltem oblationes Miſſarum aut altarium, ſeu primitias, laïcis omnino prohibemus. De cœmeteriis autem, & ſepultura, & baptiſteriis, exactionem fieri omnino prohibemus.

AMATUS epiſcopus, ſanctæ Romanæ eccleſiæ legatus, his ſynodalibus geſtis vice domini mei Papæ ſubſcripſi.
Berengarius Gerundenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Berengarius Auſonenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Raymundus Elenenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Raymundus Rotenenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Petrus Carcaſſonenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Umbertus Barcbinonenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Guillermus Convenienſis epiſcopus ſubſcripſi.
Fulco archidiaconus, agens vices Urgellenſis epiſcopi ſubſcripſi.

XIII.

S. D. N. INNOCENTII
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII.

Damnatio & prohibitio libri Pariſiis anno MDCXCVII. impreſſi, cui titulus, *Explication des Maximes des Saints ſur la vie interieure &c.*

Error hac Conſtitutione confixus, adeo ſopitus extinctuſque videbatur, flagranti ſtudio Chriſtianiſſimi Regis in avita Religione retinenda, ut olim nobis non neceſſaria videretur in hac Collectione vel hujus Pontificis Decreti editio, vel Regis diplomatis, quo promulgato illius præcipitur. Maturius autem rem poſtea penſantibus, ne quid in eo genere prætermiſſum a nobis quocumque prætextu quiſquam jactaret, viſum eſt poſtmodum utrumque edendum, alieno potius loco quam nullo.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm alias ad Apoſtolatus noſtri notitiam pervenerit in lucem produxiſſe librum quemdam Gallico idiomate editum, cui titulus: *Explication des Maximes des Saints ſur la vie interieure, par Meſſire François de Salignac Fenelon, Archeveſque Duc de Cambray, Precepteur de Meſſeigneurs les Ducs de Bourgogne, d'Anjou & de Berry. A Paris chez Pierre Aubouin, Pierre Emery, Charles Clouſier* 1697. ingens vero ſubinde de non ſana libri hujuſmodi doctrina excitatus in Galliis rumor adeo percrebruerit, ut opportunam Paſtoralis vigilantiæ noſtræ opem efflagitaverit; Nos eumdem librum nonnullis ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, aliiſque in ſacra Theologia Magiſtris, mature, ut rei gravitas poſtulare videbatur, exa-

Digitized by Google

minandum commiſimus. Porro hi mandatis noſtris obſequentes, poſtquam in quamplurimis Congregationibus varias propoſitiones ex eodem libro excerptas diuturno accuratoque examine diſcuſſerant, quid ſuper earum ſingulis ſibi videretur, tam voce quam ſcripto nobis expoſuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem eorum nobis deſuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, & in ſacta Theologia Magiſtrorum ſententiis, Dominici gregis nobis ab æterno Paſtore crediti periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, librum prædictum ubicumque, & quocumque alio idiomate, ſeu quavis editione, aut verſione huc uſque impreſſum, aut in poſterum imprimendum, quippe ex cujus lectione & uſu fideles ſenſim in errores ab Eccleſia Catholica jam damnatos induci poſſent, ac inſuper tamquam continentem propoſitiones ſive in obvio earum verborum ſenſu, ſive attenta ſententiarum connexione, temerarias, ſcandaloſas, male ſonantes, piarum aurium offenſivas, in praxi pernicioſas, ac etiam erroneas, reſpective, tenore præſentium damnamus & reprobamus: ipſiuſque libri impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, retentionem & uſum omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam ſpecifica & individua mentione & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, interdicimus, & prohibemus. Volentes & Apoſtolica auctoritate mandantes, ut quicumque ſupradictum librum penes ſe habuerint, illum ſtatim atque præſentes litteræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere ac conſignare omnino teneantur. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Ceterum propoſitiones in dicto libro contentæ, quas Apoſtolici cenſura judicii, ſicut præmittitur, configendas duximus, ex Gallico idiomate in Latinum verſæ, ſunt tenoris, qui ſequitur; videlicet:

I. Datur habitualis ſtatus amoris Dei, qui eſt caritas pura, & ſine ulla admixtione motivi proprii intereſſe. Neque timor pœnarum, neque deſiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam.

II. In ſtatu vitæ contemplativæ, ſive unitivæ, amittitur omne motivum intereſſatum timoris, & ſpei.

III. Id quod eſt eſſentiale in directione animæ eſt non aliud facere, quam ſequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, præcautione, & ſubtilitate. Oportet ſe intra hos limites continere, ut ſinatur Deus agere, & numquam ad purum amorem ducere, niſi quando Deus per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo, quod adeo durum eſt animabus adhuc ſibimet affixis, & adeo poteſt illas ſcandalizare, aut in perturbationem conjicere.

IV. In ſtatu ſanctæ indifferentiæ anima non habet amplius deſideria voluntaria & deliberata propter ſuum intereſſe, exceptis iis occaſionibus, in quibus toti ſuæ gratiæ fideliter non cooperatur.

V. In eodem ſtatu ſanctæ indifferentiæ nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus ut ſimus perfecti & beati propter intereſſe proprium: ſed omnem perfectionem ac beatitudinem volumus in quantum Deo placet efficere, ut velimus res iſtas impreſſione ſuæ gratiæ.

VI. In hoc ſanctæ indifferentiæ ſtatu nolumus amplius ſalutem, ut ſalutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem noſtrorum meritorum, ut noſtrorum intereſſe omnium maximum; ſed eam volumus voluntate plena, ut gloriam & beneplacitum Dei, ut rem, quam ipſe vult, & quam nos vult velle propter ipſum.

VII. Derelictio non eſt niſi abnegatio, ſeu ſui ipſius renonciatio, quam Jeſus Chriſtus a nobis in Evangelio requirit, poſtquam externa omnia reliquerimus. Iſta noſtri ipſorum abnegatio, non eſt, niſi quoad intereſſe proprium... Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, ſeu ſui ipſius derelictio exerceri debet, ſunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei oſtendendo perfugium, neque ullam ſpem quoad ſuum intereſſe proprium, etiam æternum.

VIII. Omnia ſacrificia, quæ fieri ſolent ab animabus quam maxime diſintereſſatis circa earum æternam beatitudinem, ſunt conditionalia.... Sed hoc ſacrificium non poteſt eſſe abſolutum in ſtatu ordinario. In uno extremarum probationum caſu hoc ſacrificium fit aliquo modo abſolutum.

IX. In extremis probationibus poteſt animæ invincibiliter perſuaſum eſſe perſuaſione reflexa, & quæ non eſt intimus conſcientiæ fundus, ſe juſte reprobatam eſſe a Deo.

X. Tunc anima diviſa a ſemetipſa exſpirat cum Chriſto in cruce, dicens: Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? In hac involuntaria impreſſione deſperationis conficit ſacrificium abſolutum ſui intereſſe proprii quoad æternitatem.

XI. In hoc ſtatu anima amittit omnem ſpem ſui proprii intereſſe, ſed numquam amittit in parte ſuperiori, id eſt, in ſuis actibus directis & intimis ſpem perfectam, quæ eſt deſiderium diſintereſſatum promiſſionum.

XII. Director tunc poteſt huic animæ permittere, ut ſimpliciter acquieſcat jacturæ ſui proprii intereſſe & juſtæ condemnationi, quam ſibi a Deo indictam credit.

XIII. Inferior Chriſti pars in cruce non communicavit ſuperiori ſuas involuntarias perturbationes.

XIV. In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam ſeparatio partis ſuperioris animæ ab inferiori.... In iſta ſeparatione actus partis inferioris manant ex omnino cæca & involuntaria perturbatione; Nam totum quod eſt voluntarium & intellectuale, eſt partis ſuperioris.

XV. Meditatio conſtat diſcurſivis actibus, qui a ſe invicem facile diſtinguuntur.... Iſta compoſitio actuum diſcurſivorum & reflexorum eſt propria exercitio amoris intereſſati.

XVI. Datur ſtatus contemplationis adeo ſublimis, adeoque perfectæ ut fiat habitualis: ita ut quoties anima actu orat, ſua oratio ſit contemplativa, non diſcurſiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem, ejuſque actus methodicos.

XVII. Animæ contemplativæ privantur intuitu diſtincto, ſenſibili, & reflexo Jeſu Chriſti duobus temporibus diverſis. Primo, in fervore naſcente earum contemplationis.... Secundo, anima amittit intuitum Jeſu Chriſti in extremis probationibus.

XVIII. In ſtatu paſſivo exercentur omnes virtutes diſtinctæ, non cogitando quod ſint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id, quod Deus vult: & amor zelotypus ſimul efficit, ne quis amplius ſibi virtutem velit, nec umquam ſit adeo virtute præditus, quam

cum virtuti amplius affixus non eſt.

XIX. Poteſt dici in hoc ſenſu, quod anima paſſiva & diſintereſſata nec ipſum amorem vult amplius, quatenus eſt ſua perfectio & ſua fœlicitas ; ſed ſolum quatenus eſt, id quod Deus a nobis vult.

XX. In confitendo debent animæ transformatæ ſua peccata deteſtari, & condemnare ſe, & deſiderare remiſſionem ſuorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, ſed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle propter ſuam gloriam.

XXI. Sancti Myſtici excluſerunt a ſtatu animarum transformatarum exercitationes virtutum.

XXII. Quamvis hæc doctrina *(de pure amore)* eſſet pura, & ſimplex perfectio Evangelica in univerſa traditione deſignata, antiqui paſtores non proponebant paſſim multitudini juſtorum, niſi exercitia amoris intereſſati eorum gratiæ proportionata.

XXIII. Purus amor ipſe ſolus conſtituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii ſunt.

Non intendimus tamen per expreſſam propoſitionum hujuſmodi reprobationem alia in eodem libro contenta ullatenus approbare. Ut autem eædem præſentes litteræ omnibus facilius innoteſcant, nec quiſquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Curiæ generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur ; ita ut ſic publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent : Utque ipſarum præſentium litterarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die XII. Martii, MDCXCIX. Pontificatus noſtri anno octavo.

J. F. Card. Albanus.

Anno a Nativitate D. N. J. C. 1699. Indictione ſeptima, die vero 13. menſis Martii, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Innocentii divina Providentia Papæ XII. anno ejus octavo, ſupradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis, per me Franciſcum Perinum ejuſdem Sanctiſſimi domini noſtri Papæ Curſorem.

Sebaſtianus Vaſellus Mag. Curſ.

DECLARATION DU ROY,

Qui ordonne l'execution de la Conſtitution de N. S. P. le Pape en forme de Bref du 12. Mars 1699. portant condamnation d'un Livre intitulé, *Explication des Maximes des Saints ſur la vie interieure*, compoſé par Mr l'Archeveſque de Cambray.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut. Les plaintes qui s'éleverent en l'année 1697. en differens endroits de noſtre Royaume, & particulierement en noſtre bonne Ville de Paris, au ſujet du Livre intitulé : Explication des Maximes des Saints ſur la Vie interieure, *compoſé par le Sieur de Salignac Fenelon Archeveſque de Cambray, l'ayant engagé de porter d'abord au ſaint Siege cette affaire qui eſtoit née dans le Royaume, & de ſoumettre au jugement de noſtre ſaint Pere le Pape la doctrine qu'il y avoit expliqué, ſa Sainteté auroit fait examiner ce Livre avec toute l'exactitude que meritent les choſes qui regardent la Foy ; & aprés y avoir travaillé Elle meſme durant un tres long temps avec beaucoup de zele & d'application, elle l'auroit condamné par ſa Conſtitution donnée en forme de Bref le 12. Mars dernier, & auroit ordonné en meſme temps au Sieur Delphini ſon Nonce de nous en preſenter de ſa part un exemplaire, & de nous demander noſtre protection pour la faire executer : Nous l'avons receuë avec le reſpect que nous avons pour le ſaint Siege & pour la perſonne de noſtre ſaint Pere le Pape ; & nous avons eſtimé à propos d'en envoyer des copies à tous les Archeveſques de noſtre Royaume, avec ordre d'aſſembler les Eveſques leurs ſuffragans, afin qu'ils puiſſent accepter cette Conſtitution dans les formes ordinaires, & que joignant ainſi leurs ſuffrages à l'autorité du Jugement de noſtre ſaint Pere le Pape, le concours de ces Puiſſances pût étouffer entierement des nouveautez qui bleſſoient la pureté de la Foy, & dont on pouvoit abuſer pour la corruption de la Morale Chreſtienne. Ces Aſſemblées ont eu le ſuccés que nous en avions eſperé, & nous avons vû avec beaucoup de plaiſir par les Procez verbaux qui Nous en ont eſté preſentez, que les Prelats de noſtre Royaume, & meſme ledit Sieur Archeveſque de Cambray reconnoiſſans dans la Conſtitution de noſtre ſaint Pere le Pape, la doctrine Apoſtolique, l'ont receuë avec le reſpect & la ſoumiſſion qui eſt deuë au Chef qu'il a plû à Dieu de donner ſur la terre à ſon Egliſe ; & nous ont ſupplié en meſme temps de faire expedier nos Lettres patentes pour la faire publier & executer dans noſtre Royaume. Et comme nous ne nous ſervons jamais avec une plus grande ſatisfaction de la puiſſance qu'il a plû à Dieu de nous donner, que lors que nous l'employons pour maintenir la pureté de la Foy comme un Roy Tres-Chreſtien, redevable à la bonté divine d'une ſi longue ſuite de graces & de proſperitez, eſt obligé de le faire : A ces cauſes, Nous avons dit, declaré & ordonné, diſons, declarons & ordonnons par ces Preſentes ſignées de noſtre main, Voulons & Nous plaiſt, que ladite Conſtitution de noſtre ſaint Pere le Pape en forme de Bref, attachée ſous le contre-ſcel de noſtre Chancellerie, acceptée par les Archeveſques & Eveſques de noſtre Royaume, y ſoit receuë & publiée, pour y eſtre executée,*

cutée, gardée & obſervée ſelon ſa forme & teneur: Exhortons à cette fin, & neanmoins enjoignons à tous les Archeveſques & Eveſques, conformement aux reſolutions qu'ils en ont pris eux-meſmes, de la faire lire & publier inceſſamment dans toutes les Egliſes de leurs dioceſes, enregiſtrer dans les Greffes de leurs Officialitez, & de donner tous les ordres qu'ils eſtimeront les plus efficaces pour la faire executer ponctuellement. Ordonnons en outre que ledit livre, enſemble que tous les écrits qui ont eſté faits, imprimez & publiez, pour la défenſe des Propoſitions qui y ſont contenuës, & qui ont eſté condamnées, ſeront ſupprimez, défendons à toutes ſortes de perſonnes à peine de punition exemplaire, de les debiter, imprimer, & meſme de les retenir. Enjoignons à ceux qui en ont de les rapporter aux Greffes des Juſtices dans le reſſort deſquelles ils demeurent, ou en ceux des Officialitez pour y eſtre ſupprimez. Et à tous nos Officiers, & autres auſquels la Police appartient de faire toutes les diligences & perquiſitions neceſſaires pour l'execution de cette preſente diſpoſition. Défendons pareillement à toute ſorte de perſonnes, de compoſer, imprimer & debiter à l'avenir aucuns écrits, lettres ou autres ouvrages, ſous quelque titre, & en quelque forme que ce puiſſe eſtre, pour ſoûtenir, favoriſer & renouveller leſdites Propoſitions condamnées, à peine d'eſtre procedé contr'eux comme perturbateurs du repos public.

Si donnons en mandement à nos amez & feaux les Gens tenans noſtre Cour de Parlement, que s'il leur appert, que dans ladite Conſtitution en forme de Bref, il n'y ait rien de contraire aux ſaints Decrets, Conſtitutions Canoniques; aux Droits & Prééminences de noſtre Couronne & aux Libertez de l'Egliſe Gallicane, ils ayent à faire lire, publier & enregiſtrer nos preſentes Lettres, enſemble ladite Conſtitution; & le contenu en icelles garder & faire garder & obſerver par tous nos ſujets dans l'étenduë du reſſort de noſtredite Cour, & en ce qui depend de l'autorité que nous luy donnons. Enjoignons en outre à noſtredite Cour, & à tous nos autres Officiers chacun endroit ſoy, de donner auſdits Archeveſques & Eveſques, & à leurs Officiaux, le ſecours & aide du bras ſeculier, lors qu'ils en ſeront requis dans les cas de droit, pour l'execution de ladite Conſtitution: Car tel eſt noſtre plaiſir. En témoin dequoy Nous avons fait mettre noſtre ſcel à ces Preſentes. Données à Verſailles, le quatriéme jour du mois d'Aouſt, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt-dixneuf, & de noſtre regne le cinquante-ſeptiéme. Signé, LOUIS. Et plus bas, *Par le Roy,* PHELYPEAUX. *Et ſcellée du grand ſceau de cire jaune.*

Regiſtrées, Oüy & ce requerant le Procureur General du Roy, pour eſtre executées ſelon leur forme & teneur; & copies collationnées envoyées aux Bailliages & Senechauſſées du Reſſort, pour y eſtre leûës, publiées, & regiſtrées; Enjoint aux Subſtituts du Procureur General du Roy d'y tenir la main, & d'en certifier la Cour dans un mois, ſuivant & aux charges portées par l'Arreſt de ce jour. A Paris en Parlement, le 14. Aouſt, mil ſix cens quatre-vingt-dixneuf. *Signé,* DONGOIS.

His Actis ſubjicere viſum eſt ipſum Illuſtriſſimi Præſulis inſtrumentum, quo latæ in librum ſuum a Summo Pontifice ſententiæ ſubſcripſit.

MANDEMENT DE MESSIRE FRANÇOIS DE SALIGNAC LA MOTHE FENELON;

Archeveſque Duc de Cambray, &c.

FRANÇOIS par la miſericorde de Dieu, & la grace du ſaint Siege Apoſtolique Archeveſque Duc de Cambray, Prince du ſaint Empire, Comte du Cambreſis, &c. Au Clergé Seculier & Regulier de noſtre dioceſe, ſalut & benediction en noſtre Seigneur.

Nous nous devons à vous ſans reſerve, mes tres-chers Freres, puiſque nous ne ſommes plus à nous, mais au troupeau qui nous eſt confié. Nos autem ſervos veſtros per Jeſum. *C'eſt dans cet eſprit que nous nous ſentons obligez de vous ouvrir ici noſtre cœur, & de continuer à vous faire part de ce qui nous touche ſur le livre intitulé,* Explication des Maximes des Saints.

Enfin N. S. P. le Pape a condamné ce livre avec les 23. Propoſitions, qui en ont eſté extraites, par un Bref datté du 12. de Mars, qui eſt maintenant répandu par tout, & que vous avez déja veû.

Nous adherons à ce Bref, mes tres-chers Freres, tant pour le texte du livre que pour les 23. Propoſitions, ſimplement, abſolument, & ſans ombre de reſtriction. Ainſi nous condamnons tant le livre que les 23. Propoſitions, préciſement dans la meſme forme & avec les meſmes qualifications, ſimplement, abſolument, & ſans aucune reſtriction. De plus nous défendons ſous la meſme peine à tous les fidelles de ce dioceſe de lire & de garder ce livre.

Nous nous conſolerons, mes tres-chers Freres, de ce qui nous humilie, pourveû que le miniſtere de la parole que nous avons receû du Seigneur pour voſtre ſanctification, n'en ſoit pas affoibli, & que nonobſtant l'humiliation du Paſteur, le troupeau croiſſe en grace devant Dieu.

C'eſt donc de tout noſtre cœur que nous vous exhortons à une ſoumiſſion ſincere & à une docilité ſans reſerve, de peur qu'on n'altere inſenſiblement la ſimplicité de l'obéïſſance au ſaint Siege, dont nous voulons, moyennant la grace de Dieu, vous donner l'exemple juſqu'au dernier ſoupir de noſtre vie.

A Dieu ne plaiſe, qu'il ſoit jamais parlé de nous, ſi ce n'eſt pour ſe ſouvenir qu'un Paſteur a cru devoir eſtre plus docile que la derniere brebis du troupeau, & qu'il n'a mis aucune borne à ſa ſoumiſſion.

Je ſouhaite, mes tres-chers Freres, que la grace de noſtre Seigneur J. C. l'amour de Dieu, & la communication du ſaint Eſprit demeure avec vous tous. Amen.

Signé, † FRANÇOIS Archeveſque Duc de Cambray.

Par Monſeigneur; DES ANGES *Secretaire.*

XIV.

P. JACOBI SIRMONDI

E SOCIETATE JESU,

in varia Concilia Notæ huc reſervatæ.

SIRMONDIANI nominis fama, & debita ei viro reverentia, vetat omitti Notas, quas ille in varia Concilia, præſertim Gallicana, dudum conſcripſit, jam a P. Labbeo editas : quantumvis noſtras ſolummodo Adnotationes huic noviſſimæ Editioni adtexere primo conſilium foret. Nunc eas igitur repræſentamus, quæ non ſunt ſuis exhibitæ locis ; tomo & pagina indicatis, quo ſingulas referri oporteat.

IN CONCILIUM ARELATENSE I.

Tomo 1. pag. 259. A. *EPiſtola Conſtantini.* Hanc epiſtolam cum altera ſynodica ad Silveſtrum, primus ante annos XL. in lucem dedit Petrus Pithœus, & partem eſſe Actorum Concilii Arelatenſis recte judicavit. Ideo & nos illas ſuis hic locis reddendaa curavimus.

Ibidem. *Ælafio.* Ita veteres ſchedæ Pithœanæ, quo pro alii poſtea conjecturæ indulgentes, *Ablavio* ediderunt. Quod vero vicarium Africæ appellavimus, noſtra fuit conjectura, quia vicariæ poteſtati congruere videbantur quæ Ælafio præcipit Imperator.

Pag. 262. B. *Correctore Siciliæ.* Interpres Euſebii corruptum nactus Græcum exemplar, conductorem reddidit : & corrupte, nunc etiam in vulgatis κατήκτορος legitur, pro κορρήκτορος. Siciliam enim, quæ Conſulares poſtea judices habuit, Correctoribus aliquando paruiſſe confirmat vetus inſcriptio Lilybætana : *Zenofilo v. c. Correctori provinciæ Siciliæ.*

Pag. 262. C. *Epiſtola ſynodi.* Huic titulus in iiſdem ſchedis : *Concilium epiſcoporum Arelate celebratum, & directum Silveſtro epiſcopo.* Et hanc quoque agnoſcunt antiquæ canonum collectionea, una Andegavenſis, altera S. Benigni Divionenſis, quæ peimum hujua concilii canonem iiſdem, quibus infra texitur, verbis proferunt : *Cenſuimus ergo Paſcha Domini per orbem totum una die celebrare.*

Pag. 263. E. *Paſchæ Dominici.* Aut legendum *Paſchæ Domini,* ſicut in epiſtola ſynodica, & apud Ivonem & Gratianum legitur ; aut, ut optimi quique codices habent, *Paſchæ Dominicæ,* uſu apud multos tum recepto, qui in eo caſu ſic enontiabant : ut Gaudentius Brixianus tract. IV. *Judaïcæ Paſchæ obſervationem,* & *lex celebrandæ Paſchæ* apud eumdem tract. VIII. Item *dies futuræ Paſchæ* in concilio Maximianiſtarum, quod recitat Auguſtinus in expoſitione pſalmi XXXVI.

Pag. 265. A. *De Afris.* Certa lectio, quam afferunt codices antiqui, & epiſtola ſynodica. Male in vulgatis & apud Gratianum legitur *de Arianis* : Ariani ſiquidem exorti hoc tempore nondum erant.

Pag. 266. A. *Ut nullus epiſcopus alium epiſcopum inculcet.* Diſtinctus eſt canon in vulgatis, & apud Burchardum & Ivonem, atque in collectione ſancti Benigni. Rectius autem, mea ſententia, in codice Remenſi, Foſſatenſi, & aliis, cum ſuperiore tamquam ejus membrum conjungitur.

Ibidem. *De diaconibus urbicis.* Canonem hunc cum ſequenti, pro tribus qui vulgo male concepti erant, ex veterum librorum fide reſtituimus.

Pag. 266. B. *Nomina epiſcoporum.* Secuti ſumus in hoc indice codicem Corbeïenſem, in quo epiſcoporum nomina civitatum nominibus præponuntur : cum in aliis contra, ut in Remenſi, ſicut in Suriana editione, poſtponantur hoc modo : *Ex provincia Sicilia, civitate Syracuſanorum, Chreſtus epiſcopus, Florus diaconus,* & ita deinceps in ceteris. Verum in Corbeïenſi pro Chreſto legitur *Creſcens,* quemadmodum in epiſtola ſynodica, ut jure ambigi queat, utrum nomen fuerit epiſcopi Syracuſani.

Genialis diaconus. Ita & in Remenſi : in nonnullis tamen, *Genialis epiſcopus,* ſicut in vulgatis. Pag. 267. C.

De civitate Eloſatium. Quidam *Toloſa,* vel *Toloſatium,* eorum fortaſſe judicio, quibus minus nota erat civitas Eloſatium. Ibidem.

Reſcriptum Conſtantini. Extat in iiſdem ſchedis Pi- Pag. 268. A.
thœanis, ſeu Tiliania, poſt collationem Donatiſtarum editum cum hoc titulo : *Epiſtola Imperatoris Conſtantini, ubi dixit quia pars Donati, quomodo forenſes, ſic litigant, ut denuntient & appellent, & Imperatorem deſiderent audire poſt epiſcoporum judicia.* Pertinere autem (quod Pithœum non vidiſſe mirum eſt) ad Concilium Arelatenſe, tum aliia argumentia deprehendimus, tum indicio epiſtolæ CLXII. ſancti Auguſtini, ubi eamdem Conſtantini adverſus Donatiſtas deteſtationem commemorat. Sed epiſtola concilii, cui Conſtantinus reſpondet, hactenus reperta non eſt.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ IN CONCILIUM ARELATENSE I.

anno Chriſti CCCXIV. habitum.

COncilium hoc ſanctus Auguſtinus lib. II. de baptiſmo contra Donatiſtas, ejus auctoritate, tacito licet nomine, illos impugnans, plenarium, univerſale, atque univerſæ eccleſiæ concilium vocat : quod eo nimirum non ex Gallicanis modo, verum etiam ex univerſis propemodum Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, totiuſque Occidentis provinciis, epiſcopi convenerint. Totum orbem, ſicut univerſam eccleſiam dicere, quæ toto Occidente pateret, tum Auguſtino, tum aliis olim ſacris ſcriptoribus, mos fuit. Quare de hac iſta ſynodo agens concilium II. Arelatenſe can. XVIII. ſic loquitur : *Ad Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodus congreganda : ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, ſub ſancti Marini tempore legimus celebratum fuiſſe concilium atque conventum.*

De Donatiſtis, qui contra Cæcilianum epiſcopum ſchiſma fecerant in Africa, judicatum ſuperiore anno jam fuerat in concilio Romano, cui præſidens Melchiades Papa Cæcilianum, repulſis illorum criminationibus, innocentem pronunciarat. Sed quia Donatiſtæ, de concilii Romani judicio quamvis injuſte conquerebantur, ceſſit illo-

Digitized by Google

rum pertinaciæ Imperator, decrevitque ut in altero epiſcoporum conſeſſu iterum audirentur. Itaque ſynodum apud Arelatem ea de cauſa congregari juſſit. Sanctus Auguſtinus epiſtola CLXII. *Judices*, inquit, *eccleſiaſticos, tantæ auctoritatis epiſcopos, quorum judicio & Cæciliani innocentia, & eorum improbitas declarata eſt, apud Imperatorem accuſare auſi ſunt quod male judicarint. Dedit ille aliud Arelatenſe judicium: aliorum ſcilicet epiſcoporum, non quia jam neceſſe erat, ſed eorum perverſitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere.* Meminit ſynodi ejuſdem & alibi ſæpe, ut in epiſt. LXVIII. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXXI. lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani, & aliis locis.

Tomo 1. pag. 259. A. EPISTOLA CONSTANTINI. Hanc inter ceteras deſignat Auguſt. epiſt. 165. documenta enumerans, quæ ad Donatiſtarum cauſam pertinebant: *Itemque alias*, inquit, *litteras, ubi declarat memoratus Imperator, eos apud ſe de collegarum ſuorum judicio, id eſt, epiſcoporum, quos ad urbem Romam miſerat, fuiſſe conqueſtos: ubi etiam alios epiſcopos voluit apud Arelatum judicare.* Ad judicium Arelatenſe convocari oportuit primum partes ipſas, quæ diſſidebant, tum futuros judices epiſcopos. Partes igitur, hoc eſt, Cæcilianum & ejus æmulos Donatiſtas, ex Africa venire juſſit hac epiſtola. Judices epiſcopos ex Italia, Gallia, Hiſpania, Britannia, aliis litteris evocavit, quarum ſpecimen eſt in ſequenti epiſtola ad Chreſtum Syracuſanum. Tempus autem habendo concilio præfixum, ut ex utriuſque epiſtolis patet, dies Kalendarum Auguſtarum.

Pag. 260. B. SINGULAS TRACTORIAS TRIBUAS. Tractoriæ dicebantur diplomata ſeu codicilli, quibus copia fiebat uſurpandi curſus publici. Gloſſæ juris: *Tractoria*, κώδικες ἐπάρχου· ἢ ϰ κομβῖνα, ἤτοι σύνθημα περὶ τῶν δρομικῶν ζώων. *Juſſio præfecti, ſive combina vel ſynthema de curſualibus animalibus.* Angarialis etiam dicitur in epiſtola præfectorum ad Celſum vicarium Africæ, de Donatiſtis qui in Gallias Cæcilianum accuſaturi venerant ad Conſtantinum: *Angarialem his cum annonaria competentia uſque ad Arelatenſem portum ſecundum imperatum clementiſſimi principis dedimus.* Ceterum ut ad ſynodum Arelatenſem venturis hoc loco, ſic ad ſynodum poſtea Nicænam evocatis, conceſſam a Conſtantino evectionem publicam, auctores ſunt Euſebius lib. 3. de ejus vita cap. 6. & Theodoretus lib. 1. cap. 7. Conſtantini vero exemplum alii deinceps, qui ſynodos coëgere, principes imitati ſunt.

Pag. 255. E. CHRESTO EPISCOPO SYRACUSANO. Vera Conſtantini ad Chreſtum epiſtola non exſtat. Noſtra hæc ad Græcam ejus interpretationem efficta eſt, quam ex latina Conſtantini expreſſam habet Euſebius lib. 10. hiſtor. cap. 5. Nec vero ad Syracuſanum tantum epiſcopum miſſa eſt, ſed ad alios etiam diviſarum provinciarum antiſtites. Quod genus epiſtolas generales appellabant, quia uno exemplo, paucis mutatis, ad diverſos mittebantur. Cujuſmodi eſt illa, quam ſuo loco reddidimus, Ravennii Arelat. epiſtola generalis, qua epiſcopos ad ſynodum evocat in cauſa inſulæ Lirinenſis.

Pag. 261. C. EPISTOLA SYNODI ARELAT. Synodicæ hujus pars prior Donatiſtas perſtringit, euſque ſynodi ſententia damnatos ac repulſos docet. Pars altera canones continet, qui a ſynodo diſcuſſa & finita Donatiſtarum cauſa, ſanciti ſunt. Sed in mutilo exemplari, præter canones plurimos, qui deſiderantur, deerat etiam mentio epiſtolæ quam ſynodus de rebus in ea geſtis ad Conſtantinum ſcripſerat, iiſque reſcribere Imperator *tædians*, ut ait, *juſſit omnes ad ſuas ſedes redire.* Neque enim, quod nonnulli faciunt, ſic accipi debent hæc verba, quaſi Conſtantinus ſynodo interfuerit, quem abfuiſſe docebimus: ſed ad ejus reſcriptum referenda ſunt, quod infra poſt canones editum eſt ſuo loco.

CANONES.

Can. I. UT UNO DIE ET UNO TEMPORE. Idem poſtea conſtituit ſynodus Nicæna. Conſtantinus in epiſtola de ſynodi decretis apud Euſebium lib. 3. de ejus vita cap. 18. κοινῇ πάντων ἤρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. *Viſum eſt*, inquit, *communi omnium judicio, ſanctiſſimum Paſchæ feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe.* Antea enim, ut Epiphanius de eadem re agens obſervat hæreſi 69. ἐθορύβουν περὶ τοῦ ἐρωτᾶσθαι, ἢ πολλὴ φύρσις ἦν μετ' ὄκνου καμ-ματ. *Non eodem omnes tempore obſervabant, & ſumma erat per illud tempus confuſio.*

JUXTA CONSUETUDINEM. Moris hujus meminit Innocentius Papa epiſtola 10. ad Aurelium epiſcopum Carthaginienſem, cui ſuam de anni, ut reor, CDXIV. Paſchali die ſententiam expromens, quid ipſe cum ſuis ſentiat reſcribi poſtulat: *quo deliberatum*, inquit, *Paſchalem diem jam litteris ante, ut moris eſt, ſervandam ſuo tempore præſcribamus.* Meminit & Leo magnus epiſtola IX. editionis noſtræ ad Ravennium Arelatenſem, ubi ad ſuam id ſolicitudinem divina inſtitutione, & paterna traditione, pertinere ſignificat.

ORDINATI FUERINT MINISTRI. Miniſtros hoc loco interpretor ſubdiaconos, & reliquos inferioris ordinis clericos: ut apud Optatum lib. 1. *Certa membra ſua habet eccleſia, epiſcopos, presbyteros, diaconos, miniſtros, & turbam fidelium.* Et Concilii Laodicenſis canone XX. & aliis ὑπηρέται *miniſtri* peculiari nomine dicuntur ſubdiaconi. Diaconos ſane hoc loco non comprehendi conjectura eſt, quia de his poſtea præcipitur can. XXI. Alioqui miniſtros proprie appellari diaconos vox ipſa demonſtrat: & miniſtrare in eccleſia generatim omnes dici, etiam epiſcopos, docet titulus epiſtolæ 215. Auguſtini: *Sanctæ plebi, cui miniſtro, membris Chriſti, Auguſtinus.* Can. II.

QUI ARMA PROJICIUNT IN PACE. Qui extra bellum infeſtis armis alios petunt, eiſque vim aut necem inferunt, hoc eſt qui effundunt ſanguinem belli in pace, ut de Joabo ſacræ litteræ loquuntur, libro III. Regum cap. II. Sicarios enim & homicidas deſignat, quos a ſacra communione paſſim canones excludunt. Quare projicere arma, hoc loco non eſt arma abjicere, ſed in alium conjicere. Quod dum inſolens quibuſdam videtur, canonem non ad homicidas, ſed ad ῥιψάσπιδας & militiæ deſertores, retulerunt, ut Ivo Carnotenſis, qui pro eo quod *in pace* ſcriptum eſt, *in prælio* legit, parte 10. cap. 122. Can. III.

DE AGITATORIBUS. Circiſſarii agitatores dicti ſunt in ſynodica ad Silveſtrum. Aurigæ nimirum Circenſes, ſeu quadrigarii, qui quadrigas agitabant in Circo. De his ſynodus Eliberitana, quæ Arelatenſem paucis annis anteceſſit, canone LXII eodem modo ſtatuit, ut ſi poſt ſuſceptam fidem ad priſtinam artem reverſi fuerint, ab eccleſia projiciantur. Can. IV.

DE THEATRICIS.] Scenicos quoque hiſtriones, ut Tertullianus in libro de Idololatria docet, Dei diſciplina non recipit. Itaque hoc loco excommunicantur, quamdiu agunt & artem exercent. Et epiſcopi Africæ petendum ab Imperatoribus ſtatuunt ſynodi Africanæ can. XXX. ne hiſtriones, qui Chriſtiani fiebant, ad artem exercendam reduci vel cogi liceat. At ſanctus Cyprianus, epiſtola LXI. ad Eucratium, etiam hiſtrioni, qui a theatro ipſe ceſſaverat, ſed artem alios docebat, negandam communionem decrevit. Can. V.

MANUM IMPONI. Hoc ipſum eſt quod patres Eliberitani canone XXXIX. præceperant, gentilibus, ſi in infirmitate deſideraverint, manum imponi, & Chriſtianos fieri. Ad fidem Chriſti venientibus primum omnium manus imponebatur, & Chriſtiani exinde, credenteſque vocabantur, poſtea catechumeni, ac demum ſuſcepto baptiſmo, fideles. Sulpitius Severus de vita ſancti Martini cap. 10. *Nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impoſitione manus deſiderata, in Dominum Jeſum Chriſtum, relicto impietatis errore, crediderit.* Idem cap. 16. *Quo viſo Tetradius Dominum noſtrum Jeſum credidit, ſtatimque catechumenus factus, nec multo poſt baptizatus.* Denique ſynodus prima Conſtantinopolitana canone VII. de hæreticis quibuſdam, ὡς Ἕλληνας, inquit, δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς Χριστιανούς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα βαπτίζομεν. *Velut gentiles admittimus: & primo quidem die eos Chriſtianos facimus, altero catechumenos, deinde baptizamus.* Can. XLV. Eliberitano, catechumeni dicuntur Chriſtiani, & Aug. de Paſtor. cap. 13. Conſtat ergo impoſitionem manus in his canonibus non ad baptiſmum, quod nonnullis placuit, neque ad confirmationem, referri oportere; ſed Can. VI.

ad ritum illum quo Chriſtiani fiebant. Aliud enim, ut dixi, Chriſtiani & credentes erant, aliud fideles. Auguſtinus epiſtola LXVII. ad Alypium. *Narrat*, inquit, *gaudia de Gabiniano, quod non ſolum Chriſtianus, ſed etiam fidelis ſit valde bonus per Paſchæ proxime baptizatus.* Gaudentius Brixianus Tract. v. *Hujus agni carnem tam fideles in myſterio, quam ſimul univerſi credentes, in fide debemus edere.* Chryſologus vero ſermone LII. *Hinc eſt, quod veniens ex gentibus, impoſitione manus & exorciſmis ante a dæmone purgatur, & apertionem aurium percipit, ut fidei capere poſſit auditum.* Et Cod. Theod. lex 2. de apoſtatis, diſtinguit Chriſtianos ac fideles, a Chriſtianis & catechumenis tantum.

Can. VII. DE PRÆSIDIBUS QUI FIDELES. Chriſtiani olim, dum pagani principes fuerunt, a publicis fere adminiſtrationibus abſtinebant, ut docet Tertullianus libro de Idololatria cap. 17. quia propter curam ſacrorum ſpectaculorumque, quam ſuſtinere magiſtratus ſolebant, difficillimum erat, ut omnem idololatriæ labem evaderent. Idcirco qui magiſtratum aliquem capeſſerent, eos, quamdiu in eo verſabantur, a communione prohibebant. Quod Eliberitani canones oſtendunt, præcipue LVI. *Magiſtratum, anno quo agit duumviratum, prohibere placuit, ut ſe ab eccleſia cohibeat.* Nunc vero, quia ſub principe Chriſtiano minus erat periculi, faciliuſque a vetitis abſtinere licebat: res in hac ſynodo ad hunc modum temperata eſt, ut profecturis ad regendas provincias fidelibus litteræ quidem communicatoriæ concedantur: ita tamen ut illos obſervent locorum epiſcopi: ac ſi quid contra diſciplinam agere cœperint, tum demum eos a communione prohibeant. Quod ipſum de iis quoque ſtatuit, qui rempublicam in urbe aliqua gerere volunt, ut duumviri in coloniis & municipiis.

LITTERAS COMMUNICATORIAS. Præſides aliive rectores provinciarum, ex provinciis ipſis deligi non ſolebant, ſed aliunde mittebantur. Proinde litteris communicatoriis ſive formatis indigebant, ſine quibus aditus ad communionem peregrinis apud exteros non foret.

Can. VIII. DE AFRIS. Quidam legunt, *de Arianis*, ut Gratianus de conſecratione diſt. 4. vulgati hactenus libri, errore manifeſto, cum Arianorum, ſynodi hujus tempore, nondum exortum nomen fuerit. Vera igitur veterum codicum lectio *De Afris*. Afros autem eos intelligit, qui Africanæ ſub Cypriano ſynodi de rebaptizandis hæreticis errorem ſectantes, baptiſmum iterare non dubitabant. Quo ex numero Donatum Carthaginenſem æmulum Cæciliani fuiſſe liquet, in quem proxime, ut Optatus libro I. tradit, latæ in Concilio Romano hæ ſententiæ fuerant: *Quod confeſſus ſit ſe rebaptizaſſe, & epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe.* Eumdem errorem poſteri Donatiſtæ pertinaciſſimis animis tenuerunt: non in his ſolum qui ab hæreſi veniebant, ſed in iis etiam, qui in catholica baptizati fuerant, baptiſmum peſſimo exemplo repetentes.

Ibidem. MANUS EI TANTUM IMPONATUR. Ad confirmationem nimirum. Leo Magnus epiſtola 85. ad Nicetam cap. 7. *Qui baptiſmum ab hæreticis receperunt, ſola ſancti Spiritus invocatione per impoſitionem manuum confirmandi ſunt.* Synodi hæc eſt ſententia. Qui ad eccleſiam veniunt ab hæreſi, aut juxta formulam baptizati ſunt in Trinitate; & cum rite baptizati ſint, rebaptizandi non ſunt: aut baptiſmi formam non ſuſceperunt; & baptizandi ſunt, quia baptizati non ſunt. Ita omnem iterandi baptiſmatis anſam excludit ac penitus interdicit. Quare concilii hujus auctoritate adverſus Donatiſtas magnopere pugnat Auguſtinus, & Cypriani ſynodo, cujus illi auctoritate ſe rebaptizare jactitabant, anteponendam docet libro II. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. IX. *Poſtea tamen*, inquit, *dum inter multos ex utraque parte tractatur & quæritur, non ſolum inventa eſt veritas, ſed etiam ad plenarii concilii auctoritatem roburque perducta, poſt Cypriani quidem paſſionem, ſed antequam nos nati eſſemus.* Et poſt alia: *Quapropter illud unum conſiderent, quod omnibus patet. Si auctoritas Cypriani ſequenda eſt, magis eam ſequendam in unitate ſervanda, quam in eccleſiæ conſuetudine commutanda. Si autem concilium ejus attenditur, huic eſt univerſæ eccleſiæ poſterius concilium præponendum. Nam & concilia poſteriora prioribus apud poſteros præponuntur, & univerſum partibus ſemper jure optimo præponitur.* Concilium Arelatenſe, quod tranſmarinum & univerſale jam dixerat, hic rurſum plenarium & univerſæ eccleſiæ concilium vocat, quia ex univerſa Occidentis eccleſia eo convenerant, ut dictum eſt.

QUI CONFESSORUM LITTERAS. Per quas pacem & jus communicationis, quo exciderant, lapſis impetrabant, vel ipſi dabant. Quo ſpectans Tertullianus ad Martyres: *Pacem*, ait, *quidam in eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conſueverunt.* Harum litterarum quædam interceſſoriæ tantum fuerunt, quibus epiſcopos rogabant, ut lapſis pacem impertirent: cujuſmodi erant illæ, ad quas Cyprianus epiſtola II. reſpondet: *Cum vos ad me* (Martyres ac Confeſſores alloquitur) *litteras direxeritis, quibus examinari deſideria veſtra, & quibuſdam lapſis dari pacem poſtulaſtis.* Aliæ, de quibus hic ſermo, libellis continebantur, per quos pacem ipſi & euchariſtiam dabant, darique mandabant, quarum item ſpecimen in eadem epiſtola Cypriani: *Audio quibuſdam*, inquit, *ſic libellos fieri, ut dicatur: Communicet ille cum ſuis.* Et in epiſtola XVII. quæ eſt Confeſſorum ad Cyprianum: *Scias nos illis dediſſe pacem, & hanc formam per te & aliis epiſcopis innoteſcere volumus.* De hujuſmodi ergo confeſſorum litteris præcipit ſynodus, ut his qui eas afferent, iis ſublatis, aliæ dentur ab epiſcopis communicatoriæ. Quod ipſum jam ſtatuerat concilium Eliberitanum, cauſa indita cur ita ſtatueret, canone XXV. *Omnis qui attulerit litteras confeſſorum, ſublato nomine confeſſoris, eo quod omnes ſub hac nominis gloria pacem concutiant, ſimplices communicatoriæ ei dandæ ſunt litteræ.* Can. IX.

QUÆ GENTILIBUS JUNGUNTUR. Concilium Eliberitanum, canone XV. *Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ reſolvatur.* Hic levi pœna percelluntur, quæ gentilibus nupſerint, ut aliquo tempore communione careant. Nam varium plane olim fuit de hujuſmodi copulationibus judicium, ut videre eſt apud ſanctum Auguſtinum, libro de fide & operibus cap. XIX. *Cyprianus*, inquit, *ad malos mores pertinere confirmat jungere cum infidelibus vincula matrimonii, nihil aliud eſſe aſſerens, quam proſtituere gentibus membra Chriſti. Quæ noſtris temporibus jam non putantur peccata, quoniam revera in novo teſtamento nihil inde præceptum eſt: & ideo aut licere creditum eſt, aut velut dubium derelictum.* Hieronymus tamen Tertulliani libro II. ad Uxorem veſtigiis inſiſtens, ejuſmodi nuptias, ut ab Apoſtolo vetitas, reprehendit, lib. I. in Jovinianum. *At nunc*, inquit, *contemnentes Apoſtoli juſſionem, junguntur gentilibus, & templa Chriſti idolis proſtituunt. Ignoſcit Apoſtolus infidelium conjunctioni, quæ habentes maritos, in Chriſtum poſtea crediderunt; non iis, quæ cum Chriſtianæ eſſent, nupſerunt gentilibus.* Tamdemque omnis fidelium cum infidelibus conjunctio, eccleſiæ legibus interdicta penitus & abrogata eſt, cultuſque diſparitate dirimi matrimonia cœperunt. Can. XI.

DE MINISTRIS QUI FENERANT. Miniſtros dicit, de quibus canone II. clericos inferiores: non quod his ſolis fenerare ſit vetitum, ſed quia de his hoc loco præcipi res poſtulabat. Clericos ergo fenerantes hic canon excommunicari jubet; Nicænus XVII. gradu eccleſiaſtico dejici; Eliberinus XX. utrumque: *Si quis clericus*, inquit, *detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari & abſtinere.* Can. XII.

TRADIDISSE DICUNTUR. Inde traditores eo ſæculo appellati, qui in perſecutione Diocletiani codices ſacros exurendos tradiderant, aut qui vaſa & inſtrumenta eccleſiæ, vel latentium fratrum nomina prodiderant. Quo ſpectant illa, quæ in geſtis Cirtenſibus a Pithœo editis leguntur: *Proferte ſcripturas legis, & ſi aliquid aliud hic habetis:* & prolati ſunt, *calices duo aurei, calices ſex argentei, urceola ſex argentea, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ ſeptem, &c.* Item de aliis: *Protulit codices quinque, protulit codices octo.* Et rurſus: *Monſtrate nobis lectores: ſi ubi manent non noſtis, nomina eorum dicite.* Can. XIII.

PLACUIT NOBIS. Poſt ſynodum Romanam, qua

Google

Cæcilianus purgatus eſt, Felicem Aptungenſium epiſcopum, Cæciliani ordinatorem, apud Conſtantinum accuſaverunt Donatiſtæ; *dicentes*, ut ſanctus Auguſtinus epiſtola 166. ſcribit, *eum eſſe traditorem, & ideo Cæcilianum epiſcopum eſſe non poſſe, quod a traditore fuerit ordinatus.* Ceterum cauſa juſſu Imperatoris per Ælianum proconſulem Africæ cognita, Felix a divinarum ſcripturarum proditione, quæ illi objiciebatur, innocens probatus eſt: quod & ſanctus Auguſtinus ibidem atque aliis in locis teſtatur, & ipſa quæ reſtant Æliani acta proconſularia declarant, quorum partem recitat Optatus lib. 1. ſub finem. His igitur de cauſis ſancitum eſt hoc canone, primum quidem traditores, quorum crimen non nudis verbis ab accuſatoribus jactatum, ut in cauſa Felicis, ſed ex actis publicis compertum fuerit, ex clericorum albo expungendos eſſe. Deinde ſi quis a traditore ordinatus ſit, quod in Cæcilianum falſo dixerant Donatiſtæ, huic, ſi aliud nihil obſiſtat, id fraudi eſſe non poſſe, quo minus legitima ſit ordinatio. Poſtremo propter eos qui redemptis teſtibus urgebantur, accuſatorem deinceps, niſi qui actis publicis crimen doceat, recipi nullum debere. Quod propter Ingentium adjectum videtur, qui, ut Æliani acta docent, ſubornatus fuerat, ut traditionis crimen Felici per mendacium affingeret.

Can. XIV. QUI FALSO ACCUSANT FRATRES. Ut Donatiſtæ Cæcilianum & Felicem. De his ſeverius ſtatuens ſynodus Eliberitana can. LXXV. nec in fine dandam illis eſſe communionem decreverat. Quod decretum noſtra ſic temperat, ut non ante finem, ſed in fine tamen dari permittat. Mitior poſthac rurſum Arelatenſis II. quæ exceptionem adjecit, can. XXIV. *Eos*, inquit, *qui falſo fratribus ſuis capitalia objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint.*

Can. XV. DE DIACONIBUS. Quod diaconibus offerre, id eſt ſacrificare vel Euchariſtiam conſecrare, non liceat, fidem facit canon XVIII. ſynodi Nicænæ, qui affirmat diaconos ἐξουσίαν προσφέρειν μὴ ἔχειν, *offerendi poteſtatem non habere.* Hinc ſcite Hieronymus adverſus Luciferianos de Hilario illorum diacono: *Hilarius*, ait, *cum diaconus de eccleſia receſſerit, ſoluſque, ut putat, turba ſit mundi: neque euchariſtiam conficere poteſt, epiſcopos & presbyteros non habens, neque baptiſma ſine euchariſtia tradere.* Epiphanius item univerſe pronuncians hæreſi 89. Collyridianorum diaconis in eccleſia conceſſum ſcribit, non ut myſteria ipſi perficiant, ſed ut eorum quæ perficiuntur miniſtri ſint. Καὶ γὰρ οὐδὲ διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιτετράφθαι τι μυστήριον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον διακονεῖν τὰ ἐπιτελούμενα. Quæ cum ita ſint, merito Urbanus III. in diaconum Legionenſem, qui Miſſam celebrare auſus eſſet, ſevere animadvertit cap. *Ex litteris. De non ordinato miniſtrante.*

Can. XVI. QUI PRO SUO DELICTO. Burchardus lib. 1. Ivo parte v. & libri excuſi, ac veteres etiam nonnulli, hoc membrum a ſuperioribus ſejungunt, & canonem numerant XVII. Alii optimæ notæ antiquiſſimi codices, cum proximo velut partem ejus connectunt, quibus ego libenter aſſentior: tum quia unum idemque omnibus concilii hujus canonibus eſt exordium, a quo hic ſolus diſcreparet: tum quia cum præcedentibus hæc revera cohærent, cauſamque continent, cur alterius excommunicatum nefas ſit recipere: ne videlicet epiſcopus in epiſcopum incurrat, reuſque fraternitatis, rationem in concilio reddere cogatur, ut eſt in eodem Eliberitino, canone LIII. & in ſynodi Arelatenſis II. canone VIII.

Can. XVII. DE DIACONIBUS URBICIS. Cujuſmodi ea fuerint, quæ adverſus presbyteros hac ætate ſibi arrogabant eccleſiæ Romanæ diaconi, non liquet. Hoc certum eſt, urbicorum diaconorum faſtum non ſatis hoc canone repreſſum, poſterioribus etiam ſæculis notatum atque exagitatum fuiſſe. Nam & illorum ſupercilium, ex diaconorum, ut putat, paucitate, presbyterorumque turba natum, perſtringit Hieronymus in epiſtola 85. ad Evagrium. Et quæſtionum ex utroque mixtim teſtamento, quæ apud Auguſtinum leguntur, auctor ſane vetus, & Auguſtino ipſo antiquior, quæſtione 102. Falcidium quemdam refellit, qui diaconos urbis Romæ presbyteris æquandos, aut etiam præferendos contendebat. Quamquam non in Romana tantum eccleſia, ſed in aliis ubique gentium admonendos menſuræ ſuæ, atque officii & obſervantiæ erga presbyteros, fuiſſe diaconos, docent canones ea de re paſſim editi.

DE EPISCOPIS PEREGRINIS. Polycarpo Epiſcopo Can. XIX.
Smyrnæ, cum Romam veniſſet, offerendi factam ab Aniceto Papa poteſtatem, Irenæi verbis docemur apud Euſebium lib. 5. hiſtoriæ cap. 24. ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. *Communicarunt*, inquit, *inter ſe mutuo: & in eccleſia Anicetus Polycarpo conſecrandæ euchariſtiæ poteſtatem conceſſit, ob reverentiam ſcilicet qua eum proſequebatur.* Quod Polycarpi reverentiæ id tributum ait, argumento eſt aliis concedi non conſueſſe. Quare ut omnibus deinceps peregrinis epiſcopis offerre in urbe liceat, ſanciendum patres hoc canone cenſuerunt. Concil. vero Carthag. IV. c. 33. ſtatuit ut epiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandæ eccleſiæ ad alteram eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam, invitentur.

INFRA TRES NON AUDEANT EPISCOPOS ORDI- Can. XX.
NARE. Ne a paucioribus quam a tribus epiſcopis ordinetur epiſcopus, poſtmodum etiam ſynodus Nicæna conſtituit can. IV. Statuit enim, ut ad ordinandum epiſcopum, epiſcopi omnes provinciæ, ſi fieri poteſt, ſin minus tres ſaltem, conveniant ceteris per litteras conſentientibus, καὶ τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι, *& ita ordinationem fieri.* Quam exinde legem & formam, eccleſiæ omnes amplexæ ſunt: in Gallia quidem adeo religioſe, ut in concilio Regenſi Armentarii cujuſdam, qui in eccleſia Ebredunenſi abſque trium epiſcoporum præſentia temere a duobus fuerat ordinatus, irrita atque inanis habita ſit ordinatio; ordinatoreſque ejus ab omnibus deinceps epiſcoporum ordinationibus conciliiſque excluſi. Arauſicani vero concilii patres, can. XXI. depoſitionis pœnam in præſumptores irrogant, ſi duo ſoli epiſcopum uſpiam facere auſi eſſent.

DE PRESBYTERIS ET DIACONIBUS. Quod de in- Can. XXI.
ferioribus clericis ſtatutum eſt canone II. idem nunc de presbyteris & diaconibus præcipitur, ne loca dimittant in quibus ordinati ſunt: ac deponi jubentur, qui ad alia migrarint. Quod ita nimirum intelligendum eſt, ſi nolente migrent epiſcopo: nam cum ejus permiſſu licet. Statuta eccleſiæ antiqua in concilio IV. Carthaginenſi, can. XXVII. *Inferioris gradus ſacerdotes, vel alii clerici, conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.* De iis vero, qui præter epiſcopi ſui conceſſionem in aliis locis conſiſtunt, & revocati redire nolunt, ſynodus Antiochena can. III. ſic ſtatuit: εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ κλήρου τις, καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι· ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παρακαλοῦντι μὴ ὑπακούοι. εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. *Si quis*, inquit, *presbyter aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parœciam propriam deſerens, ad aliam ſe tranſtulerit, ibique tentet quo migravit longo tempore manere: ulterius non miniſtret, maxime ſi vocanti epiſcopo ſuo, & regredi ad propriam parœciam commonenti, obedire contempſerit. Quod ſi in hac perverſitate perdurat, ab officio modis omnibus deponatur, ita ut reſtitutionis locum non habeat.*

DE IIS QUI APOSTATANT. Apoſtatis, id eſt, fidei Can. XXII.
Chriſtianæ deſertoribus, communionem in mortis periculo negandam ſtatuit, ſi ante id tempus converti & pœnitentiam agere neglexerint. Quomodo & de lapſis, qui in perſecutionis infeſtatione ſacrificiis ſe illicitis maculaſſent, in Africa ſuo tempore conſtitutum, docet ſanctus Cyprianus, epiſtola LII. ad Antonianum: *Et idcirco*, inquit, *frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis & pacis, ſi in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare*

illos, non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum. Propterea igitur communionem morientibus non dabant: quia hæc illorum pœnitentia, pœnitentiæ potius ſimulatio videbatur. Sed hoc nimirum de apoſtatis, qui ante mortis periculum non convertuntur. Nam ſi ante reſipuerint: pœnitentiam, quamdiu vivunt, agere jubentur, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratiam conſequuntur, Siricii Papæ decreto in epiſtola ad Himerium cap. III.

NOMINA EPISCOPORUM.

Pag. 166. & 167. De numero eorum qui ad ſynodum Arelatenſem convenere, incertum eſt. Ado enim Viennenſis in chronico, ſexcentorum epiſcoporum concilium vocat: qui numerus incredibilis videtur, tametſi expreſſus idem exſtat in codicibus nonnullis. Cod. Lug. *Explicunt canones quos fecerunt epiſcopi ſexcenti in civitate Arelatenſi.* Item Corb. Sanctus Auguſtinus ducentos numerat libro I. contra epiſtolam Parmeniani cap. 5. *Uſque adeo*, inquit, *dementes ſunt homines, ut ducentos judices, apud quos victi ſunt, victis litigatoribus credant eſſe poſtponendos.* Nam de ſynodi Arelatenſis judicio, quod Romano ſucceſſit, illic agi, aſſentior Cardinali Baronio. Ducentos porro interfuiſſe minus abſurdum eſt. In libris tamen antiquis, quibus uſi ſumus non paucis, nuſquam plures leguntur, quam hic a nobis repræſentati ſunt, in univerſum [a]xxcv. epiſcopi nimirum XXXIII. presbyteri [b]XVI. diaconi XXVI. lectores II. Exorciſtæ [c]V. in quibus digerendis ſecutus ſum ordinem & formam optimi antiquiſſimique codicis Corbeïenſis, in quo epiſcoporum nomina, provinciarum & civitatum nominibus præponuntur, cum in aliis, ſicut in Suriana editione, poſtponantur hoc modo: *Ex provincia Sicilia civitate Syracuſanorum, Chreſtus epiſcopus, Florus diaconus*: & ita deinceps in ceteris.

[a] Leg. LXXXVIII.
[b] Leg. XV.
[c] Leg. VII.

Pag. 166. E. Chrestus episcopus. Chreſtum vocant codices Remenſis & Metenſis, quomodo & in ſuperiori Conſtantini epiſtola legitur apud Euſebium, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. *Chreſto epiſcopo Syracuſanorum.* At in codice Corbeïenſi Creſcens appellatur, eodemque modo in epiſtola ſynodi ad Silveſtrum: ut verum nomen utrum fuerit, ambigi merito queat.

Pag. 167. A. Marinus Arelat. Qui ſuperiore anno cum aliis duobus e Gallia interfuerat ſynodo Romanæ. Nam cum a Conſtantino judices e Gallia ſibi dati precibus oblatis poſtulaſſent Donatiſtæ: *dati ſunt*, aït Optatus lib. I. *judices, Maternus ex Agrippina civitate, Rheticius ab Auguſtoduno, Marinus Arelatenſis.* Et mox ſynodi iſtius acta recitans: *Cum conſediſſent*, inquit, *Miltiades epiſcopus urbis Romæ, & Rheticius, & Maternus, & Marinus, epiſcopi Gallicani, & Merocles a Mediolano, &c.* Sed Marini præterea fit mentio in ſynodo II. Arelatenſi can. XVIII.

Ibidem. Faustinus presbyter. Fauſtini hujus nomen ſupra poſitum inter epiſcopos qui ſynodicam ſcripſerunt ad Silveſtrum, quia vices nimirum gerebat epiſcopi Arauſicani. Eamdemque ob cauſam in eadem epiſtola nominantur etiam Natalis, Probatius, & Termatius, presbyteri, qui pro epiſcopis ſuis venerant ex Hiſpania. Duo enim ad concilia venire ſolebant genera presbyterorum. Quidam cum epiſcopis ſuis, alii pro epiſcopis, eorum loco ac vice, cum epiſcopi ipſi non aderant. Illi jus ſuffragii nullum habebant: hi cum epiſcopis ſententiam dicebant, & cum iiſdem ſubſcribebant.

Pag. 167. B. Inbetausius episcopus. Sic habent codices pleríque: ſed in his nonnulli primam ſyllabam expungendam notant, ut verum epiſcopi nomen intelligatur fuiſſe Betauſius: quo ſcilicet modo in antiquis catalogis, & apud Flodoardum legitur lib. I. Hiſtoriæ Remenſis cap. 5.

Ibidem. Reticius episcopus. Judex fuit, ut dictum eſt, cum Materno & Marino in cauſa Donatiſtarum. Et quidem primo inter hos loco numeratur etiam in epiſtola Conſtantini ad Melchiadem, quam recitat Euſebius lib. 10. Hiſtoriæ cap. 5. Sanctus Auguſtinus hominem Dei vocat, & magnæ fuiſſe auctoritatis in eccleſia, ſcribit in libris contra Julianum. Sanctus Hieronymus item & beatum Rheticium appellat epiſtola 6. ad Florentium, & celeberrimæ famæ habitum in Gallia teſtatur, de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 82. ubi ejus lucubrationes commemorat, commentarios in Canticum Canticorum, & grande volumen adverſus Novatianum. Quo quidem ex volumine deprompta videri ea poſſunt, quæ Rheticii verbis laudat Auguſtinus lib. I. contra Julianum cap. II. Ex Commentariis vero in Cantica illuſtris eſt locus apud Beringerum ſcholaſticum in Apologetico.

Vocius episcopus. Pro Vocio Lugdunenſium, in vulgatis hactenus libris editus eſt, *Evotius Epiſcopus ex civitate Niveduno.* Fuit autem Nivedunus caput olim civitatis Equeſtrium ad lacum Lemanum, ubi nunc etiam Nionum oppidum priſci nominis veſtigia refert. At Nivernenſes noſtri, quia Nivedunum alterum Julii Cæſaris ſuum eſſe contendunt, Evotium quoque in epiſcoporum ſuorum elencho ſibi adſciverunt, mendoſa hujus loci lectione fruſtra deluſi. Nam Evotius in hac ſynodo nullus fuit, cum optima quæque exemplaria Vocium exhibeant, qui nono inter epiſcopos Lugdunenſes loco cathedram tenuit. Ibidem.

Mamertinus de C. Elosatium. In Mamertini nomine conſentiunt manuſcripti, non item in nomine civitatis. Quidam enim non *Eloſatium*, ſed *Toloſatium* legunt. Nos Corbeïenſem in primis codicem ſecuti ſumus, hac inter cetera conjectura nixi, quod cum Eluſa civitas ſit Aquitaniæ, Toloſa provinciæ Narbonenſis, nihil cauſæ erat cur Toloſam in hunc locum rejiceret inter civitates Galliarum, quæ diſtingui ſolebant a provincia Narbonenſi, neque ipſa hoc loco diſtinctæ ſejunctæque ſunt. Ibidem. C.

RESCRIPTUM CONSTANTINI.

Victis iterum damnatiſque in ſynodo Arelatenſi Donatiſtis, multi eorum ſchiſmate relicto cum Cæciliano in gratiam redierunt, alii obfirmata pertinacia ſynodi judicium reſpuentes, ad Imperatorem appellarunt. Auguſtinus epiſtola 68. *Unde ille*, inquit, *alterum epiſcopale judicium dedit habendum in Arelatenſi Galliæ civitate, ubi multi veſtri, varia & diabolica diſſenſione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt: alii pertinaciſſimi & litigioſiſſimi, ad eumdem Imperatorem appellarunt.* Qua de re cum relationem epiſcopi ad Conſtantinum miſiſſent, exſpectarentque quid iis auditis fieri juberet: reſcribit Imperator, ut ad proprias ſedes redeant, ſibi curæ futurum, ut cetera exſequatur. Cum igitur ad Conſtantinum Imperatorem appellatum fuiſſe conſtet ex ſynodo, atque ab epiſcopis ad eum abſentem litteras datas, ab eodemque redditas: errare fallique eos neceſſe eſt, qui Conſtantinum huic ſynodo putant interfuiſſe. Pag. 168. A.

O rabida furoris audacia. Hæc illa eſt Conſtantini adverſus Donatiſtarum appellationem deteſtatio, quam innuit Auguſtinus epiſt. 162. *Alios*, inquit, apud Arelatem judices *epiſcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipſum rurſum Imperatorem provocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodum deteſtetur audiſtis.* Eamdem verbis ipſis commemorat Optatus libro I. Sed mutilus Optati locus, in quo nulla ſynodi Arelatenſis fit mentio, nonnullos in fraudem induxit, ut appellationem Donatiſtarum, ad ſynodum Romanam referendam crederent, quæ tribuenda erat Arelatenſi. De ſynodo Romana murmuraſſe victos Donatiſtas, illam accuſaſſe ac reprehendiſſe, de illa queſtos eſſe, multis locis docet Auguſtinus: ab ea provocaſſe nuſquam proditum eſt, ſed ab Arelatenſi. Ibidem. E.

Ad comitatum meum. In comitatu deinceps cum ad Imperatoris ſententiam provocatum eſſet, auditæ ſunt partes, convenire juſſæ primum Romam, tum poſtea Mediolanum, ubi cauſa cognita, Cæcilianum innocentiſſimum, Donatiſtas improbiſſimos judicavit: ac primus in eos legem conſtituit, ut illorum loca fiſco vindicarentur, ut eſt apud ſanctum Auguſtinum epiſtola 68. 164. & aliis locis. Itaque triplici judicio Conſtantini temporibus diſcuſſa eſt cauſa Donatiſtarum: Romæ primum apud Melchiadem, deinde in ſynodo Arelatenſi, poſtremo apud Conſtantinum ipſum, a quo finita demum & terminata eſt. Quam verecunde autem cunctanterque ad eccleſia- Pag. 170. A.

Digitized by Google

ſticum judicium deſcenderit Chriſtianus Imperator, & tota epiſtolæ hujus oratio declarat, & præclare in eadem epiſtola 162. obſervat Auguſtinus: quippe qui nec delata primum ad ſe cauſa ex Africa, ejus cognitionem ſibi arrogavit, ſed eccleſiaſticos judices epiſcopos dedit: & poſtea, cum ab his male judicatum calumniarentur Donatiſtæ, non auſus eſt ipſe de judicio epiſcoporum judicaſſe, ſed alios rurſus epiſcopos judices dedit: tum denique cum ab his etiam ad ipſum provocaſſent, ita illorum ceſſit inſaniæ, cauſæque poſt epiſcopos judicium ſuſcepit, ut ab epiſcopis poſtea veniam poſtularit.

AD CONCILUM AGRIPPINENSE anni 346.

Tomo 1. pag. 631. COncilii hujus manuſcriptum exemplar nullum vidimus. Itaque Surianam editionem repræſentamus, niſi quod in nomenclatura epiſcoporum pro *Articlavo* irrepſit *a Laticlavo*, Virodunum porro, cujus antiſtes Santinus, Urbem Clavorum olim dictum fuiſſe, docet inter ceteros Berthacius presbyter, qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dadonem epiſcopum ſcripſit.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ.

EUphratam Agrippinenſium epiſcopum, quod impie de Chriſto ſentiret, Deum negans fuiſſe, vel a principio exſtitiſſe, quinque jam epiſcopi ſententiis ſuis confixerant. Nunc iterum a XXIV. epiſcoporum ſynodo damnatus, epiſcopatu dejicitur. Et idem tamen anno inſequente, ut in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes narrat Athanaſius, cum Vincentio epiſcopo Capuæ, a ſynodo Sardicenſi legatus Antiochiam miſſus eſt ad Conſtantium Imp. ut exſulibus epiſcopis reditum impetraret. Quæ res Baronium cardinalem ſic commovit, ut ſynodum Agrippinenſem vel ſalſam omnino fictitiamque judicarit, vel poſt Sardicenſis tempora rejiciendam, ne Euphratæ recentis judicii infamia notato tam honorifica legatio, quamlibet reſipiſcenti, decreta credatur. Mihi vero cauſæ nihil videtur, cur fictam ſuſpicemur, cui enim bono? Ne laborandum quidem, ut ſerius habitam dicamus, & præfixi conſulatus titulum contra veterum exemplarium auctoritatem interpolemus. Cum abſurdi nihil ſit, Euphratam, præſertim ſi reſipuerat, ad eam legationem fuiſſe delectum; aut ſi adhuc in errore verſabatur, alias tamen ob cauſas neceſſariam ejus in ea re operam viſam eſſe.

CONSTANTIS AUG. In diviſione Imperii paterni, quæ mortuo Conſtantino magno inter ejus filios facta eſt, Gallia cum ceteris trans Alpes obtigerat Conſtantino juniori filiorum maximo. Cui quarto poſt anno diem functo ſucceſſit Conſtans frater, qui in Italia jam regnabat. Conſtantis ergo potius nomine, quia is Gallias tum obtinebat, prænotandam ſynodum duxi, quam Conſtantii: quia Conſtantius ante Conſtantis obitum in Gallia juris nihil habuit.

Pag. 631. D. CUM CONSED. EPISCOPI. Qui hoc loco recenſentur epiſcopi, iidem omnes, Panchario & Sanctino exceptis, ſynodo Sardicenſi cum aliis e Gallia duodecim adfuerunt, ejuſque ſynodicæ, quæ apud Athanaſium in apologia II. legitur, ſubſcripſerunt. Triginta enim & quatuor e Gallia ſubſcripſiſſe dicuntur hoc ordine.

Μαξιμιανός.	id eſt, Maximianus a Treviris.
Βηρίσιμος.	Veriſſimus a Lugduno.
Βίκτωρος.	Victor a Vangionibus.
Βαλεντῖνος.	Valentinus ab Arelato.
Δισιδέριος.	Deſiderius a Lingonibus.
Εὐλόγιος.	Eulogius ab Ambianis.
Σερβάτιος.	Servatius a Tungris.
Δυσκόλιος.	Dyſcolius a Remis.
Σουπερίωρ.	Superior a Nerviis.
Μερκούριος.	Mercurius a Sueſſionibus.
Διοπετός.	Diopetus ab Aurelianis.
Εὐσέβιος.	Euſebius a Rotomago.
Σεβηρῖνος.	Severinus a Senonibus.
Σάτυρος.	Satyrus.
Μάρτινος.	Martinus a Moguntiaco.
Παῦλος.	Paulus.
Ὀπτατιανός.	Optatianus a Tricaſſibus.
Νικάσιος.	Nicaſius.
Βίκτωρ.	Victor a Mediomatricibus.
Σεμπρώνιος.	Sempronius.
Βαλερῖνος.	Valerianus ab Autiſſodoro.
Πάκατος.	Pacatus.
Ἰεσσῆς.	Jeſſes a Nemetibus.
Ἀρίστων.	Ariſton.
Σιμπλίκιος.	Simplicius ab Auguſtoduno.
Μετιανός.	Metianus.
Ἄμαντος.	Amandus ab Argentorato.
Αἰμιλιανός.	Æmilianus.
Ἰουστινιανός.	Juſtinianus ab Argentorato.
Βικτωρῖνος.	Victorinus a Pariſiis.
Σατορνῖνος.	Saturninus.
Ἀβουνδάντιος.	Abundantius.
Δωνατιανός.	Donatianus a Cabillono.
Μάξιμος.	Maximus.

Quo tanto ex numero unicus in altera ejuſdem ſynodi ad Julium Papam epiſtola ſubſcripſiſſe reperitur. *Veriſſimus a Gallia de Lugduno.*

SANCTINO A LATICLAVO. Verodunenſium epiſcopo. Ibidem. Editio Suriana *Sanctino Articlavo* legit. Haingerus de geſtis pontificum Tungrenſium. *Sanctino Articlavorum.* Certum eſt Virodunenſium antiſtitem deſignari. Nam & Sanctinus Virodunenſis epiſcopus fuit, & Virodunum olim urbs Clavorum dicta, ut docet inter ceteros Bercharius presbyter, qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dodonem epiſcopum ſcripſit.

AUDIENTE ATHANASIO. Ante annos nimirum decem, cum exſulatum miſſus in Gallias Athanaſius anno Chriſti CCCXXXVI. Treviris a Maximino epiſcopo, ut Hieronymus in Chronico ſcribit, honorifice ſuſceptus eſt, ibique annum integrum verſatus. Tum enim Servatio licuit, Euphratæ palam, audiente Athanaſio, ſæpius obſiſtere. Pag. 634. C. Severinus Binius, vir doctus & diligens, ad annum potius CCCLI. hæc referenda cenſet, cum Servatius & Maximinus epiſcopi a Magnentio legati ad Conſtantium miſſi, Alexandriæ apud Athanaſium diverſati ſunt; hoc maxime, ut ita ſentiat, ductus argumento, quod anno CCCXXXVI. cum Treviris exſulabat Athanaſius, nondum Gallis innotuerat nomen Photini, a quo errorem hauſiſſe putat Euphratam. Unde ſynodum quoque Agrippinenſem, in qua damnatus ſit Euphratas, ante annum CCCLI. celebrari non potuiſſe contendit. Sed horum, ut opinor, nihil eſt quod perſuadeat. Alioquin docendum erat, Euphratam cum Servatio Alexandriæ tum fuiſſe, ut ab eo poſſet coram Athanaſio redargui. Euphratam vero a Photino didiciſſe nemo eſt qui tradat, nemo qui probare queat, tametſi conſimilia docuerit. Potuit enim vel a Paulianiſtis, quorum eadem fuit hæreſis, doceri, vel ipſemet ſine auctore comminiſci: ſicut Leporium monachum eadem in Gallia dixiſſe, quæ Neſtorius poſtea docuit, auctor eſt Facundus Hermianenſis lib. I. de tribus capitulis ad Juſtinianum.

AD CONCILIUM PARISIENSE anni 360.

Tomo 1. pag. 717. HAnc (*ſynodicam Concilii*) primus in lucem protulit Nic. Faber cum reliquis fragmentis Hilarii, ex chartaceo, ut ipſe præfatus eſt, libro non antiquo. Nos etſi eorumdem fragmentorum pervetus aliud exemplar nacti ſumus in Bibliotheca S. Remigii Remenſis, perpauca tamen in hac præſertim epiſtola ſuppeditavit, quæ a Fabri editione diſcreparent.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ.

REcte judicavit qui primus hanc epiſtolam cum ceteris Hilarii fragmentis in lucem dedit Nicolaus Fa-

ber, hoc unum ex iis conciliis videri, quæ ſanctus Hilarius, poſtquam ab exſilio rediit in Gallias, frequentia coëgit, ut cunctos ab Ariminenſis ſynodi perfidia revocaret. *Dubius animi*, ait Sulpitius Severus libro II. ſacræ hiſtoriæ, *& magna curarum mole æſtuans, cum pleriſque videretur, non ineundam cum his communionem, qui Ariminenſem ſynodum recepiſſent, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere epiſcopis de errore profitentibus, apud Ariminum geſta condemnant, & in ſtatum priſtinum eccleſiarum fidem reformant. Reſiſtebat ſacris conſiliis Saturninus Arelatenſis epiſcopus, vir ſane peſſimus, & ingenio malo pravoque. Verum etiam, præter hæreſis infamiam, multis atque nefandis criminibus convictus, eccleſia ejectus eſt.* Hac enim epiſtola, quæ ſola reſtat ex actis concilii, fidem ſuam adverſus Arianorum profeſſionem explicant epiſcopi Gallicani, & ab iis, quæ perperam apud Ariminum geſta ſunt, reſilire ſe, ac perfidiæ illius auctores excommunicatos habere, tum Saturninum etiam ab eccleſia ejeciſſe, ſignificant.

Pag. 719. A. ARIMINI AUT NICÆÆ. Nicæam dicit non Bithyniæ urbem, ſed alteram Thraciæ, quæ Nica potius, id eſt, Νίκη vocabatur, ubi vis primum legatis illata eſt. Nam cum in concilio Ariminenſi diſſidio partium actum nihil eſſet, hæreticis numero licet imparibus, orthodoxorum integræ fidei ſubſcribere abnuentibus, & his curſum Sirmienſem illorum perfidiam, quam proponebant, accuſantibus: viſum tamdem catholicis epiſcopis, decem legatos ad Conſtantium Imp. mittere cum fidei ſuæ formula, & litteris quibus miſſionem, reditumque in ſedes ſuas poſtulabant: miſſique ſunt pari numero itidem ab Arianis. Verum ab his occupatus Conſtantius, catholicæ partis legatos non ſuſcepit: ſed cum epiſcopis qui aderant, apud Nicæam Thraciæ convenire juſſit, ubi longa dilatione fatigati, & minis Imperatoris perterriti, perfidiæ, quam ante damnarant, ſubſcribere coacti ſunt. Quæ per vim in Thracia geſta, τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ κατὰ βίαν πραχθέντα, vocat Athanaſius in epiſtola ad Africanos. Exſtant in fragmentis Hilarii geſta, ubi prævaricati ſunt legati a fide vera, & Urſacii ac Valentis, ſociorumque profeſſioni conſenſere, quorum hoc eſt initium: EUSEBIO ET HYPATIO COSS. VI. IDUS OCTOBRIS. *Dum conſediſſent epiſcopi manſionis Nicææ, quæ antehac Uſtodizo vocabatur, in provincia Thraciæ, Reſtitutus, Gregorius, Honoratus, Artemius*, &c. Dimiſſis vero poſt hæc legatis, & Ariminum reverſis, cum præfecto mandatum eſſet a Conſtantio, ut ſynodum non ante laxaret, quam eidem fidei conſentire ſe omnes ſuis ſubſcriptionibus profiterentur: pleriſque, ut Severus docet, partim tædio peregrinationis, partim animi imbecillitate cedentibus, etiam qui conſtantiſſimi fuerant, ut Phœbadius Aginnenſis, & Servatius Tungrenſis, Arianorum dolo in fraudem ſunt impulſi.

Ibidem. SUB AUCTORITATE VESTRI NOM. Orientalium epiſcoporum, quorum auctoritas ad fallendos Occidentales obtendebatur. Sulpitius Severus lib. II. *Namque Valens & Urſacius, affirmantes præſentem fidem catholica ratione conceptam, ab Orientalibus Imperatore auctore prolatam, cum periculo repudiari, aut quis diſcordiarum finis, ſi quæ orientalibus placuiſſet, occidentalibus diſpliceret!* Quamquam hæc falſo jactabant, orientalibus univerſim tribuentes, quod a ſolis hæreticis prodierat.

Ibidem. AD USIÆ SILENTIUM COACTI SUNT. In formula enim fidei apud Nicam Thraciæ concepta, uſiæ id eſt ſubſtantiæ nominis ſilentium indictum eſt: quod in fragmentis Hilarianis innuit epiſtola ſynodi Ariminenſis nomine a perfidis epiſcopis ad Conſtantium ſcripta, cum ab eo cautum gratulantur: *Ne quis uſiæ vel homouſii nomina eccleſiæ Dei ignota aliquando nominet, quod ſcandalum inter fratres facere ſolet.* Et in formulæ ipſius exemplo, quod apud Theodoretum legitur, lib. II. hiſtoriæ, cap. XXI. hoc inter cetera caput adjectum eſt. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ἐντεθῆ ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς, σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς μὴ ἐμφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι. *Uſiæ*, inquit, *nomen, quod ſimpliciter a patribus inditum, a populis vero ignoratum offendiculo erat, quia in ſcripturis nuſquam exſtat, tolli placuit, uſiæque de cetero nullam prorſus mentionem fieri.* Callide nimirum in uſiæ ſilentio id agebant Ariani, ut qui hanc formulam admitterent, ὁμοούσιον, id eſt, unius cum Patre ſubſtantiæ Filium negare viderentur. Sulpitius Severus. *Namque uſiæ verbum*, inquit, *tamquam ambiguum & temere a patribus uſurpatum, neque ex auctoritate ſcripturarum profectum, ſub ſpecie falſæ rationis abolebat, ne unius cum Patre ſubſtantiæ crederetur.* Quare agnita fraude merito illam poſtea Gallicani epiſcopi, ut Orientales, repudiarunt.

QUI ARIMINO CONST. REVERTERUNT. Arianorum duces peracta & ſoluta ſynodo Ariminenſi. Sulpitius Severus. *Igitur Ariani, rebus nimirum proſpere & ſecundum vota fluentibus, Conſtantinopolim ad Imperatorem concurrunt. Ibi repertos Seleucienſis ſynodi legatos vi regia compellunt exemplo Occidentalium pravam illam fidem recipere. Plerique abnuentes, injurioſa cuſtodia ac fame vexati, captivam conſcientiam dedere. Multi conſtantius renitentes, adempto epiſcopatu in exſilium detruſi, atque in eorum locum alii dati.* Quibus ex verbis liquet, quoſnam ipſi ſacerdotes apoſtatas dicant in exſulum loca ſubſtitutos. Nonnulla etiam in ceteris huic loco lux additur, corrupto alioqui ac depravato, etiam in pervetuſto probæque notæ eorumdem fragmentorum codice, quo ex ſancti Remigii apud Remos bibliotheca uſi ſumus. Pag. 730. A.

HILARIUS NUNCIAVERIT. Quippe qui horum teſtis oculatus Conſtantinopoli tum aderat, & cum adverſariis congredi, ſi conceſſum fuiſſet, labentique fidei ſubvenire magnopere cupiebat. Sulpitius idem Severus. *Aderat ibi tum Hilarius a Seleucia legatos ſecutus. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis Orientales per ſcelus vinci tribus libellis publice datis audientiam regis popoſcit, ut de fide coram adverſariis diſceptaret. Id vero Ariani maximopere abnuere.* Ibidem.

AUXENTIUM ET URSACIUM. Per hos in primis Arianæ perfidiæ fautores ac patronos, res Arimini & Nicæ in Thracia turbatæ. Iidem omnes, præter Auxentium Mediolanenſem, inter Arianorum legatos numerati, Urſacius Singiduni in Mœſia, Valens Marſæ in Pannonia, Gaius e Pannonia item epiſcopus. De Megaſio & Juſtino, quibus in locis epiſcopi fuerint, proditum non eſt. Ibidem. B.

SATURNINUM. Arelatenſium epiſcopum, cujus dolo Hilarius e ſynodo Biterrenſi actus fuerat in exſilium. Cum hoc autem, de Galliarum epiſcopis, ut Severus teſtatur, Paternus etiam a Petrocoriis, hæreſis cauſa ſacerdotio pulſus eſt, ceteris venia data. Ibidem. C.

IN CONCILIUM VALENTINUM.

Anoo Chriſti CCCLXXIV. celebratum.

DIſcidii cauſa, quod in eccleſia Valentina exortum erat, convocatum ad res componendas hoc concilium fuiſſe præfatio declarat. Qua de re autem diſcidium id fuerit, aut unde natum, incertum eſt. Ceterum epiſcoporum in ſynodis mos fuit, ut re peracta, cujus potiſſimum gratia convenerant, de ceteris deinceps, ſi qua alia conſtitui vel renovari neceſſitas poſceret, canones promulgarent. Hoc a ſe in hac ſynodo præſtitum epiſcopi docent, docueruntque in ſynodica ſua ad Silveſtrum Arelatenſes: idemque in aliis fere omnibus conciliis tum Græcis, tum Latinis obſervare eſt. Tomo 1. pag. 775.

PER GALLIAS ET QUINQUE PROVINCIAS. Quinque provinciæ hoc loco ſunt eæ, quæ vetere Narbonenſi provincia continebantur, Viennenſis nimirum, Narbonenſis I. Narbonenſis II. Alpes maritimæ, Alpes Graiæ & Penninæ. Galliarum vero nomine ceteræ intelliguntur quæ in Aquitania, Celtica, Belgica. Ex his omnibus ad concilium Valentinum diverſi epiſcopi convenerant, ut Fœgadius, ſeu Phœbadius, Aginnenſis ex Aquitania; Juſtus Lugdunenſis e Celtica, Britto Trevirenſis e Belgica; Florentius Viennenſis, & Concordius Arelatenſis, Ibidem. B.

& alii,

& alii, e quinque provincia Narbonenſem quidem provinciam, Julii Cæſaris exemplo a Gallia diſtinguere, ſolemne olim fuit. Unde & in concilio Arelatenſi primum epiſcopos ejus provinciæ nominatos vidimus, tum alios de Gallia. Quandocumque autem quinque provinciarum nomen cum Galliarum nomine copulatur, ut hoc loco, in epiſtola Maximi Imp. ad Siricium, & in ſynodo Taurinenſi: de his quinque, quas dixi, accipiendum eſt.

CANONES.

Can. I. DE DIGAMIS AUT INTERNUPT. MARITIS. Ordinari digamos alii quoque, juxta interdictum Apoſtoli, paſſim vetant canones Gallicani: ut Arauſicanus xxv. Andegavenſis xi. Agathenſis I. Epaonenſis II. ſynodi III. Arelatenſis III. ſynodi Aurelianenſis VI. & alii. Ceterum iſti omnes, quod hic noſter de clericis univerſim ſtatuere videtur, de ſolis presbyteris, diaconiſque interdicunt: ita ut digamos in clericum recipi, ſed non ultra ſubdiaconatum promoveri permittant. Digamorum ergo in numero habendus quiſquis iterato conjugio vel alteram ipſe uxorem habet, vel uxor alterum virum: hoc eſt, qui viduam vel renuptam duxit. Cujus eccleſiaſtici juris non ignarus Joſephus, nobilis ille comes a Tiberiade, qui Conſtantini temporibus vixit, cum timeret ne per vim ab Arianis epiſcopus fieret, ſecundis ſe nuptiis illigavit. Quod Epiphanius ex ejus ore auditum refert hæreſi xxx. *ὑπισχνοῦντο, εἰ δέοι, καὶ ἐπισκοπῆς αὐτὸν καταξιοῦν. ὁ δὲ ἔφασκε, τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικί, ὅπως ἐλευθερώσῃ ἑαυτὸν τῆς χειροτονίας. Promittebant*, inquit, *illi, vel ſi neceſſe foret, epiſcopatum daturos. At ille propterea ſe alteram uxorem duxiſſe aiebat, quo ſe ab iſta manuum impoſitione liberaret.* Et de Chelidonio epiſcopo in Hilarii Arelatenſis vita ſcriptum eſt, e duobus capitibus, quorum cauſa ex ſynodi ſententia dejectus eſt alterum hoc fuiſſe, quod internuptam ſuo adhibuiſſet conſortio: ſive, ut Leo Magnus de eodem agens epiſtola LXXXIX. loquitur, quod tamquam viduæ maritus ſacerdotium tenere non poſſet. Tertullianus de exhortatione caſtitatis: *Inde apud nos præſcribitur, unius matrimonii eſſe oportere qui alleguntur in ordinem ſacerdotalem. Uſque adeo quoſdam memini digamos loco dejectos.*

UTRUMNE INITIATI SACRAM. Ad digamiæ quæſtionem quæ a cleri gradibus arceat, nihil referre aït, utrum ante baptiſmum contracta ſit, an poſt baptiſmum. Quod propter illos dictum, qui matrimonia ante ſuſceptum baptiſmum inita, non computanda cenſebant; non intelligentes videlicet, in baptiſmo peccata dimitti, non uxorum numerum aboleri, ut præclare contra illos diſputat Innocentius Papa, tum in epiſtola I. ad Victricium, tum maxime in XXII. ad epiſcopos Macedoniæ. Sed illorum tamen errori favet canon Apoſtolorum *XVII. ejuſque interpretes Græci: digamos enim a ſacris ordinibus excludit, eos dumtaxat, qui poſt baptiſmum facti ſint.

* al. XVI.

Can. II. DE PUELLIS QUÆ SE DEO VOVERINT. Quæ Deo ſe voverant puellæ, devotæ, & ſacræ ſeu ſacratæ virgines vocabantur: quibus titulis ornantur ſæpe, tum in canonibus, tum in monimentis Chriſtianorum antiquis. Has, ſi mutato propoſito virginitatis ſponte poſtea nupſerint, non ſtatim ad pœnitentiam recipi vult canon, & cum receptæ fuerint, diutius earum communionem differri. Quibus affinia ſunt, quæ ſynodus II. Arelatenſis can. LII. præſcribit, niſi quod de iis tantum ſtatuit quæ poſt XXV. annum ætatis ad terrenas nuptias tranſierint.

Can. III. VEL PROF. SACRIFICIIS, VEL INC. LAVATIONE. Parem pœnam in lapſos decernit, qui idolis ſacrificarint, & in eos qui ſe iterum baptizandos præbuerint: nimirum ut ad diem uſque mortis pœnitentiam agant, ac tum etiam reconciliatione careant. Hæc enim canonis ſententia videtur; ſevera prorſus, &, quod ejus auctores non diſſimulant, a ſynodi Nicænæ decretis aliena. Synodus enim Nicæna lapſorum pœnitentiam certo annorum numero definivit can. XI. & XII. eiſque, ſi morte interciperentur, communionis viaticum dari juſſit can. XIII. Nec diſſimilis olim Cypriani, ut multæ ejus epiſtolæ teſtantur, & ſynodi Africanæ ſententia fuerat, cum ſtatuerunt eos diu pœnitentiam plenam agere; ac, ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub ictu mortis accipere. Baſilius vero ad Amphilochium can. LXXIII. *τοὺς Χριστὸν ἀρνησαμένους*, id eſt qui Chriſtum negarunt, & Siricius ad Himerium cap. III. apoſtatis qui reſipiſcunt, pœnitentiam quidem, quamdiu vivunt, agendam, ſed reconciliationis gratiam in fine tribuendam, *τῶν ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι* decreverunt. De iis porro, qui ad iterationem baptiſmi ſe dedunt, ſi quidem epiſcopi, presbyteri, vel diaconi fuerint, ſimiliter ſancitum eſt in ſynodo Romana Felicis III. ut uſque ad exitus ſui diem in pœnitentia jaceant, communionem laïcam in morte recepturi: in alios pro cujuſque gradu vel ætate levius animadverſum.

MORTALI CRIMINE D. SE ESSE POLLUTOS. Quia ſacrorum miniſtros immunes ac liberos eſſe oportet, non ſolum a crimine, verum etiam a criminis ſuſpicione: propterea ſtatuit hoc loco ſynodus, ab ordinatione ſubmovendos omnes eſſe, quicumque in ſeipſos ſeu vera ſeu falſa crimina dixerint. Mortalia ergo ſeu capitalia crimina intelliguntur, homicidium, adulterium, & alia hujuſmodi, quæ a ſacris honoribus excludunt promovendos, & dejiciunt promotos. De quibus interpretandus eſt etiam Nicænus canon IX. qui eos non admittit, qui peccata ſua, *τὰ ἡμαρτημένα*, confeſſi, contra eccleſiæ tamen regulam ſunt promoti. Can. IV.

EGO FLORENTIUS. Viennenſium epiſcopum facit vetus codex ſancti Remigii Remenſis, ex quo hæ ſubſcriptiones depromptæ ſunt. Quod ſi verum eſt, perturbatum dici neceſſe eſt ordinem epiſcoporum Viennenſium in Chronico Adonis, ubi Florentius epiſcopus multo ante hæc tempora collocatur. Sed confuſum ibi ac perverſum eſſe, antea quoque animadvertere licuit, cum ſynodo Arelatenſi pro Vero epiſcopo Claudium interfuiſſe falſo narrat. Pag. 796. D.

EGO CONCORDIUS. Epiſcopus Arelatenſis, de quo mox in epiſtola ſequenti. Hujus epitaphium in arca marmorea inciſum Arelate viſitur ad ſanctum Honoratum his verbis: Pag. 797. G.

Integer atque pius, & vita & corpore purus,
Æterno hic poſitus vivit Concordius ævo:

& quæ ſequuntur de ejus epiſcopatu, & immatura morte. Prætermittunt miror ſumus in vulgatis indicibus epiſcoporum Arelatenſium, cum exſtet in manuſcriptis.

EPISTOLA EJUSDEM CONCILII. Acceptus cum ad honorem epiſcopatus a Forojulienſibus in Provincia II. poſceretur, rejiciendi honoris gratia quædam in ſeipſum dixerat: quæ tametſi falſo dicta crederentur, negat tamen ſynodus, propter ea quæ de ſubmovendis ejuſmodi ordinationibus cap. IV. ſanxerat, aſſentiri ſe poſſe, ut Acceptus, vir alioqui ſanctus, & illo gradu non indignus, ad epiſcopatum provehatur. Accepti porro modeſtiæ crebra illo ſæculo & in aliis exempla fuere. ſed illuſtre quod ſanctus Ambroſius hoc ipſo anno edidit: cum falſis de ſe ſuſpicionibus, ut Paulinus in ejus vita commemorat, Mediolanenſem cathedram, quæ ingerebatur, amoliri conatus eſt. Adeo tunc honores ſacri, qui tanto nunc ambitu a pleriſque appetuntur, omni ope atque induſtria rejiciebantur. Pag. 798. A.

IN EPISTOLAM CONCILII AQUILEIENSIS, anni CCCLXXXI.

AD concilium hoc convenerant ex Gallia legati, non ſolum trium iſtarum provinciarum; Viennenſis, inquam, & utriuſque Narbonenſis, ſed etiam aliarum, ut Lugdunenſis. Quia Juſtus Lugdunenſium, ut omnes conſentiunt, epiſcopus, legatus Gallorum diſerte in actis concilii nuncupatur: & in epiſtola iſta duo dumtaxat illarum provinciarum legati memorantur, Conſtantius Arauſicus, & Proculus Maſſilienſis. Quare alteram huic conſimilem Juſto redeunti datam veriſimile eſt ad eas provincias, quarum vices in hoc concilio ſuſtinuerat. Tomo 1. pag. 235. B.

AD CONCILIUM TAURINENSE.

Tomo 1. pag. 71. ANno Chriſti CCCXCVII. adſcribendum cenſuit Baronius: Septembrem vero menſem deſignat ſynodi præfatio. Verum ex Zoſimi Papæ epiſtola ſecunda, & altera ejuſdem ad Africanos, conſtat, quo tempore habita eſt ſynodus Taurinenſis, Briccium apud Turonos epiſcopum fuiſſe. Habita ergo eſt poſt mortem S. Martini, cui Briccius ſucceſſit. At Martinus veterum conſenſu menſe Septembri CCCXCVII. nondum e vivis exceſſerat. Quare hic annus ſynodo non congruit. Quod ſi eos audimus, qui Martini obitum in annum Chriſti CCCC. vel longius etiam rejiciunt, ſynodi pariter epocham differri oportebit.

Qui Felici communicant. De quo dictum in ſynodo Treverenſi. Male autem in vulgatis, *Qui Felici non communicant.* Abeſt enim a manuſcriptis negatio, & abeſſe debere res docet.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ.

PRovincialem Gallicanorum epiſcoporum ſynodum male, ut reor, nominat Hincmarus Remenſis adverſus Laudunenſem cap. xx. Neque enim a Gallicanis epiſcopis, tametſi adfuiſſe aliquos fatendum eſt, ſed horum poſtulatione, ut præfatio ipſa docet, ad componendas eorum de variis negotiis controverſias, ab Italiæ potiſſimum epiſcopis celebrata eſt apud Auguſtam Taurinorum in ſubalpinis. Taurinenſem itaque ſynodum vocat Zoſimus epiſtola VI. & VII. Taurinæam Regenſis can. 1. & Arauſicana can. XXIV. Taurinatenſem alii: nonnulli etiam, ſed inepte ut videtur, Tauritanam. Quidam codices epiſcopos in ea fuiſſe adnotant numero XX. Dies quoque deſignatur x. Kalendas Octobres, ſed de anno nihil compertum eſt. Hoc ſane liquet, in annum Chriſti CCCXCVII. qui ex Baronii ſententia titulo eſt adfixus, conjici non poſſe. Nam ex Zoſimi epiſtola VI. & altera ejuſdem ad Africanos conſtat, quo tempore habita eſt ſynodus Taurinenſis, Briccium apud Turones epiſcopum fuiſſe. Habita ergo eſt poſt mortem ſancti Martini, cui Briccius ſucceſſit. At Martinus omnium veterum conſenſu menſe Septembri anni CCCXCVII. nondum e vivis exceſſerat. Quare hic annus ſynodo non congruit. Quod ſi eos audiamus, qui Martini obitum in annum CCCC. vel longius etiam rejiciunt, ſynodi pariter epocham differri oportebit.

Can. I. PROCULUS MASSILIENSIS. Jam notus eſt Proculus Maſſilienſium epiſcopus ex concilio Aquileienſi, cui Gallorum legatus interfuit: ſanctus idem & doctiſſimus Pontifex Hieronymo dictus in epiſtola IV. ad Ruſticum. Huic nunc, quamvis alterius provinciæ, id eſt, Viennenſis, epiſcopo ſingulari, privilegio indulget ſynodus, ut metropolitani jure præſit provinciæ II. Narbonenſi, cujus eccleſias vel parochias ſuas fuiſſe aſſerebat, vel epiſcopos a ſe in eiſdem eccleſiis ordinatos. Quod Proculi privilegium, tamquam ſubreptum & emendicatum, improbavit poſtea Zoſimus, ut ex ejus epiſtolis pateſit. Ceterum vel hic locus oſtendit, Aquenſis civitatis epiſcopum, licet civitas ipſa jure civili metropolis eſſet, provinciæ II. Narbonenſis, ac titulo metropolis ornetur in Notitia civitatum Galliæ, nondum tamen hoc tempore metropolitani jura obtinuiſſe inter epiſcopos. Quod ipſum intelligere eſt de Ebreduno & Tarentaſia in Alpinis provinciis. Sero enim & harum antiſtites metropolitanorum honorem nomenque adepti ſunt. Sed de his alias.

Can. II. ARELATENSIS ET VIENNENSIS. Arelate in Viennenſi olim provincia cenſebatur, quod declarat elenchus epiſcoporum concilii Arelatenſis: *Marinus epiſcopus de civitate Arelatenſium, provincia Viennenſi:* & Notitia imperii occidentalis, ubi procuratores cynegiorum enumerantur ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum: *Procurator cynegii Arelatenſis, provinciæ Viennenſis.* Nec dubium quin totius provinciæ metropolis tum fuerit civitas Vienna, quæ ſola omnium ejus provinciæ civitatum metropolis nomen gerit in Notitia. Arelate tamen variis, principum beneficio, jam inde a Conſtantini temporibus, a quo Conſtantina cognominata eſt, aucta incrementis & ornata privilegiis (unde & Gallulæ illi Romæ nomen inditum ab Auſonio, ab eodemque Arelate in clararum urbium catalogo, ſecundo intra Gallicanas poſt Treviros loco poſita) de metropolis nomine auſa eſt cum Vienna contendere, & Arelatenſis epiſcopus honorem primatus intra provinciam affectare. Re igitur ad concilii Taurinenſis judicium ab utriuſque urbis epiſcopis delata, definitum eſt a ſynodo, ut qui ſuam civitatem probaret eſſe metropolim, is primatus honorem obtineret: aut certe, ut bono pacis provinciam, ſi vellent, inter ſe dividerent, & proximas ſibi uterque civitates metropolitani jure vindicaret. Quod poſterius ſummis Pontificibus poſtea placuit, neque ipſa perfectum eſt. Nec enim hoc ſynodi judicio controverſia ſtetit: ſed crebris rurſum contentionibus ſæpe renovata, vix tandem poſt annos ſupra centum Symmachi Papæ auctoritate ſedata eſt.

DE ORDINATIONE SACERDOTUM. Epiſcoporum. Can. III. Delatis ad ſe quatuor epiſcopis, qui illicita quædam circa epiſcoporum ordinationem uſurparant, ita indulget ſynodus, ut deinceps abſtinere jubeat: quam ſententiam in alios etiam cadere vult, qui eadem perpetrarint. Pœnam autem ejuſmodi ordinationibus in poſterum ſtatuit: ordinatis quidem, epiſcopatus privationem; ordinatoribus vero, ut ordinationibus de cetero conciliiſque non interſint.

REMIGIUM. Codex Remenſis *Remedium:* quod idem eſt. Nomina duo hæc promiſcue in iiſdem uſurpari, multis alibi exemplis deprehendimus. Remedius porro, quamquam ejus ſedes perinde ac ſociorum ignota eſt, is videtur, de quo Proſper in chronico Pithœano: *Proculus Maſſilienſis epiſcopus clarus habetur, quo annuente magna de ſuſpecto adulterio Remedii epiſcopi quæſtio agitatur.* Omnes, ni fallor, ſecundæ Narbonenſis epiſcopi fuerunt.

DE PALLADIO LAICO. Conquerebatur, ut apparet, Can. IV. Palladius de ſententia in ipſum a Triſerio epiſcopo lata: quia crimen objectum presbytero probare videlicet non potuerat. Confirmat ſententiam ſynodus, hoc in Palladii gratiam indulto, ut in poteſtate ſit Triſerii eam relaxare cum voluerit.

DE EXUPERANTIO PRESBYTERO. Confirmat Tri- Can. V. ſerii ejuſdem ſententiam alteram in Exuperantium presbyterum contumelioſum: ita ut in excommunicatione inflicta maneat presbyter, quoad vel ipſe epiſcopo ſatisfecerit, vel epiſcopo illum reſtituere viſum fuerit.

QUI FELICI COMMUNICANT. Epiſcopo Trevirenſi, Can. VI. viro alias ſanctiſſimo: ſed qui ab Ithacianæ partis epiſcopis ordinatus, eorum communioni mordicus adhæſit. Ab Ithacianis porro, quod contra eccleſiæ diſciplinam agere viderentur, optimi quinque antiſtites abſtinebant. Quod de ſeipſo teſtatur ſanctus Ambroſius, de ſua ad Maximum apud Treviros legatione ſcribens epiſtola LVI. *Poſtea,* inquit, *cum videret me abſtinere ab epiſcopis qui communicabant ei, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant, commotus ab eis juſſit me ſine mora regredi.* Et de ſancto Martino narrat Severus, ut ante dictum eſt, cum inflecti ſe paſſus eſſet, ut Felicis ordinationi præſentiam ſuam commodaret, facti eum mox graviter pœnituiſſe. Perſtitere tamen intra Gallias, etiam poſt Ithacii exauctorationem, Ithacianæ reliquiæ, Felice epiſcopo duce. Cui communicantes epiſcopi cum legatos ad ſynodum miſiſſent, decretum eſt juxta Siricii & Ambroſii litteras, quæ non extant, Felicianæ communionis epiſcopos, niſi ab eo ſe ſubduxerint, ad pacis conſortium non admitti. Quare ſynodum Felice ſuperſtite habitam fuiſſe conſtat.

UT CLERICUM ALTERIUS. De alienis clericis duo Can. VII. vetat, quæ in canonibus crebro inculcantur. Ne quis epiſcopus illos ſuſcipiat, vel ordinet in ſua eccleſia, & ne abjectos in communionem recipiat. Quorum alterum in ſynodo Nicæna canone XVI. eſt interdictum: alterum tum in eadem Nicæna can. v. tum in Sardicenſi canone item XVI.

HI VERO QUI CONTRA INTERDICTUM. Nihil hic Can. VIII. ſtatuit ſynodus in futurum, ſed contra canones admiſſa caſtigat. Eos ergo qui contra interdictum, verbi gratia,

ex bigamis ordinati fuerant (de quibus ſynodo Valentinæ, cum bigamos ordinari vetaret, nihil revolui placuerat) hac pœna multat, ut ad gradum ulteriorem non provehantur. Paremque pœnam in eos decernit, qui filios in miniſterio, id eſt, jam ordinati, genuerunt. Quam canonis partem amplexa & ſecuta eſt ſynodus Arauſicana, can. XXIV.

IN EPISTOLAS ALIQUOT INNOCENTII PAPÆ I.

I.

In epiſtolam ad Victricium.

Tomo 2. pag. 777. A. SAncti Victricii Rotomagenſis epiſcopi & confeſſoris Chriſti egregias admirandaſque virtutes & merita brevi compendio explicat, qui Victricium olim Viennæ apud ſanctum Martinum viderat, Paulinus Nolanus, duabus ad eumdem epiſtolis, ſed præcipue XXVIII. Huic nunc Innocentius expetitam ab eo mittit formam eccleſiaſticæ diſciplinæ, quæ in Romana eccleſia ſervabatur, ut hanc tum ipſe, tum ipſo inſinuante vicini etiam epiſcopi, in propriis eccleſiis conſectentur, atque hunc quaſi didaſcalum & monitorem habeant. Sic enim rectius opinor in quibuſdam exemplaribus legi, quam ut in aliis didaſcalicum.

Ibidem. D. Incipiam igitur. Quæ reſtant præfationis hujus, cum tota epiſtolæ concluſione, & cum primis novem, tertio dempto, capitulis, omnia decerpta ſunt ex epiſtola IV. Siricii Papæ, quam ex ſynodo Romana ſcripſit ad Africanos, quæque inſerta legitur in actis concilii Tellenſis: niſi quod brevius apud Siricium expreſſa ſunt capitula, quæ diffuſius hoc loco digeruntur.

Can. III. Sicut synodus statuit. Synodum nempe Nicænam ſignificat, cujus canone XVIII. ut a Julio Papa profertur in epiſtola ad Orientales, hæc leguntur. *Cujus,* Apoſtolicæ ſedis, *diſpoſitioni omnes majores eccleſiaſticas cauſas, & epiſcoporum judicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque canonum, auctoritas reſervavit.*

Can. VIII. Venientes a Novatianis. Qui a Novatianis & Donatiſtis ad eccleſiam veniunt, baptizandi non ſunt, utpote jam rite baptizati, ſed per manuum impoſitionem confirmandi. Quod de Novatianis quidem ſeu Catharis, ſanxerat ſynodus Nicæna can. VIII. & Conſtantinopolitana can. VII. De Donatiſtis vero, qui Montenſes Romæ appellabantur, indicat, ut aliis ſuperſedeam, canon ſynodi Carthaginenſis Africanæ inſertus cap. XXIV. Atque hi nimirum ſemel ab iſtis baptizati, ſine mora, cum veniunt ſuſcipiendi ſunt. Qui vero ad illos a catholica tranſeuntes iterum baptizati ſunt, hi ſi redeant, non niſi poſt diuturnam pœnitentiam admittendi: quam ad diem uſque mortis produci ſtatuerat ſynodus Valentina cap. III. Donatiſtas rebaptizare ſolitos, omnes conſentiunt: de Novatianis teſtatur Ambroſius in libris de pœnitentia, Hieronymus in libello de hæreſibus: *Novatianus,* inquit, *Romæ Novatianum dogma inſtituit, nolens apoſtatas ſuſcipere, & baptizans baptizatos.*

Can. XI. Ab imperatore præcipitur. Huc pertinet lex Honorii ante annos quinque lata, cod. Theod. de decurionibus CLXIII. qua curiales, qui clero ſe manciparant, diſtinctis ordinum gradibus præcipit vel curiæ reddi, vel alios pro ſe reſtituere, aut facultates ſuas tradere: *Si quis,* inquit, *ex ſecundo patris noſtri conſulatu curiam relinquentes, clericorum ſe conſortio manciparunt, ſi jam epiſcopi vel presbyteri aut diaconi eſſe meruerunt; in ſacris quidem & ſecretioribus Dei myſteriis perſeverent, ſed aut ſubſtitutos pro ſe curiæ offerre cogantur, aut juxta legem dudum latam tradant curiæ facultates. Reſidui omnes, lectores, ſubdiaconi, vel hi clerici quibus clericorum privilegia non debentur, debitis mox patriæ muneribus præſententur.*

Ibidem. Ipse nobiscum positus. Romæ fuiſſe Victricium prior etiam Paulini ad ipſum epiſtola confirmat: Innocentio Pontifice, anno, ut opinor, ſuperiore, Romam veniſſe hic locus oſtendit. Paulinus: *Nam & inde,* inquit, *triſtati amaritudinem duxeramus, quod ex Urbe ad nos, ſicut ſperabamus, brevi itinere non venires, qui ad Urbem per tanta terrarum ſpatia perveneras.*

II.

In epiſtolam ad Exuperium.

REſpondet ad inquiſitiones Exuperii epiſcopi, ſtudium ejus commendans, quod de dubiis ad ſedem Apoſtolicam referret. Multus in Exuperii Toloſani laudibus & frequens eſt ſanctus Hieronymus, ut in epiſtola IV. ad Ruſticum. *Sanctus Exuperius,* inquit, *Toloſæ epiſcopus, eſuriens paſcit alios, omnemque ſubſtantiam ſuam Chriſti viſceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui Corpus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro. Hujus tu e vicino ſectare veſtigia.* Et in epiſtola XI. ad Ageruchiam: *Non poſſum abſque lacrymis Toloſæ facere mentionem, quæ ut hucuſque non rueret, ſancti Exuperii merita præſtiterunt.* Extant & Hieronymi ejuſdem ad Exuperium epiſtolæ tres, libris ſingulis præfixæ commentariorum in Zachariam prophetam, quos Exuperio nuncupavit, Arcadio Aug. VI. & Anicio Probo Coſſ. hoc eſt anno poſt hanc Innocentii epiſtolam proximo: cum Exuperius Siſinnium diaconum ſuum, ad largiendas monachis eleemoſynas, in Palæſtinam Ægyptumque miſiſſet. Pag. 1001. E.

Siricii episcopi. In epiſtola ad Himerium Tarraconenſem cap. VII. Quo loco Siricius ſuam in ſacerdotes ac levitas incontinentes ſententiam ita dividit, ut eos qui ſe ignorantia eatenus lapſos dolerent, & continentiam in poſterum ſponderent, manere in officiis ſuis permittat, ſed altiorem ad gradum evehi prohibeat: eos vero, qui ſe veteris legis exemplo defendere conarentur, omni eccleſiaſtico honore privandos ſtatuat. Innocentius priorem pœnam in eos decrevit, qui Siricii conſtitutionem ignorarint: poſteriorem in eos qui cognitæ non paruerint. Comprehendi autem etiam epiſcopos hac lege, Siricii ſub finem verba declarant. Cap. I.

Ne Novatiani asperitatem. Novatianorum hæreſis fuit, ut Epiphanius hæreſi LIX. docet, nullam eos qui poſt baptiſmum lapſi ſunt conſequi veniam poſſe. Quare pœnitentiam denegarunt, omnemque illius mentionem ex conventiculis ſuis exploſerunt. Theodoretus lib. III. de hæreticis fabulis, cap. VI. καὶ παντελῶς τὸν τῆς μετανοίας τῶν οἰκείων συλλόγων ἐξορίζουσι λόγον. Quamquam ergo ab his in eccleſia catholica longiſſime aberant ii, qui non dubitabant poſſe omnes per pœnitentiam recuperare gratiam quam perdiderant, etſi nonnullis interdum, ut indignis, pacem in exitu tantum vitæ poſcentibus, negandam cenſerent: hoc tamen ipſum, quod Novatianæ aſperitatis ſimile videbatur, tolli, & cuilibet in exitu poſcenti communionis gratiam tribui placuit, juxta canonem XIII. ſynodi Nicænæ. Cap. II.

Non habent latentia pec. vindictam. Quam cauſam hic adfert, cur viri adulteri non perinde arceantur a communione ut feminæ, eamdem univerſe de criminoſis omnibus, qui latenter ad communionem obrepunt, prodit Auguſtinus in homilia I. *Nemo,* inquit, *arbitretur propterea ſe conſilium ſalutiferæ hujus debere pœnitentiæ contemnere, quia multos forte advertit & novit ad ſacra altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Nam plerique propterea nolunt alios accuſare, dum ſe per illos cupiunt excuſare. Plerique autem boni Chriſtiani propterea tacent & ſufferunt alia peccata quæ noverunt; quia documentis ſæpe deſeruntur, & ea quæ ipſi ſciunt, judicibus eccleſiaſticis probare non poſſunt. Quamvis enim vera ſint quædam, non tamen judici facile credenda ſunt, niſi certis indiciis demonſtrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam non poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſive ſæculari, ſive eccleſiaſtico judicio, nominatum atque convictum.* Cap. IV.

Cetera autem. Pſeudepigraphi libri ſub horum nominibus plurimi olim circumferebantur, ut Matthiæ evangelium, de quo Origenes in Lucam, & Euſebius lib. III. hiſtoriæ, ejuſdemque traditiones παραδόσεις, qua- Cap. VII.

rum meminit Clemens Alexandrinus lib. II. & VII. Stromatum; Jacobi minoris evangelium; Petri πράξεις, εὐαγγέλιον, κήρυγμα, ἀποκάλυψις, καὶ κρίσις: quos omnes commemorat Hieronymus in ſcriptoribus Eccleſ. cap. I. *Libri autem*, inquit, *e quibus unus actorum ejus inſcribitur, alius evangelium, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus judicii, inter apocryphas ſcripturas reputantur.* Joannis actus, Andreæ item actus & evangelium; Thomæ denique evangelium, actus, & Apocalypſis. De quibus, aliiſque id genus, Gelaſius in ſynodo Romana.

III.

In epiſtolam ad ſynodum Toloſanam.

Pag. 1021 D. IN TOLOSANA SYNODO. Ambigui eſſe tituli epiſtolam monuimus. Quod ſi Toloſanæ ſynodo ſcriptam fuiſſe conſtaret, abſurdi nihil foret diſcuſſas in ſynodo Galliæ Hiſpanienſes cauſas fuiſſe, cum tractatas meminerimus in Taurinenſi Gallicanas. Sed dubium non videtur, quin ſcripta ſit ad epiſcopos Hiſpaniæ, poſt ſynodum quidem Toletanam, de rebus tamen in ea geſtis, vel poſtea conſecutis. Idque ut mihi perſuadeam ducor argumento non levi, quod cap. VI. exponetur. Quare antiquam inſcriptionem epiſtolæ reſtituendam cenſeo, ut *in Toletano ſynodo* legatur.

Cap. I. PROPTER GALLICIORUM COMMUNIONEM. In ſynodo Toletana Symphoſius & Dictinius cum aliis, ut Idacius in chronico refert, e Gallæcia epiſcopis, damnata Priſcilliani hæreſi, recepti fuerant in communionem, retentis honoribus quos habebant. Quod non probantes Bætici & Carthaginienſes, a ceteris epiſcopis, qui eos receperant, deſciverunt. Dari ergo vult operam pontifex, ut qui deſciverunt, ad communem pacem revocentur.

ILLIUS LUCIFERI. Calaritani apud Sardos epiſcopi, qui ſchiſmatis in eccleſia auctor fuit, cum epiſcopos in ſynodo Ariminenſi lapſos quamvis reſipiſcentes recipi nollet, ab iiſque ſe qui eos receperant ſegregavit. Sulpicius Severus: *Lucifer in tantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut ſe etiam ab eorum communione ſecreverit, qui eos ſub ſatisfactione vel pænitentia recepiſſent.*

Cap. II. RUFINUS ATQUE MINICIUS. Synodus Nicæna can. IV. epiſcopum ab epiſcopis provinciæ cum metropolitani auctoritate fieri jubet. Contra hunc canonem commiſerant Rufinus & Minicius: quorum uterque ſine conſcientia metropolitani, alter etiam in aliena provincia, epiſcopos ordinarant. Quare & in uſurpatores animadverti oportere ait, & ab his temere ordinatos honore carere quem adepti ſunt, juxta canonem VI. ſynodi ejuſdem: quo cautum eſt, eum qui præter ſententiam metropolitani factus fuerit epiſcopus, epiſcopum eſſe non debere.

Cap. III. DE JOANNE EPISCOPO. Joannes hic ſynodo Toletanæ redeuntes ab hæreſi recipienti per vicarios conſenſerant. poſtea ſubduxiſſe ſe, & contra ſententiam ſuam veniſſe ferebatur. In hunc ergo, atque in alios qui a communionis conſortio ceſſaſſe videbantur, plenius inquiri, deprehenſoſque ſi ad concordiam redire abnuant, excommunicari jubet.

Cap. IV. DE ORDINATIONIBUS. De iis qui prava conſuetudine in Hiſpania ex diverſis generibus hominum, quos canones a cleri gradibus excludunt, creati hactenus fuerant epiſcopi, propter illorum multitudinem non ſic indulget, ut propoſita vitioſe deinceps ordinatis ordinantibuſque pœna, in poſterum abſtineri præcipiat.

Cap. V. IN LOCO PATRUINI. Diſcrepant inter ſe rerum Hiſpanicarum ſcriptores, cujus ſedis epiſcopus fuerit Patruinus, qui concilio primo Toletano præfuit. Alii enim Toletanum antiſtitem fuiſſe conjiciunt, alii Bracarenſem, alii neutram illorum ſententiam ſatis firmam putant. Ex hoc loco apparet, quod in mentem illis non venerat, Emeritenſem epiſcopum fuiſſe, cui jam defuncto Gregorius hoc tempore ſucceſſerat.

Cap. VI. PER SENTENTIAM DECERNITIS. Manifeſtum eſt alludi ad decretum ſynodi Toletanæ, quod in ejus actis primo loco poſitum eſt his verbis: *Patruinus epiſcopus dixit: Si placet, communi conſilio decernamus, quod ab omnibus epiſcopis in ordinandis clericis ſit obſervandum. Mihi autem placet, conſtituta primitus concilii Nicæni perpetuo eſſe ſervanda, nec ab iis eſſe recedendum. Epiſcopi dixerunt: Hoc omnibus placet.* Quæ cum ita ſint, liquet profecto Innocentium hoc loco alloqui epiſcopos qui Toletano concilio adfuerant, ac proinde ſynodo Toletanæ inſcribi epiſtolam debere, ut dictum eſt.

IN ALIQUOT ZOSIMI PAPÆ EPISTOLAS.

I.

In epiſtolam ad epiſcopos Galliæ.

PER GALLIAS ET SEPTEM PROVINCIAS. Septem provinciæ hoc loco, & in aliis ſimilibus intelliguntur, quas vetus Notitia civitatum Galliæ ſejunxit a reliquis provinciis Gallicanis: Viennenſis nimirum, Aquitania I. Aquitania II. Novempopulana, Narbonenſis I. Narbonenſis II. & Alpes maritimæ. Quas eaſdem intellexit Honorius in conſtitutione proximo ab hinc anno edita ad Agricolam P. P. Galliarum, cum ſtatuit ut Arelate bis quotannis conventus fierent e ſeptem provinciis. De his enim loquitur, lapſuſque eſt memoria Hincmarus, qui inter ſeptem provincias pro Aquitania prima numerat Lugdunenſem. Sicut ergo Galliarum & quinque provinciarum antea nomine Gallicanas omnes provincias complectebantur. ita nunc cum Galliæ & ſeptem provinciæ dicuntur, omnes deſignantur. Hoc ſolum fuit diſcrimen, quod in illa ratione ſolæ Narbonenſes provinciæ a communi Galliarum vocabulo ſecernantur, in hac vero etiam Aquitanicæ. Aquitanos autem a Gallis interdum ſolitos diſtingui, Auſonii, Sulpicii Severi, & aliorum hujus ævi ſcriptorum exempla demonſtrant. *Edita ſunt ea a Card. Baronio, ut monumentis, tomo 1. pag. 1156 B.*

ARELATENSIS EPISCOPI FORMATAS. Formatas ſeu communicatorias epiſtolas, ſine quibus peregrini clerici ad communionem non admittebantur, accipere ſolebant, cum alio proficiſcebantur, presbyteri, diaconi & ceteri deinceps, ab epiſcopo ſuo: epiſcopi a metropolitano, metropolitani a primate ſeu patriarcha. Quod ſanctus Maximus in diſputatione cum Pyrrho ſub finem docet, cum Pyrrhi ſynodum ullam fuiſſe negat, ad quam συστατικὰς litteras nec epiſcopi a metropolitanis ſuis attulerint, nec metropolitani a patriarchis. Συστατικὰς, inquit, οἱ συναχθέντες οὐκ εἶχον, οὔτε οἱ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν μητροπολιτῶν, οὔτε οἱ μητροπολῖται ἀπὸ τῶν πατριαρχῶν. At Zoſimus hoc loco ſingulare privilegium Patroclo Arelatenſium epiſcopo tribuit in Gallia, ut cujuſlibet gradus eccleſiaſtici, ſive Romam, ſive alio terrarum profecturi extra Galliam, omnes ab eo formatas accipiant, & ſine his alibi non ſuſcipiantur. Cap. I.

IN ORDINANDIS SACERDOTIBUS. Epiſcopis Eccleſiæ Arelatenſis epiſcopo vetus, ut ait, privilegium & auctoritatem confirmat, ut in ordinandis epiſcopis metropolitani jus habeat per tres provincias, Viennenſem & utramque Narbonenſem: ita ut honore careant, qui in his provinciis, omiſſo metropolitano, id eſt Arelatenſi, epiſcopos ordinarint, vel epiſcopi fuerint ordinati. Qua de re iterum alias ſæpius. Cap. II.

CITHARISTAM ET GARGARIUM. Cithariſtæ in ora Maſſilienſium promontorii meminit etiam Plinius lib. III. cap. IV. Gargarii vero loci vetus inſcriptio antiquæ tabulæ, quæ exſtat Arelate: PAGANI PAGI LUCRETI QUI SUNT FINIBUS ARELATENSIUM LOCO GARGARIO, & quæ ſequuntur.

II.

In epiſtolam Zoſimi Papæ ad epiſcopos Africæ, Galliæ, & Hiſpaniæ.

ORdinarat Proculus Maſſilienſium epiſcopus, allecto ſibi collega Lazaro Aquenſi, Urſum ac Tuentium epiſcopos, apud Cithariſtam, opinor, & Gargarium, quæ

Digitized by Google

parochiæ erant epiſcopi Arelatenſis. Has ordinationes Zoſimus encyclica epiſtola multis nominibus redarguit. Primum, quod ordinati ſint homines jam ante damnati, quos ordinari nefas erat. Deinde quod prætermiſſo metropolitano Arelatenſi ordinati ſint, quod provinciales epiſcopi adſciti non fuerint, quod Lazarus ex alia provincia evocatus, quod aliena loca uſurpata, quod denique legitimus ordinationum dies non obſervatus. Tuentium itaque & Urſum, ut ejectos ab eccleſia, nuſquam ad communionem ſuſcipiendos ſignificat.

LAZARUS IN TAURINENSI CONCILIO. Eadem de Lazaro leguntur in altera Zoſimi epiſtola, quam per hoſce dies ad Africanos epiſcopos de Pelagio ac pro Pelagio ſcripſit: quam cum altera pro Cæleſtio item ſcripta primus in lucem protulit, annalibuſque ſuis inſeruit Card. Baronius. Et quamquam in actis ſynodi Taurinenſis nullum hodie Briccianæ iſtius accuſationis ſit veſtigium, nullam tamen ibi fuiſſe non dixerim. Sed quod Lazarum hoc loco, & in altera illa epiſtola cum Lazaro Herotem, epiſcopum Arelatenſem, virum, ut Proſper in chronico teſtatur, ſanctum & inſontem, tam acerbe traducit Zoſimus: vereor ne Cæleſtii dolo & fraude illi perſuaſum ſit. Qui cum ægre ferret ſuam ac Pelagii hæreſim ab his maxime duobus Gallicanis epiſcopis deprehenſam, eorumque judicio & litteris, quæ paſſim proferebantur, divolgatam, omni ope adnitendum putarit, ut illorum fidem atque famam apud Zoſimum in ſuſpicionem vocaret. Nec mirum de aliis fallere potuiſſe, qui de ſeipſo callide impoſuerat, ut catholicus a Zoſimo crederetur. Quod enim viro docto nuper in mentem venit, duas illas Zoſimi epiſtolas, ne fucum illi factum concederet, falſi damnare, mihi certe probari non poteſt: nec ſancto Auguſtino, ni fallor, aut Facundo Hermianenſi probaretur. Enimvero quænam alia eſt epiſtola Zoſimi, in qua libellum Cæleſtii catholicum dixerit, ut narrat Auguſtinus lib. II. contra epiſtolas Pelagianorum cap. III. ſi hæc non eſt, quam priore loco edidit Baronius? aut quænam alia, in qua de damnato Cæleſtio, ut ſcribit Facundus, damnet Africanos, ſi eam negamus, quæ poſterior eſt apud Baronium? Sed præſtat integrum Facundi locum audire, libro VII. de tribus capitulis ad Juſtinianum. *Invenient*, inquit, *poſtremo, beatum quoque Zoſimum Apoſtolicæ ſedis antiſtitem, contra ſancti Innocentii deceſſoris ſui ſententiam, qui primus Pelagianam hæreſim condemnavit, fidem ipſius Pelagii, ejuſque complicis Cæleſtii, quem in eccleſia Carthaginenſi convictum atque appellantem Apoſtolicam ſedem, & ipſe geſtis diſcuſſerat, tamquam veram & catholicam laudantem, inſuper & Africanos culpantem epiſcopos, quod ab illis hæretici crederentur; cum, necdum ipſi Africanis epiſcopis dolos eorum multo manifeſtius detegentibus, memoratos Pelagium & Cæleſtium putaret orthodoxos. Et tamen nec Athanaſium & Damaſum, nec illos Palæſtinos epiſcopos*, (de his omnibus jam dixerat) *& Zoſimum, hæreticos credit eccleſia, quia de hæreticis bene ſenſerunt; ſed potius pro merito ſuæ fidei catholicos judicat & honorat: quoniam non debet crimini deputari ſimplicium, non intellecta verſutia malignorum.*

III.

In epiſtolam Zoſimi Papæ ad epiſcopos provinciæ Viennenſis & Narbonenſis II.

MULTA CONTRA VETEREM. Reſcindit privilegium, quod Proculus Maſſilienſis epiſcopus perperam a ſynodo Taurinenſi expreſſerat, ut epiſcopos in Narbonenſi II. velut metropolitanus ordinaret. Simplicium etiam Viennenſem perſtringit, quod Viennenſis provinciæ ordinationes ambiat: ſtatuitque, ut metropolitanus Arelatenſis, priſcam, ut aït, jam inde a ſancto Trophimo in utraque Narbonenſi & Viennenſi ordinandorum epiſcoporum auctoritatem poſſideat.

SIMPLICIUM VIENNENSIS CIVITATIS. Paulinus presbyter apud Gregorium Turon. lib. II. hiſt. cap. XIII. *Si enim hos videas dignos Domino ſacerdotes, vel Exuperium Toloſæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Engoliſmæ, vel Venerandum Arvernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrocoriis, utcumque ſe habent ſæculi mala, videbis profecto digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes.*

IV.

In epiſtolam Zoſimi Papæ ad Hilarium epiſcopum Narbonenſem.

EXceptioni quam Hilarius objecerat, in aliena provincia ab alia non debere fieri epiſcopos, opponit antiquam conſuetudinem epiſcoporum Arelatenſium, qui non ſolum in Viennenſi provincia, ſed per duas etiam Narbonenſes, epiſcopos ordinare ſoleant. Quocirca inhibet, ne ea poteſtate in Narbonenſi I. utatur, quam ſurreptitie a Sede Apoſtolica obtinuerat. Si ſecus faxit, non ſolum epiſcopatus honorem non habituros quos ordinarit, ſed ipſum etiam catholica communione cariturum. Contra hoc Zoſimi interdictum, facit epiſtola ſecunda Bonifacii ad Hilarium eumdem.

V.

In epiſtolam Zoſimi Papæ ad Patroclum epiſcopum Arelatenſem.

DAmnatum exauctoratumque Romæ a Zoſimo Proculum fuiſſe, litteras etiam encyclicas de ejus damnatione ſcriptas, hæc epiſtola teſtatur. Confirmat autem Patroclo privilegium formatarum, & metropolitani in Narbonenſi II. dignitatem, in quam Proculus irrepſerat, tum deinde ordinationes epiſcoporum ne per ſaltum fiant edicit in poſterum.

SALTU QUODAM. In ſacris ordinationibus duo inter cetera ſemper ſpectavit eccleſia. Unum, ut gradatim fierent per ſingulos gradus ordinum: ita ut non ante quiſquam ad ſuperiorem aſcenderet, quam inferiores ſuſcepiſſet. Quod qui non ſervabat, verbi gratia qui ex ſubdiacono repente, prætermiſſo diaconatu, presbyter fiebat, per ſaltum promoveri dicebatur. Alterum, ut juſta quiſque ac legitima in ſingulis gradibus ſtipendia expleret, præfixaque ſingulis tempora obſervaret. De quibus Zoſimus idem ſcribit in epiſtola ad Heſychium Salonitanum. Quod ſi quando contrahi hæc temporum ſpatia neceſſitas cogeret: prius tamen illud, ut ordines gradatim inirent, religioſe ſemper tenuerunt. Ut de ſancto Ambroſio, qui catechumenus ad epiſcopatum fuerat adſcitus, innuit in ejus vita Paulinus: *Baptizatus itaque fertur omnia eccleſiaſtica officia impleſſe, atque octava die epiſcopus ordinatus eſt cum ſumma gratia & lætitia cunctorum.*

VI.

In epiſtolam Zoſimi Papæ ad Maſſilienſes.

CLERO, ORDINI, PLEBI MASSIL. Invehitur in Proculum, qui licet exauctoratus, tamen pro epiſcopo, ut antea, ſe gerebat, & inquietorum quorumdam auxilio fretus eccleſiam turbabat. Significat ſe ipſorum curam Patroclo Arelatenſi demandaſſe, ut ejus, velut epiſcopi ſui, conſilio & nutibus obtemperarent. Ceſſeritne Patroclo tamdem Proculus, exploratum non eſt. Sed de Zoſimo ſubit iterum mirari, qui factum ſit, ut Proculo infenſior videatur, quem ſanctum Pontificem Hieronymus appellat epiſt. IV. faveat contra Patroclo, cujus ad epiſcopatum Arelatenſem fœdus aditus, fœdior adminiſtratio memoratur. Pulſo ſiquidem a civibus Herote, ut Proſper in chronico ſcribit, viro ſancto & inſonte, in ejus locum ordinatus eſt anno Chriſti CCCCXII. quod amicus & familiaris eſſet Conſtantö magiſtri militum, cujus per ipſum gratia quærebatur. *Eaque res*, inquit, *inter epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum materia fuit.* De venditis autem ab eo ſacerdotiis, in altero Proſperi chronico Pithœano: *Patroclus Arelatenſis epiſcopus infami mercatu ſacerdotia venditare auſus.* Veriſimile eſt prorſus, in

hac tota Patrocli cum Proculo Maſſilienſi, Hilario Narbonenſi, Simplicio Viennenſi, & cum aliis, controverſia, & in amplificandis honoribus eccleſiæ Arelatenſis, plurimum momenti apud Zoſimum habuiſſe, ut de Patrocli artibus nihil dicam, Conſtantii magiſtri militum, mox Cæſaris, qui Patroclo & Arelatenſibus favebat, auctoritatem & gratiam. De funeſta vero Patrocli ejuſdem cæde, Proſper idem agit in chronico vulgari, ad annum Chriſti CCCCXXVI.

IN BONIFACII PAPÆ EPISTOLAS DUAS.

I.

In epiſtolam ad epiſcopos Galliæ.

Tomo 1. pag. 1238. D. VALENTINÆ NOS. Maximum Valentinæ civitatis epiſcopum, Manichæorum olim ſecta involutum, homicidiique in ſeculari judicio damnatum, & multis inſuper flagitiis coopertum, accuſarant apud Bonifacium clerici ejuſdem eccleſiæ, aſſerentes illum delegatis conſtitutiſque in provincia cognitionibus adeſſe minime voluiſſe, omniaque ſemper judicia ſubterfugiſſe. Pontifex, quia is Romam non venerat, intra provinciam judicandum decernens, ſynodum epiſcoporum die præfixo congregati jubet, in eaque Maximi cauſam diſcuti, & ſententiam ſive in præſentem, ſive in abſentem, proferri.

II.

In epiſtolam ad Hilarium epiſcopum Narbonenſem.

Pag. 1240. A. HILARIO EPISC. NARBONENSI. Cum Lutevenſes in prima Narbonenſi provincia clerici conqueſti apud Bonifacium eſſent, Patroclum Arelatenſem, mortuo epiſcopo ſuo, alterum ſibi, cum in alia ſint provincia, prætermiſſo metropolitano ſuo, id eſt, Hilario Narbonenſi, ordinaſſe: de ea re ſcribit ad Hilarium Pontifex, mandatque ut Lutevam profectus, metropolitani jure arbitrioque utatur; & peractis omnibus, Sedi Apoſtolicæ renunciet quid ſtatuerit. Itaque reſcindit quod Zoſimus nuper decreverat, primæque Narbonenſis ordinationem non ad Arelatenſem, ſed ad Narbonenſem epiſcopum, velut metropolitanum, pertinere declarat.

IN CÆLESTINI PAPÆ ALIQUOT EPISTOLAS.

I.

In epiſtolam ad epiſcopos provinciæ Narbonenſis, & Viennenſis.

Tomo 1. pag. 1258. D. DIDICIMUS QUOSDAM. Taxat Cæleſtinus quoſdam epiſcopos, qui novo & inſueto habitus genere utentur: docetque diſcerni ab aliis debere clericos, non veſte, ſed vita & moribus. Sunt qui habitum interpretentur quo incedebant; alii, ut Dionyſius Exiguus, quo miniſtrabant. *Quod non debeant*, inquit, *ſacerdotes aut clerici amicti palliis, & præcincti lumbis, in eccleſia miniſtrare.* Sed res eodem relabitur. Nam primis eccleſiæ ſæculis, clerici quas in vita communi veſtes uſurpabant, iiſdem etiam in ſacris utebantur, ſed mundioribus & optimis, id eſt, ut Hieronymus exponit in caput XLIV. Ezechielis, non quotidianis & quibuſlibet, pro uſu vitæ communi pollutis, ſed mundis. Quod idem aliis verbis ſignificat lib. 1. contra Pelagianos, Pelagium exagitans, qui ornatum veſtium aiebat Deo eſſe contrarium: *Quæ ſunt rogo*, inquit, *inimicitiæ contra Deum, ſi tunicam habeo mundiorem! Si epiſcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo eccleſiaſticus, in adminiſtratione ſacrificiorum cum candida veſte proceſſerint!* Candidam enim veſtem dicit albam, quæ in uſu tum erat more Romano, eamque nitidam & lautiorem, qualis prenſantium magiſtratum, qui candidati propterea vocabantur. Et color igitur & forma veſtium eadem principio fuit eccleſiaſticis, & reliquis. Sed cum formam alii poſtea mutaſſent, eccleſia prudenti conſilio priſtinam in ſacris retinuit: & ornatum licet pretiumque ad venerationem veſtibus ſacris adjecerit, formam tamen non mutavit; ita ut Romanas veſtes nunc etiam referant, alba tunicam, caſula togam: niſi quod caſula ſeu planeta, anciſis proavorum noſtrorum memoria lateribus, a togæ amplitudine abire cœpit. Et quia vetus hæc forma non perinde in quotidianis clericorum veſtibus, ut in ſacris, retenta eſt: ex eo factum, ut nunc in eccleſia, quod de veteri lege ad Ezechielem obſervarat ſanctus Hieronymus, religio divina alterum habitum habeat in miniſterio, alterum in uſu vitaque communi. Quod ipſum quoque accidit in lingua Latina, qua divina officia celebramus. Nam cum ea quondam in uſu publico paſſim eſſet ſub imperio Romano, eademque ſacrorum in eccleſia vox eſſet, quæ populi: populus linguam, ut ſolet, poſtea mutavit, eccleſia Latinam merito retinuit.

POENITENTIAM MORIENTIBUS. Arguit iterum, quod pœnitentiam morientibus denegarent. Qua de re dictum ſuperius in epiſt. 1. Innocentii ad Exuperium, cap. 11. Cap. 4.

ORDINATOS VERO QUOSDAM. Hoc jam antea in Proculi ordinationibus reprehendit Zoſimus epiſtola ad Patroclum: quod epiſcopos repente faceret ex laïcis, cum per ordinum eccleſiaſticorum gradus & ſtipendia ſenſim promoveri debeant. Cap. 5.

QUORUM CRIMINA. Criminoſos ab epiſcopatu arcendos docuit ſynodus Valentina can. IV. eoque nomine Maximum epiſcopali honore indignum cenſuit Bonifacius epiſtola ad epiſc. Gall. Nunc vero Danielem Cæleſtinus, qui quo tempore ob varia flagitia reus poſtulabatur, ad epiſcopatum irrepſerat, ab epiſcoporum cœtu ſegregat, & ad judicium, ſi confidit, venire jubet.

AD ARELATENSEM EPISCOPUM. Is erat ſanctus Honoratus, qui ex ab[illegible] monaſterii ſui Lirinenſis, Arelatenſium epiſcopus Patroclo cæſo creatus fuerat anno CCCCXXVI. In hunc quippe annum Patrocli cædem conjicit Proſper in chronico. Biennium autem, & aliquanto amplius, ſedem illam rexit, ut docet auctor vitæ ſancti Hilarii Arelatenſis, qui Honorato ſucceſſit. *Emenſo*, inquit, *biennio* (poſt epiſcopatus ſcilicet auſpicia) *cum ad meriti proprii percipiendum præmium emerito vitæ ipſius curſu vocaretur Honoratus, miſſis epiſtolis, ut extremis ſuis intereſſe deberet admonuit Hilarium.* Quare cum & ſupra biennium ſediſſe Honoratum, & vita exceſſiſſe conſtet die XVI. Januarii: neceſſe eſt ejus obitum, Hilariique Pontificatus exordia, in Januarium differri ſequentis anni CCCCXXIX.

II.

In epiſtolam ad epiſcopos Galliæ.

AD EPISCOPOS GALLIÆ. Detulerant ad ſedem Apoſtolicam Proſper & Hilarius presbyteros quoſdam, qui poſt obitum ſancti Auguſtini, ejus de gratia & libero arbitrio ſententiam impugnantes, Maſſiliæ & aliis locis eccleſiam novis quæſtionibus turbabant in Gallia. Præcipit epiſcopis Cæleſtinus, arguens illorum conniventiam, ut habito inter ſe tractatu presbyteros illos coërceant: & de ſancto Auguſtino, quanti apud Romanos pontifices ſemper fuerit, luculento teſtimonio declarat. Pag. 1252. D.

PROSPER ET HILARIUS. Iidem nimirum ipſi, qui ante biennium, ſuperſtite adhuc ſancto Auguſtino, cum ejus doctrinæ obtrectari cœptum eſſet in Gallia, certiorem illum ſuis epiſtolis fecerant: ad quos reſcribens S. Auguſtinus, libros edidit de Prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeverantiæ, quibus proinde præfigi ſolent epiſtolæ Proſperi & Hilarii. De priore igitur dubitat nemo, quin is ſit Proſper Aquitanus, cujus extant de hoc argumento præclaræ lucubrationes contra Caſſianum, Vincentium, Rufinum, & alios. De altero, quis fuerit, incer-

tum eſt. Errant enim, qui Hilarium Arelatenſem fuiſſe putant, ab iis deluſi, qui cum ex Proſperi epiſtola Hilarium Arelatenſem Auguſtino, ut aïebat, ſcribere velle didiciſſent, ſequentem Hilarii epiſtolam illius eſſe rati, ejus inſcriptionem corruperunt, ad Hilariique nomen, quod nudum antea in primis editionibus legebatur, Arelatenſis epiſcopi titulum adjecerunt. Non animadvertentes ſcilicet, epiſtolam illam, quæ tota eſt pro defenſione ſancti Auguſtini, congruere Hilario Arelatenſi non poſſe, qui Auguſtini doctrinam, ut Proſper in epiſtola ſua teſtatur, cum in ceteris ſuſpiceret, hac in parte non probabat. Non conſiderantes etiam, Hilarium hunc, qui ad ſanctum Auguſtinum cum Proſpero ſcripſit, & Proſperum quoque ipſum, laïcos fuiſſe cum ſcriberent, quod & ſuis ipſi litteris produnt, & Auguſtini verba confirmant; qui eos compellans, filios vocat, non fratres: quod facturus non erat, ſi epiſcopi fuiſſent, aut presbyteri. Quare falluntur, ut dixi, qui Hilarium hunc cum epiſcopo Arelatenſi confundunt. Eoque in errore verſatum olim fuiſſe Hincmarum Remenſem, & alios, permirum eſt, cum certiſſimis argumentis ſecernantur. Pari etiam ratione revincitur aliorum commentum, qui epiſtolam Hilarii Arelatenſis itidem eſſe adſtruunt, ſed nondum epiſcopi; & in epiſtola Proſperi, ubi Arelatenſis epiſcopus nominatur, Hilarium poſitum autumant pro Honorato. Quod abſurdum eſt. Nam Honorati epiſcopatus, ut ex iis patet, quæ ante dicta ſunt, ad hæc tempora non pervenit. Itaque Arelatenſium epiſcopus revera jam erat Hilarius, ſucceſſor Honorati, & diverſus proinde ab eo alter hic Hilarius, de quo, tamquam adhuc laïco, hic loquitur Cæleſtinus. Quæ omnia ex ſubjecta paucorum annorum ſynopſi patefient.

SYNOPSIS ANNORUM VI.

ANno CCCCXXVI. poſt cædem Patrocli epiſcopi Arelatenſis, in ejus locum epiſcopus creatus eſt Honoratus.

Anno CCCCXXVII. Caſſianus Honorato epiſcopo & Eucherio dedicat ſeptem Collationes intermedias.

Anno CCCCXXVIII. Cæleſtinus Papa Honorato epiſcopo Arelatenſi, per Fortunatum ſubdiaconum ſcribit de Daniele crimino ſo epiſcopo.

Anno CCCCXXIX. Honoratus Januario menſe moritur: eique in Arelatenſi cathedra ſuccedit Hilarius.

Proſper & Hilarius alter ad Auguſtinum e Gallia ſcribunt de reliquiis Pelagianæ pravitatis.

Anno CCCCXXX. ſanctus Auguſtinus migrat in cælum v. Kal. Septembris.

Anno CCCCXXXI. Proſper & Hilarius ad Cæleſtinum Romam profecti, ab eo litteras eliciunt contra adverſarios ſancti Auguſtini.

AUGUSTINUM SANCTÆ RECORD. Hujus loci teſtimonio utitur Proſper adverſus Collatorem, cap. XLII. *Per hunc virum*, Cæleſtinum intelligit, *intra Gallias iſtis ipſis qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentiæ eſt adempta libertas: quando conſultantium actione ſuſcepta, & librorum qui errantibus diſplicebant pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate ſentiri, ſancto manifeſtavit eloquio: evidenter pronuncians, quantum ſibi præſumptionis iſtius novitas diſpliceret, qua auderent quidam adverſus antiquos magiſtros inſolenter inſurgere, & indiſciplinata calumnia prædicationi veritatis obſtrepere.* AUGUSTINUM inquiens ſanctæ recordationis virum pro vita ſua, *&c. uſque*, & honori. *Contra iſtam clariſſimam laudationis tubam, contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonii dignitatem, audet quiſquam malignæ interpretationis murmur emittere!* &c.

IN SEDIS APOSTOLICÆ
AUCTORITATES.

Tomo 1. pag. 1255. D. TAmetſi neque a Cæleſtino, neque illius nomine, collectæ vel editæ videntur hæ auctoritates, ſed a Proſpero potius, aliiſque, qui pro doctrina ſancti Auguſtini contra ejus obtrectatores dimicabant: Cæleſtini tamen nomine, tamquam pars vel appendix epiſtolæ ſuperioris, citari ſolent a ſcriptoribus antiquis, ut a Petro diacono, Floro magiſtro, Hincmaro archiepiſcopo, & aliis: itemque a collectoribus canonum, Creſconio, Dionyſio Exiguo, & Ivone, qui appellat decreta Cæleſtini Galliarum epiſcopis miſſa. Parte 1. cap. CCV.

QUID RECTORES ROMANÆ ECCLESIÆ. Hincmarus in poſteriore contra Gotheſcalcum opere, cap. 1. *Sanctus Cæleſtinus*, inquit, *ad Venerium & alios Gallicanos epiſcopos ſcribens in decretali ſua epiſtola, ita dicit ad locum*, Quid rectores Romanæ eccleſiæ, &c. Citat idem ex cap. VIII. & IX. quædam aliis in locis ejuſdem libri. Pag. 1814. C.

QUOD OMNIA STUDIA. Florus magiſter diaconus eccleſiæ Lugdunenſis (hunc enim ejus operis auctorem fuiſſe didicimus ex codice Corbeïenſi) in libro qui Lugdunenſis eccleſiæ nomine inſcriptus eſt adverſus Joannem Scotum, in refutatione capituli VIII. *Hæc eſt illa*, inquit, *eccleſiaſtica & fideliſſima definitio, quam beatus Papa Cæleſtinus ponit in decretis ſuis, dicens:* Ita Deus cordibus hominum, atque in ipſo libero arbitrio, &c. *Et iterum:* Omnia ſtudia, omnia opera ac merita ſanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda ſunt, &c.

AD TOTIUS ORBIS EPISCOPOS. Eaſdem Zoſimi de Pelagii & Cæleſtii damnatione litteras deſignans Auguſtinus epiſtola CLVII. ad Optatum, *quæ univerſaliter*, ait, *ad omnes epiſcopos manarunt*. Et libro II. de gratia & peccato originali cap. XXI. *quas conſcripſit per orbem catholicum perferendas*. Et rurſus epiſtola XLVII. *Item quod Papæ Zoſimo de Africano concilio ſcriptum eſt, ejuſque reſcriptum ad univerſos totius orbis epiſcopos miſſum.* Proſper item contra Collatorem cap. X. *Erravit ſacroſancta beati Petri ſedes, quæ ad univerſum orbem Papæ Zoſimi ſic ore loquitur:* Nos tamen inſtinctu Dei, omnia enim bona ad auctorem, &c. Alterum Zoſimianæ hujus epiſtolæ, quæ in tenebris hactenus latet, fragmentum exſtat capite ſequenti: aliud apud Auguſtinum eadem in epiſtola CLVII.

CARTHAGINENSIS SYNODI. Synodo Carthaginenſi recte tribuit octo canones contra hæreſim Pelagianam editos, qui falſo, ut alii jam obſervarunt, ſub ſynodi Milevitanæ nomine circumferuntur. Conditi enim revera fuerunt in ſynodo CCXIV. epiſcoporum quæ Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti celebrata eſt, Kalendis Maiis, Honorio XI. & Theodoſio VIII. Auguſtis Coſſ. id eſt, anno Chriſti CCCCXVIII. Cui quidem ipſi adſcribuntur in ſynodo Africana cap. LXXVI. & ſequentibus. Exſtant canones iidem in codice Corbeienſis monaſterii hoc titulo. INCIPIUNT conſtituta ſynodi Carthaginenſis epiſcoporum CCXIV. PLACUIT *omnibus epiſcopis, qui fuerunt in ſancta ſynodo Carthaginenſis eccleſiæ conſtituti, ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum*, &c. Præfuiſſe ſynodo Aurelium Carthaginenſem, & Donatianum Telepte nſem epiſcopum primæ ſedis provinciæ Byzacenæ, auctor eſt Photius, qui acta integra legerat, bibliothecæ cap. LXIII.

CUM ENIM SANCTARUM PLEBIUM PRÆSULES. Petrus diaconus libro de Incarnatione & gratia Chriſti ad ſanctum Fulgentium, & alios: *His congrue beatiſſimus Cæleſtinus in epiſtola ad Gallos data:* Cum enim, *inquit*, ſanctarum plebium præſules, &c. Quibus alia deinde ſubnectit ex cap. IX. & X.

IN LEPORII LIBELLUM
& Valentiniani Conſtitutionem.

Leporii libellus.

CAſſianus hæreſim, cui cum aliis adhæſit Leporius, (neque enim ejus auctor fuit) ex maxima Belgarum urbe, hoc eſt, ex Treverenſi emerſiſſe ſignificat, lib. I. de Incarnatione Domini, cap. II. Tum eam ſic explicat, quod dicentes, ſolitarium hominem Jeſum Chriſtum ſine ulla peccati contagione veniſſe, eo progreſſi ſunt, ut aſſererent, homines, ſi vellent, ſine peccato eſſe poſſe. Tomo 1. pag. 1263. D.

Quorum hoc Pelagiani dogmatis erat, illud poſtmodum erroris fuit Neſtoriani.

De Leporii porro emendatione, litteriſque quas doloris ſui teſtes ad Gallicanos epiſcopos ex Africa ſcripſit, agens idem Caſſianus cap. IV. Leporium, tum etiam cum opus id texeret, in Africa verſatum eſſe narrat: ut conjicere liceat, apud Auguſtinum ſedem ſuam fixiſſe poſt converſionem ſuam: atque illum ipſum Leporium videri, qui inter Hipponenſis eccleſiæ presbyteros nominatur in actis eccleſiaſticis, quibus Eraclium ſibi ſucceſſorem deſignavit, epiſtola CX.

EPISTOLA EPISCOPORUM AFRICÆ. Etſi quatuor epiſcoporum nomine ſcripta eſt: ſic tamen redolet ſtilum atque ingenium Auguſtini, ut ab eo dictatam fuiſſe dubium non videatur. Fortaſſe & ab aliis quoque, vel aliorum certe nutu ac vice, conſcripta eſt. Nam Joannes II. Papa in epiſtola III. ad Avienum & alios ſenatores, locum recitans ex ſequenti epiſtola ſeu libello Leporii, a ſynodo Africana confirmatum teſtatur: *Leporius*, inquit, *in epiſtola, quam Aurelius epiſcopus Carthaginienſis, & Auguſtinus, & ſynodus Africana firmavit. Naſcitur ergo*, &c. Quibus verbis ſi Africanam ſynodum eam dixit, quam habemus, poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. anno Chriſti CCCCXIX. celebratam, in eumdem ſcilicet annum Leporii emendationem incidiſſe ſtatuendum eſt. Baronius ad annum refert CCCCXX.

III.

Valentiniani Conſtitutio.

IN optimo & antiquiſſimo codice Lugdunenſis eccleſiæ, in quo poſt ſynodos Gallicanas adjectæ ſunt ad finem integræ diverſorum principum conſtitutiones XVI. de rebus eccleſiaſticis, ducto ab iis tribus initio, quæ jam editæ ſunt ad calcem codicis Theodoſiani, huic Valentiniani Cæſaris conſtitutioni, quæ ſexta ordine numeratur, titulus argumenti loco præfixus eſt hujuſmodi: *Non licere clericos judicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de civitatibus projici, & Chriſtianos ſervos non debere Judæis ſervire, & Judæos non debere militare.* Privilegium ergo clericis ademptum ab Joanne tyranno (hunc enim deſignat, qui proxime a Theodoſii ducibus fuerat oppreſſus, vitaque & imperio, quod Honorio defuncto invaſerat, ſpoliatus) hac lege redintegratur, ne illos ad ſæculares judices pertrahere liceat, ſed epiſcopali audientiæ reſerventur. Quod privilegium multi ante principes ſuis reſcriptis conſtabilierant, tum ante paucos annos de accuſationibus clericorum Honorius Valentiniani Cæſaris avunculus teſtatus erat, quod alio loco diximus, clericos non niſi apud epiſcopos accuſari oportere, L. XLI. cod. Theod. *De epiſcopis*, &c.

ARMATIO PF. P. GALLIARUM. Non ad Armatium, ſed ad Baſſum comitem rei privatæ inſcribitur lex poſtrema cod. eodem *De epiſcopis*, &c. quæ congruit cum prima parte hujus conſtitutionis. Nimirum de eadem re in diverſa loca ſcripſerat Valentinianus: in Galliis vero eo exemplo in codices relata eſt, quo miſſa fuerat ad præfectum Galliarum.

DIVERSOS EPISCOPOS. Pelagiani catholicis permiſceri ſolebant, quia eccleſiam aliam non habebant: ideo non facile cognoſcebantur. Vetus auctor hujus ævi e bibliotheca ſanctæ Mariæ Remenſis, qui tria libros compoſuit adverſus Prædeſtinatianos, atque in primo de nonagiota hæreſibus diſſeruit, hæreſi XXCVIII. *Pelagiani*, inquit, *ſeu Cæleſtiani, catholicæ plebi permixti ſunt, quia eccleſiam aliam non habent: & ideo, ubi eis evenerit, communionem non renuunt. Dicunt enim unius confeſſionis eſſe in hac parte in qua euchariſtia conficitur. De quæſtione eum, aiunt, non de communione diſcernimur. Pro hoc auſu & a noſtris, ſi deprehendantur, periculis ſubjacent, & a ſuis execrationi habentur. Habent enim & presbyteros & epiſcopos ſuos.*

INTRA VIGINTI DIES. Pares ad reſipiſcendum inducias ſchiſmaticis in urbe dedit idem Valentinianus ad Fauſtum præfectum Urbi paucis poſt diebus reſcribens, L. LXII. cod. Theod. De hæreticis. *Circa hoc autem maxime*, inquit, *urgenda commotio eſt, qui pravis ſuaſionibus a venerabilis Papæ ſeſe communione ſuſpendunt, quorum etiam ſchiſmate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conventione præmiſſa triginti dierum, condonavimus inducias, intra quos niſi ad communionis redierint unitatem, expulſi uſque ad centeſimum lapidem ſolitudine quam eligunt macerentur.*

JUDÆIS QUOQUE. Concilium Meldenſe canone LXXIII. Militiam Judæis interdixerat Honorius, advocationem permiſerat. L. XXIV. cod. Theod. De Judæis. Mancipia vero Chriſtiana ut habere Judæis liceret, indulſerat idem Honorius hac conditione, ut religionem ab iis ſervari permitterent, L. III. Ne Chriſtianum mancipium Judæus habeat. Lex hæc & a cauſis agendis Judæos, militiaque excludit, & ne Chriſtianos ſervos habeant penitus interdicit.

IN CONCILIUM REGENSE
anno Domini CCCCXXXIX. celebratum.

SYnodi occaſio & cauſa fuit, quam titulus indicat, vitioſa ordinatio epiſcopi Ebredunenſis. Vitioſam autem *Tomo 1. pag. 1747.* triplici ex capite affirmant, quod ſine tribus epiſcopis facta ſit, quod ſine comprovincialium epiſcoporum litteris, quod ſine auctoritate metropolitani. Tria hæc enim ad legitimam epiſcopi ordinationem exigit canon IV. ſynodi Nicænæ. Sed de tertio capite, hoc eſt, de conſenſu & auctoritate metropolitani, quæri haud abs re poteſt, unde locum habeat, ubi ſermo eſt de ordinando epiſcopo Ebredunæ civitatis, quæ ipſa erat metropolis: cum ordinandi metropolitani poteſtas ſit penes epiſcopos provinciæ. Omnino hinc apparet, quod ante monuimus, Ebredunenſem epiſcopum, licet ejus civitas caput eſſet provinciæ Alpium maritimarum, nondum tamen hoc tempore metropolitani jura obtinuiſſe in eccleſiis, ſed alteri obnoxium fuiſſe metropolitano, nempe Arelatenſi, qui jus in Ebredunenſem ſibi vindicabat, ut ſynodus hæc ab Hilario Arelatenſi habita declarat.

REGENSE. Ita veteres libri, non *Regienſe*. Sic & Fauſtus, qui epiſcopus Regienſis dici vulgo ſolet, ab antiquis ſcriptoribus Regenſis nuncupatur. Paulus diaconus lib. III. Gregor. Turon. lib. IV. territorium Regenſe. Nec dubium quin ubi in concilio Valentino Hiſpaniæ ſynodus Regienſis nominatur, Regenſis appellari debeat. Vera enim & priſca ſcripturæ ratio fuit, Reienſis, nam & urbem ipſam, ut Sidonius docet, Reios vocabant. Poſtea Regenſis ſcribi cœpit, quia utriuſque vocis apud Gallos idem eſt ſonus, ſicut in *majeſtas* & *mageſtas*.

PRIMUM ITAQUE. Duobus epiſcopis, qui hoc ſibi *Can. I.* uſurparant, ut ſoli epiſcopum ordinarent, pœnam irrogat, quam ſynodus Taurinenſis can. III. in hujuſmodi præſumptores conſtituerat, ut nullis deinceps ordinationibus, nulliſque ordinariis conciliis interſint. Nihil enim eſt æquius, quam ut qua quis abutitur poteſtate, illa careat. Itaque ſynodus Nicæna in Meletium Lyci epiſcopum, qui presbyterorum ordinationes ad Alexandrinum epiſcopum ſpectantes temere ſibi arrogarat, pœnam decrevit, τὸ λοιπὸν μήτε ἐν πόλει, μήτε ἐν κώμῃ χειροτονεῖν. *Ut nullum de cetero neque in urbe, neque in vico eccleſiæ miniſtrum ordinaret.* Theodoretus lib. IV. Hiſtor. cap. XXIII. & ſynodica concilii ad Alexandrinos. Simplicius vero Papa epiſtola III. Gaudentio Auſinienſi epiſcopo, qui ordinationes illicitas contra canones perpetrarat, ordinandi poteſtatem auferri juſſit, & hoc in ejus eccleſia officio fungi Severum alterius ſedis epiſcopum.

EBREDUNENSI ECCLESIÆ. Rejecto Armentario, *Can. II.* qui perperam a duobus fuerat conſecratus, alterum in Ebredunenſi eccleſia, viginti jam menſium ſpatio rectore deſtituta, legitimum epiſcopum ordinari jubet.

VERUM QUIA HÆC SANCTA SYNODUS. Armen- *Can. III.* tarium eumdem intra provinciam Alpium maritimarum conſiſtere vetat: permittit ut extra eam liceat epiſcopo, qui voluerit, unam illi de parochiis ſuis concedere, in qua

aut cho-

aut chorepiſcopi nomine miniſtret, aut peregrina communione fruatur. In quo ſe ſynodi Nicænæ ſecutam exemplum profitetur, quæ Catharorum ſive Novatianorum epiſcopis, cum ad eccleſiam redeunt, χωρεπισκόπου τόπον chorepiſcopi locum dari ſtatuit, canone VIII.

CHOREPISCOPI NOMINE. Chorepiſcopi, quaſi χώρας, id eſt, regionis, epiſcopi dicti, olim fuerunt præcipui epiſcoporum miniſtri, qui ἐν κώμαις καὶ χώραις, per vicos & agros, eccleſiarum quæ extra civitatem erant, curam gerebant. Ordinabantur enim ab epiſcopo civitatis, eique ſuberant, & epiſcopalia munera pro illius arbitrio nutuque adminiſtrabant. Quamquam autem chorepiſcoporum per canones ſæpe reſciſſa eſt poteſtas: numquam tamen cautum, ne plus quam uni eccleſiæ præeſſent, aut ne inferioris ordinis clericos ordinarent. Quare Armentario, cui hæc interdicuntur, nomen potius quam officium chorepiſcopi, minus illi certe quam licebat chorepiſcopis, indultum videtur.

PEREGRINA COMMUNIONE. Peregrina communio dicebatur, quæ peregrinis in alia eccleſia concedi ſolebat. Armentarius igitur, ſi eccleſia ei adtribuenda erat, quam gubernaret, peregrinus eſſe deſinebat, in eccleſiæ illius matriculam referendus: ſin autem, non ut gubernaret, ſed ut in ea tamquam hoſpes & peregrinus verſaretur, peregrina communione impertiendus erat, de qua pluribus ad ſynodum Agathenſem dicendum erit.

Can. IV. SANE QUIA MINISTRORUM. Clericos Ebreduni ordinarat Armentarius, & in his quoſdam excommunicatos. de quibus præcipit ſynodus, ut deponantur; de reliquis vero, ut in arbitrio ſit Ebredunenſis epiſcopi, vel in eccleſia ſua illos retinere ſi velit, vel ad locum transferre, quem incolet Armentarius.

Can. V. OMNI PRESBYTERO. Presbyteris permittit, ut privatim benedicant, non publice in eccleſia. Nec privatim ergo ante hoc tempus benedictionem dabant in his provinciis Galliæ. Poſtea licuit. Unde in ſynodo Agathenſi can. XLIV. publicam tantum dare prohibentur, non privatam. *Benedictionem*, inquit, *ſuper plebem in eccleſia fundere presbytero penitus non licebit.* In Oriente vero, ut de aliis nunc locis nihil dicam, utraque presbyteris benedictio conceſſa: quod elicitur ex verbis ſancti Baſilii ad Amphilochium can. XXVII. de presbytero nefariis nuptiis per ignorantiam implicito: μήτε δημοσίᾳ, μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω: *Nec publice*, inquit, *nec privatim benedicat.* Quod enim multæ cauſa facere illos vetat, argumento eſt extra culpam licuiſſe.

Can. VI. AD ECCLESIAM QUÆ EPISCOPUM PERD. Ad defuncti epiſcopi exſequias venire jubetur vicinus epiſcopus, & curam eccleſiæ ipſius gerere, omniaque recenſere ac deſcribere, ne quid pereat: mox ad eccleſiam ſuam redire, donec a metropolitano ad ſucceſſoris ordinationem cum aliis evocetur. Qua de re iterum in ſynodo Aurelianenſi II. can. V. & VI. tum maxime in concilio Valentino Hiſpaniæ can. II. III. & IV. *Secundum Regienſis*, inquit, *ſynodi conſtituta, epiſcopo de corpore recedente, vicinior illi accedat epiſcopus, qui ex more exſequiis celebratis ſtatim eccleſiæ ipſius curam gerat, &c.*

Can. VIII. BIS IN ANNO CONVENTUS. Binæ ſynodi provinciales. De bis enim a ſynodo Nicæna fuerat decretum canone V. αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς· δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν. *Concilia*, inquit, *celebrentur, unum quidem ante Quadrageſimam, ſecundum autem circa tempus autumni.* Quod Romæ quidem ſolitum obſervari docet Leonis Magni epiſtola V. ad epiſcopos Siciliæ. At in Gallia, quo minus bis quotannis metropolitano cum ſuis provincialibus convenire liceret, crebri motus, & alia ſæpe obſiſtebant, ut innuit Arauſicanus quoque canon XXIX. Ideo exceptionem hoc loco ſynodus adjecit, *ſi quies temporum erit*: & unicum in anno conventum alii canones indixerunt; ut ſynodi Agathenſis canon XLVIII. *annis ſingulis congregari placuit.* Idemque ſæpius repetunt aliæ ſynodi Gallicanæ: quomodo & in Africa ſtatutum a concilio III. Carthaginenſi can. II. *Singulis quibuſque annis concilium convocari.* Et in Hiſpania concilii Toletani III. canone XVIII. decretum ſimiliter, *ut epiſcopi ſemel in anno die Kalendarum Novembrium in unum conveniant.* In Oriente quoque ipſo, etſi binos conventus Nicæna, ut dictum eſt, ſynodus præſcripſerat, itemque Chalcedonenſis can. XIX. poſtea tamen ſexta ſynodus, id eſt, in Trullano canone VIII. eamque ſecuta poſterior ſynodus Nicæna canone VI. propter varias difficultates, conventum quotannis unicum exegerunt.

SUBSCRIPTIONES.

EGO HILARIUS EPISCOPUS. De hoc dubium eſſe non poteſt, quin Hilarius ſit Arelatenſis, quem ante annos decem Honorato ſucceſſiſſe docuimus. De ceteris, qui ſubſcribunt, hoc univerſum pronunciare licet, epiſcopos omnes videri partim ex ea Viennenſis provinciæ parte, quæ Arelatenſibus vicinior erat, partim ex Narbonenſi II. & Alpina maritima, in quas Arelatenſes epiſcopi jus ſibi & imperium hoc tempore vindicabant. Ex his Auſpicium Vaſionenſem epiſcopum fuiſſe, conſtat ex ſynodo Vaſenſi poſt triennium habita. Valerianum, Cemelienſem noſtrum eſſe conjicio, Maximum Reienſem, Conſtantinum, qui per vicarium interfuit, Vappiocenſem. Nectarius porro, cujus ſedes ignoratur, is eſt omnino, qui Romam ab Hilario, ut eſt in ejus vita, poſt aliquot annos miſſus eſt ad Leonem Papam una cum Conſtantio incertæ item ſedis epiſcopo.

AD CONCILIUM ARAUSICANUM I.

anno CCCCXLI.

CONſtitutiones. De titulo conſentiunt vetera exemplaria: *Conſtitutiones ſanctæ ſynodi habitæ in territorio Arauſico, ſub die VI. Idus Novembres, Cyro conſule, in eccleſia Juſtinianenſi*: niſi quod in paucis legitur *Juſtianenſi*: unde & infra in cauſa Contumelioſi epiſcopi ſynodus Juſtianenſis appellatur. Tomo I. pag. 1783. A.

Can. I. *Hæreticos in mortis.* Hic etiam libri omnes conſentiunt, primo loco ſtatuentes canonem, qui ſecundus erat in vulgatis, & contra primum ſecundo.

Can. II. *Semel chriſmari.* Vulgati codices, & Gratianus, aliique collectores, *ſemel in baptiſmate chriſmari.* Et vero certum eſt de baptiſmate agi. Sed cum hæc verba in antiquis exemplaribus non ſint, & gloſſema ſapiant, religio fuit ea retinere.

Can. X. *Vel pro fundi ſui negotio.* Brevius in codice Lugdunenſi, Foſſatenſi, Remenſi, & aliis. *vel pro fundi ſui, aut eccleſiaſtici, vel pro quacumque ſuorum opportunitate.*

Can. XXVII. *Impoſita ab epiſcopo.* Ita vetuſtiſſimi & optimi quique codices, Lugdunenſis, Remenſis, Foſſatenſis, Tilianus, & alii. Pauci recentiores, *a presbytero*: quod inde ortum videtur, quia viduas velare poſtea licuit etiam presbyteris. Gratianus & alii collectores legunt *ab epiſcopo.*

Can. XXIX. *Novembres, Luciano.* Variant hic etiam manuſcripti. Nam Foſſatenſis, Tilianus, & alii quidam habent, *Decembris, Luciano*: Lugdunenſis & Remenſis cum reliquis habent *Novembris*: ſed pro *Luciano* hic *Juſtiniano* legit, ille *Juſtiano*: ut ſtatui certi nihil poſſit.

Ego Conſtantinus. Lugdunenſis, ut in concilio Regenſi, *Conſtantianus*, quomodo & alii nonnulli. Pag. 1787. A.

Ceretius. Ita diſerte Virdunenſis, ſicut in epiſtola ejuſdem ad Leonem Papam. Foſſatenſis & Tilianus, *Caretius.* Lugdunenſis, *Cereſius.* Pithœanus, *Ceterius.* Remenſis vero, ut olim vulgati, *Cæſarius.* Pag. 1788. A.

NOTÆ POSTUMÆ.

ARauſicanum dicitur, non quod apud civitatem ipſam Arauſicanam, ſed quod in vicino ejus territorii vico Juſtiniano, ſive ut alii legunt, Juſtiano, habitum ſit, ſicut Vaſenſe II. appellatum eſt, quod in vico Vaſenſi. Arauſicanum vero concilium II. ut ejus præfatio indicat, in civitate ipſa celebratum eſt.

Can. I. HÆRETICOS IN MORTIS. Hæreticis, qui ſub mortem convertuntur, indulget ſynodus, ut a presbyteris

chriſmate & benedictione conſignari, id eſt, confirmari poſſint: quod alioqui, ſi ſani eſſent, per epiſcopos præſtandum foret, ut declarat ſynodus Epaonenſis can. XVI. Ab hæreticis porro venientes confirmandos eſſe, docuit canon VIII. Arelatenſis. Hinc Iſidorus de eccleſiaſticis officiis cap. XXIV. *Hæretici*, inquit, *non iterum baptizandi, ſed ſolo chriſmate & manus impoſitione purgandi ſunt.* Cujus moris illuſtria paſſim ſunt exempla, ut Lantildis ſororis Clodovei regis noſtri, quæ ex hæreſi Ariana, in quam dilapſa fuerat, converſa, chriſmata eſt, ut refert Gregorius Turon. lib. II. hiſtoriæ Francorum cap. XXXI. & Herminichildi regis Gothorum in Hiſpania filii, qui, ut Gregorius idem narrat lib. V. cap. XXXIX. Ingundis Sigiberti regis filiæ conjugis ſuæ prædicatione converſus eſt ad legem catholicam, & dum chriſmaretur Joannes eſt vocatus. Chararici denique regis Suevorum in Gallæcia, de quo idem Gregorius, de miraculis ſancti Martini lib. I. cap. VI. *Rex*, ait, *unitatem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti confeſſus, cum omni domo ſua chriſmatus eſt.* Quod vero in ſubita converſione decumbentium hæreticorum, ne hoc ſacramento deſtituti abirent e vita, conceditur hoc loco, ut a presbyteris chriſmentur: idem olim univerſe conceſſum a Silveſtro Papa neophytis omnibus videtur ob periculum mortis. Sic enim de eo legitur in geſtis Pontificum: *Hic & hoc conſtituit, ut baptizatum liniat presbyter chriſmate, levatum de aqua, propter periculum mortis.*

Can. II. Nullum ministrorum. Duplex hodie cujuſlibet Chriſtiani eſt unctio chriſmatis in eccleſia catholica: una in capite, quæ fit in baptiſmo; altera in fronte, quæ in confirmatione. At ſynodus unicam chriſmationem vult fieri, eamque in baptiſmo. Ideo miniſtrum baptiſmi chriſma ſemper in promptu habere jubet, ut baptizatum mox liniat. Quod ſi quo caſu chriſmatus in baptiſmo quiſpiam non fuerit, tunc in confirmatione commoneri epiſcopum, ut chriſmet ipſe, nimirum priuſquam manum imponat. Quæ quidem a priſca eccleſiæ diſciplina abhorrent. Primis enim ſæculis, cum poſt baptiſmum chriſmatio mox, tum euchariſtia ſequebatur: unica ut apparet, in uſu fuit unctio chriſmatis, qua epiſcopus baptizatos conſignabat. Itaque unicam commemorant Tertullianus de baptiſmo cap. VII. Cyprianus epiſtola LXX. & alii patres antiqui. Poſt tempora Silveſtri, qui presbyteris liniendi chriſmate baptizatos poteſtatem fecit, ut dictum eſt, cum alio jam tempore baptizarentur infantes, & alio chriſmarentur, variique eſſent ritus apud diverſos: invaluit tandem, ut alia baptiſmi, alia confirmationis ſit chriſmatio, ut eſt in epiſtola Innocentii Papæ ad Decentium Eugubinum cap. III. & apud rituum eccleſiaſticorum ſcriptores. Eamdem docet eſſe Beda in Pſal. 26. Hieronymus adverſus Luciferianos cap. IV. *Inde venit, ut ſine chriſmate & epiſcopi juſſione neque presbyter, neque diaconus, jus habeant baptizandi: quod frequenter, ſi tamen neceſſitas cogit, ſcimus etiam licere laicis.*

Can. III. Qui recedunt de corpore. Qui pœnitentiam publicam acceperant, euchariſtiæ non participabant, priuſquam peracto pœnitentiæ curſu per manus impoſitionem reconciliati eſſent. Pœnitentium tamen, quibus mors imminebat, ſemper habita eſt ratio. De his ergo, qui pœnitentiam agentes ad vitæ finem veniunt, ſtatuit ſynodus Nicæna cap. XIII. ut viatico non priventur, & ſi revaluerint ad pœnitentium loca redeant. *De iis vero, qui ſub ipſum vitæ finem pœnitentiam acceperint*, ſtatuit ſimiliter hoc loco ſynodus euchariſtiam illis dari, ſed ſine reconciliatoria manuum impoſitione: ita ut ſi revaluerint, non ſe credant penitus abſolutos, ſed ſtent inter pœnitentes: ut expleta pœnitentia, legitimam, hoc eſt, pœnitentibus in eccleſia dari ſolitam, communionem cum reconciliatione recipiant. Nec diſſimilia ſunt quæ de utriſque ſanciuntur in ſynodo IV. Carthaginienſi can. LXXVI. LXXVII. & LXXVIII. niſi quod pœnitentiam in exitu poſcentibus, reconciliationem ſimul tribuendam decernit; ita tamen, ut pœnitentiæ legibus ſubdantur, ſi revaluerint.

Viaticum nominaverunt. Synodus Nicæna ἐφόδιον can. XIII. εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. *Si quis vita excedat, ultimo & maxime neceſſario viatico non defraudetur.* Supra Innocentius, epiſtola II. ad Exuperium cap. II. *Communionem dari abeuntibus placuit, quaſi viaticum profecturis.* In concilio Agathenſi can. XV. & in aliis Gallicanis. Paulinus presbyter de obitu ſancti Ambroſii: *Corpus Domini ubi glutivit, emiſit ſpiritum, bonum viaticum ſecum ferens.* Præclare vero Gaudentius Brixianus, qui euchariſtiam nobis non ſolum abeuntibus e vita, ſed vitæ hujus viam decurrentibus, perpetuum viaticum eſſe docet: *Hoc eſt*, inquit, *viaticum noſtri itineris, quo in hac via vitæ alimur & nutrimur, donec ad ipſum pergamus de hac vita recedentes.*

Can. IV. Poenitentiam clericis. Pugnare hic canon videtur, cum verbis Siricii in epiſtola ad Himerium cap. XIV. *Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum.* Sed Siricium conſtat de ea pœnitentia loqui, in qua capitalis alicujus criminis, quod a cleri gradu abhorreat, fit confeſſio; ſynodum vero de pœnitentia, quæ nullam ejuſmodi criminis notam habeat: quam quidem a clericis ſalvo gradu & officio accipi agique poſſe docet can. X. concilii Toletani XIII. *Sancta*, inquit, *ſynodus definivit, ut quicumque Pontificum vel ſacerdotum, deinceps per manus impoſitionem pœnitentiæ donum exceperint, nec ſe mortalium criminum profeſſione notaverint, tenorem retentandi regiminis non amittant, ſed per metropolitanum reconciliatione pœnitentium more ſuſcepta, ſolita compleant ordinis ſui officia, vel cetera myſteriorum ſibi credita ſacramenta.*

Can. V. Eos qui ad ecclesiam confug. Confugiebant ad eccleſiam remedii cauſa rei criminum, ſervi culpa in dominum admiſſa, miſeri omnes quos pœnæ metus, vel alia neceſſitas impellebat. Quos ut per vim abſtrahere nefas erat, ita eccleſiæ præpoſitis religio eos tradere, vel interceſſione ſua non ſublevare. Ac mira olim in eo fuit ſanctorum pontificum pietas & induſtria: ut ſancti Ambroſii, qui teſte Paulino in ejus vita, raptum ab altari Creſcentium reum diu flevit, multatiſque a Deo raptoribus mirabiliter recepit: Eugenianis deinde, qui ad eccleſiam confugerant, veniam ab Imperatore impetravit; & ſancti Auguſtini, qui, ut eſt in ejus epiſtola CCXV. ad Hipponenſes, Faſtii cujuſdam, qui cum æs alienum ſolvere non poſſet, ad eccleſiam confugerat, ne pœnam corporalem pateretur, creditori, mutua pecunia accepta, pro eo ſatisfecit. Idem etiam epiſtola CCXXX. ad Fortunatum epiſcopum: *Faventium*, inquit, *bene novit ſanctitas tua, qui Paratianenſis ſaltus conductor fuit. Is cum ab ejuſdem poſſeſſionis domino neſcio quid ſibi metueret, ad Hipponenſem confugit eccleſiam: & ibi erat, ut confugientes ſolent, exſpectans quomodo per interceſſionem noſtram ſua negotia terminaret, &c.*

Can. VI. Si quis mancipia clericorum. Pro ſervis, qui ad eccleſiam libertatis vel indulgentiæ cauſa confugerant, domini eorum, ægre id ferentes, eccleſiæ ſervos interdum invadebant. Quod qui fecerint, hos ſynodus ſumma diſtrictione feriendos diſcernit.

Can. VII. In ecclesia manumissos. Ut manumitti a dominis ſervos in eccleſia liceret, conceſſum eſt a Conſtantino Magno, cujus ea de re gemina lex eſt Cod. De his qui in eccleſia manumittuntur. Tertiæ autem meminit Sozomenus lib. I. hiſtoriæ cap. IX. Quo jure cum antea careret Africa, exemplo Italiæ poſtulandum decrevit, ut eſt in ſynodi Africanæ canone XXXI. & XLIX. *Placuit ut de manumiſſionibus in eccleſia celebrandis ab Imperatore petatur.* Auguſtinus in ſermone nuper edito: *Servum tuum manumittendum ducis in eccleſiam: recitatur libellus, aut fit deſiderii tui proſecutio. Dicis te ſervum tuum manumittere, quod tibi in omnibus ſervaverit fidem.* Libelli vero hujuſmodi, & manumiſſionis in eccleſia factæ, inſigne apud Ennodium eſt exemplum in Opuſculo VIII. cui titulus: *Petitorium quo abſolutus eſt Gerontius puer Agapiti.* Alii libertos ſuos eccleſiæ morientes commendabant. De quibus in concilio II. Matiſconenſi can. VII. & in Toletano IV. can. LXXII. Utroſque ſynodus vexari a quoquam vetat.

Can. VIII. IX. Si quis alibi consistentem. De alienis civibus ordinandis vel ordinatis duo hi canones præcipiunt: prior quidem, ut ſi epiſcopus clericum ordinare velit eum

qui in alterius epiſcopi eſt diœceſi, prius efficiat ut cum ipſo habitet; deinde ab epiſcopo, ſub quo ille antea verſabatur, exquirat numquid cauſæ ſit, cur ab eo non fuerit ordinatus: poſterior, ut ſi quos ejuſmodi alibi conſiſtentes ordinavit, qui idonei ſint, aut illos ad ſe revocet, aut illis epiſcopi cum quo habitant, impetret gratiam.

Can. X. Si quis episcoporum. De eccleſia quam epiſcopus in alterius epiſcopi territorio ædificaturus eſt, quatuor obſervanda conſtituit. Primum, ut ædificandi licentiam ab illo accipiat. alterum, ut eccleſiæ dedicationem illi reſervet: tertium, ut eidem clericos, quos eccleſiæ illi miniſtrare cupit, vel ordinandos offerat, vel ſi jam ſunt ordinati, approbandos. Poſtremum, ut tota eccleſiæ illius gubernatio ad eumdem pertineat. De eccleſiis etiam, quaſcumque ſæculares ædificant, ſi quis epiſcopus præter eum cujus eſt territorium, ad novam eccleſiam dedicandam invitatus venerit, ut nullis deinceps epiſcoporum conventibus interſit.

Can. XI. Placuit in reatum. Vetus & perpetua eccleſiæ lex fuit, quam ſynodus Nicæna can. v. confirmat, *τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι· ut ab aliis ejecti, ut ab aliis non recipiantur.* Qua ex diſciplina ſanctus Auguſtinus ad Quintianum presbyterum ab epiſcopo ſuo excommunicatum ſic reſcribit, epiſt. ccxxxv. *Manifeſtum eſt quidem, quod ſi ad nos venires venerabili epiſcopo Aurelio non communicans, nec apud nos poſſes communicare: ſed ea caritate nos faceremus, qua & illum facere non dubitamus.* Hanc ob cauſam, ut excommunicati omnibus innoteſcerent, admonere per litteras vicinos epiſcopos ſolebant qui excommunicarant. Cujus generis eſt illa Caldonii epiſcopi & aliorum ad clerum Carthaginienſem brevis epiſtola apud Cyprianum xxxix. *Abſtinuimus communicatione Feliciſſimum & Augendum, item Repoſtum de extorribus, & Irenem Rutilorum & Paulam ſarcinatricem, quod ex adnotatione mea ſcire debuiſtis.* Idem Auguſtinus epiſtola lxxiv. ad Deuterium epiſcopum de Victorino ſubdiacono, quem ob Manichæorum hæreſim ſuo gradu dejecerat *Nec mihi*, inquit, *hoc ſatis fuit, niſi & tuæ ſanctitati eum meis litteris intimarem, ut a clericorum gradu congrue eccleſiaſtica ſeveritate dejectus, cavendus omnibus innoteſcat.*

Proximæ synodo reservetur. In ſynodo enim provinciæ diſcutiebantur inter cetera cauſæ excommunicatorum. Quare ſynodi judicio integra omnia reſervanda erant, ut quos epiſcopus ejecerat, jure excommunicati haberentur, donec, ut eſt in eodem Nicæno canone v. epiſcoporum cœtui placeret humaniorem pro iis ferre ſententiam. *μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον.*

Can. XII. Subito obmutescens. Vi morbi, aut alio caſu. De baptiſmo idem ſtatuerat ſynodus iii. Carthaginienſis canone xxxiv. ad quem alludens Fulgentius in libello quem ad Ferrandum diaconum ſcripſit, de Æthiope reſpondens, qui dum baptiſmo parabatur, in letalem morbum inciderat, & ſenſu ac vocis uſu deſtitutus baptiſmum acceperat: *Proinde*, inquit, *firmiſſima tenenda eſt illa canonum ſententia paternorum, quæ infirmos jubet, ſi pro ſe reſpondere non valeant, ſed eorum voluntati teſtimonium ſui periculo proprio dixerint, baptizari.* De pœnitentia ſynodus iv. Carthaginienſis can. lxxvi. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam.* Et poſtea Leo Magnus epiſt. x. ad Theodorum Forojulienſem.

Can. XIII. Amentibus conferenda. Ut baptiſmus & euchariſtia, prout illorum ſtatus id requirit, aut patitur. Baptizari enim ſolent qui mentis compotes umquam fuerunt, itemque qui ante amentiam, aut per lucida intervalla, baptiſmum expetierunt: euchariſtia vero iis tantum & in morte dari, qui ante amentiam deſiderarunt. Oblationem etiam pro eo qui ſibi per amentiam mortem conſciverit, fieri poſſe, reſpondit Timotheus Alexandrinus, canone xiii.

Can. XIV. Energumeni baptizati. Energumeni fideles, ſi bene ſe gerant, euchariſtia minime privandi ſunt. Quare apud Caſſianum collatione vii. cum Germanus cap. xxix. diceret, energumenos a communione in quibuſdam provinciis perpetuo abſtineri, reſpondet abbas Serenus his verbis cap. xxx. *Communionem eis ſacroſanctam a ſenioribus noſtris numquam meminimus interdictam; quin immo ſi poſſibile eſſet, etiam quotidie eis impertiri eam debere cenſebant.* Eliberitana quoque ſynodus canone xxxvii. abſolute definit: *His qui ab immundis vexantur ſpiritibus, ſi fideles fuerint, dandam eſſe communionem.* Nec tempus ullum præſcribit. Nam qui communionem illis a ſynodo in exitu vitæ tantum concedi putant, falluntur mea ſententia, & ſequentibus ſynodi verbis refelluntur. Timotheus denique Alexandrinus can. iii. energumenum fidelem, ſi abſit periculum, ſacris myſteriis participare ait debere, non quidem quotidie, ſed quod ei ſatis ſit, temporibus opportunis: *μεταλαμβανέτω*, inquit, *μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον.*

Vel muniendi vel purgandi. Ita & Caſſianus, Sereni abbatis verbis eodem loco, ſacroſanctam communionem energumenis ad purgationem & tutelam corporis animæque prodeſſe docet. Ad tutelam videlicet, ut muniantur adverſus dæmonis inſultus: *Magis namque*, inquit, *ac magis inimicus inſultabit obſeſſo, cum eum a cæleſti medicina viderit ſegregatum: tantoque durius ac frequentius attentabit, quanto eum de ſpiritali remedio longius ſenſerit abdicatum.* Ad purgationem vero, ut purgato ſpiritu curentur. *Hoc namque*, ait, *modo curatum & abbatem Andronicum nuper adſpeximus, aliosque quamplures.* Quo ſane in numero cenſeri illa poterat Araba puella, quam Carthagine particula corporis Domini ab epiſcopo percepta, per hoſce annos Aſpare conſule liberatam narrat Proſper, aut quiſquis librorum de promiſſionibus & prædictionibus Dei eſt auctor, in Dimidio temporis cap. vi.

Energumenis cathecumenis. Synodus Eliberitana can. xxxvii. *Eos qui ab immundis ſpiritibus vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet.* Sed de iis loqui ſynodus illa videtur, qui catechumeni non ſunt. Timotheus vero Alexandrinus can. ii. de catechumenis agens nihilo ſecius definit. Interrogatus enim de energumeno catechumeno an baptizari debeat, ſi ipſe velit, aut ſui pro eo: reſpondet, priuſquam ab immundo ſpiritu liberetur, baptizari non poſſe, præterquam in exitu vitæ: *ἐάν*, inquit, *δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται.* Arauſicani patres hoc loco non ſolum cum exigit neceſſitas, id eſt, in periculo vitæ, ſed prius etiam ſi opportunitas fuerit, baptizandum cenſent, quia catechumeno jus eſt ad baptiſmum, ſicut fideli ad euchariſtiam. Can. XV.

Qui palam arrepti. Arreptitios ordinari prohibet: quod ſi ordinati fuerint, repelli jubet. Arreptitii ne fiant clerici, cautum eſt can. Apoſtolorum lxxviii. Qui ordinati ſunt, ne miniſtrent, vetat can. xxix. Eliberitanus: removendos a ſacris miniſteriis ſtatuit Gelaſius decreto xix. Inde concilium Toletanum xi. can. xiii. *Bene*, inquit, *majorum regulis definitum eſt, ut dæmonis, aliiſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat.* Can. XVI.

Evangelia deinceps. Idem poſtea decretum in ſynodo Valentina Hiſpaniæ can. i. Ordo Romanus de divinis officiis, docet moris fuiſſe, ut catechumenis in tertio ſcrutinio legerentur explicarenturque quatuor evangeliorum initia, præfante diacono: *State cum ſilentio, audientes intente.* Unde & in Miſſis fidelium, qui intererant catechumeni, evangelium audiebant, & poſtea exire jubebantur ante munerum illationem. Quod igitur hoc loco ſtatuitur, ut evangelia deinceps catechumenis legantur, indicio eſt alium antea in his provinciis morem fuiſſe, juſſoſque ante evangelium recedere catechumenos Quod in Metenſi eccleſia ſuo etiam tempore ſolitum fieri, obſervat, meritoque improbat Amalarius diaconus, lib. iii. de eccleſiaſticis officiis, cap. xxxvi. *Conſuetudo*, inquit, *noſtra tenet, ut catechumenos repellamus ante evangelium. Non mihi hoc videtur ex ratione incumbere, cum procul dubio prædicatoribus gentium præceptum ſit, ut evangelium eis prædicent.* Can. XVIII.

Cap. XIX. AD BAPTISTERIUM. Arceri ſolitos ab ingreſſu baptiſterii catechumenos idem Ordo Romanus oſtendit. Prius enim quam ad ſacrum fontem perducerentur qui baptizandi erant, archidiaconus denunciabat: *Catechumeni recedant, Si quis catechumenus eſt, recedat. Omnes catechumeni exeant foras.* Ita nemo illuc præter renatos & perfectos deſcendebat. Quo alludens, ut videtur, Paulinus epiſtola XII. ad Severum, qui Paulini imaginem in baptiſterio collocarat: *Noſter vero*, inquit, *quis illuc locus eſt, qui nec infantibus innocentia, neque viris concurrimus ſapientia, & ab immaculatis malitia, a perfectis infirmitate diſtinguimur!*

Can. XX. A FIDELIUM BENEDICTIONE. Etiam in domeſticis orationibus benedictionibuſque ſegregandi ſunt, quoad fieri poteſt, a fidelibus catechumeni, cum in his eccleſiæ nondum communicent. Quo nomine contra hæreticos merito ridet Tertullianus libro de præſcriptionibus cap. XVI. quod nullum apud eos fidelis & catechumeni diſcrimen eſſet: *In primis*, inquit, *quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.*

Can. XXI. DE PRÆSUMPTORIBUS. Duos epiſcopos, qui ſoli epiſcopum ordinare præſumpſerant, ſynodus Regenſis, can. I. hac pœna multarat, ut nullis deinceps ordinationibus, nulliſque conciliis intereſſent: hæc acrius in poſterum vindicat, ſtatuitque ut epiſcopali honore priventur. Si duo, inquit, invitum epiſcopum ordinarunt, unius eorum ſedem obtineat qui vim paſſus eſt, & in alterius locum alter ibidem ſubrogetur: ſin volentem, & hic ſimul honore careat. Temeritatis hujus exemplum aliud ſuppeditat ſynodus III. Carthaginenſis can. XXXIX. duorum Numidiæ epiſcoporum, qui ordinare præſumpſerant pontificem: ſed qua pœna ſint affecti, non declarat.

Can. XXII. XXIII & XXIV. DIACONES CONJUGATI. Tria de diaconis, tribus his canonibus ſanciuntur. Primum, ut non ordinentur in poſterum diacones, niſi cum uxoribus profeſſi fuerint caſtitatem: alterum, ut ſi quis cum uxore poſtea incontinens fuerit, ab officio repellatur: tertium, ut qui antehac ordinati ad uxores redierunt, hi juxta canonem VIII. ſynodi Taurinenſis, ad ſuperiorem gradum non promoveantur.

Can. XXV. DE IDONEIS AUTEM. Digamos ordinari clericos non poſſe, ſynodus Valentina docuit, & alii paſſim canones vetant. Permittit autem ſynodus hoc loco, ut ſi quos e digamis eximia vitæ gratia in clerum adſciſci ſuadeat, uſque ad ſubdiaconatum, ſed non ultra hunc gradum, promoveantur.

Can. XXVI. DIACONÆ NON ORDINANDÆ. Diaconiſſæ olim, ut docet Epiphanius hæreſi LXXIX. in eccleſia inſtitutæ honeſtatis cauſa, ut mulierum curam gererent, dum baptiſmo initiabantur, ne coram viris indecentius nudarentur. Epiphanius idem in expoſitione fidei: καὶ διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν, μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, εἰ χρεία κατεπείγοι, λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐξηρετισμέναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπαρθένοι οὖσαι. *Diaconiſſæ*, inquit, *ad hoc unum ſunt, ut mulieribus honeſtatis cauſa operam navent, ſi opus ſit, cum aut baptizandæ ſunt, aut earum corpora inſpicienda. Et hæ quidem vel univiræ eſſe debent continentiam profeſſæ, vel poſt unas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines.* In ſynodo IV. Carthaginienſi can. XII. *Viduæ vel ſanctimoniales quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur.* Has ſynodus hoc loco, quod ad gradum & nomen attinet, non penitus abrogat, ſed prohibet ne in poſterum ordinentur. Ordinari enim ab epiſcopo ſolebant per manuum impoſitionem. Synodus Chalcedonenſis can. XV. διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα· *Diaconiſſam mulierem ante annum quadrageſimum non ordinandam.* Epiphanius ad Joannem Hieroſolymitanum apud Hieronymum epiſt. LX. *Numquam ego ordinavi diaconiſſas, & ad alienas miſi provincias.* Itaque in clero cenſebantur, & clero plane accenſet Nicænus canon XIX. περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων. *De diaconiſſis, & de omnibus qui in clero cenſentur.* Quod enim ibidem mox dici videtur, diaconiſſas impoſitionem manuum non habere: non de eccleſiæ catholicæ diaconiſſis dictum eſt, ſed de iis quæ apud Pauliniſtas nullam revera ordinationem acceperant. Quare viderint, qui ad eum canonem aliter ſentiunt, cum diaconiſſarum conſecrationem, ſacramque ordinationem, aperte aſſerant ſynodus Epaonenſis can. XXI. & Novella VI. Juſtiniani cap. VI. Nunc ergo ut ad canonem noſtrum redeam, diaconiſſas ſynodus non ſolum deinceps ordinari vetat: ſed & eas quæ jam ordinatæ ſunt, extra clerum habendas decernit, ac proinde ut laicas benedictioni quæ populo impenditur ſubjiciendas, cum clerici huic benedictioni capita ſubmittere non ſoleant.

Can. XXVII. VIDUITATIS PROFESSIONEM. Ritum indicat, quo viduæ ſacrabantur, & damnationem quæ prævaricantes ſequebatur. Vidua, quæ ſanctæ religionis propoſito tenebatur, ante omnia profeſſionem ſuam epiſcopo, in ſecretario eccleſiæ, ſcriptam dabat, continentem, ſe & caſtitatis propoſitum velle, & hoc perpetuo ſervaturam. Poſt hæc vidualem habitum ab epiſcopo ſuſcipiebat, veſtem nimirum religioni congruentem, & velum, ſive pallium, ut eſt in concilio Toletano X. can. IV. In ordine Romano *conſecrationis viduæ, quæ fuerit caſtitatem profeſſa*, vidua conſecratum ab epiſcopo velamen de altari accipit, & ipſa ſibi, non epiſcopus, imponit. Viduas porro profeſſionem conjugio violantes, earumque raptores ſynodus IV. Carthaginienſis excommunicatione damnat canone CIV. *Si quæ viduæ*, inquit, *ſe devoverunt Domino, & veſte laïcali abjecta, ſub teſtimonio epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerunt, poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierunt, tales perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant: quæ etiam, nec in convivio cum Chriſtianis communicent.*

IMPOSITA AB EPISCOPO. Ita veteres libri, præter paucos recentiores, in quibus ſcriptum eſt *a presbytero*: quod inde ortum videtur, quia viduas velare licet etiam presbyteris.

DESERTORES PROF. CASTITATIS. Diverſa erant genera eorum qui caſtitatem profitebantur, ut conjuges converſi, viduæ religionis propoſitum amplexæ, virgines Deo dicatæ, monachi, pœnitentes. Quod ergo univerſe hoc loco de profeſſæ caſtitatis deſertoribus præcipitur, hoc ſingillatim obſervare eſt in aliis canonibus, qui legitimas in unoquoque genere lapſis pœnitentias irrogant. Can. XXVIII.

NULLUS CONVENTUS. In unaquaque ſynodo proxime futuram ſynodum denunciari jubet, atque ex hoc ſuo decreto ſequentis anni ſynodum denunciat. Cujus rei exemplum alterum exſtat in ejuſdem provinciæ concilio Carpentoratenſi, in iis verbis quæ ex codice Lugdunenſi adjecimus: *Hoc*, inquit, *etiam placuit cuſtodiri, ut ſequenti anno in vico Vaſenſi, VIII. Idus Novembres debeat concilium congregari.* Can. XXIX.

SI QUIS EPISCOPUS. Non debet epiſcopus propter infirmitatem ea quæ epiſcopi ſunt propria presbyteris permittere, ſed alium epiſcopum evocare, qui ejus vices ſuppleat. Sed in ea re non hujus tantum ſæculi error fuit. In hoc concilio ſane Hiſpalenſi II. can. V. Egabrenſis epiſcopi fit mentio, qui oculorum dolore detentus, dum clericorum unus ad presbyterium, alter ad diaconatum ſacrarentur, ferebatur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam benedictionem dediſſe. Quam proinde ordinationem ſynodus irritam declarat. Ruſumque can. VI. perſtringitur Agapius Complotenſis quondam epiſcopus, quem fama erat frequentes presbyteros deſtinaſſe, qui abſente Pontifice altaria erigerent, baſilicas conſecrarent, quæ propria ſunt munera epiſcoporum. Quare talem ultra licentiam uſurpari vetat. Can. XXX.

SUBSCRIPTIONES.

EGO EUCHERIUS EPISCOPUS. Comprovincialium epiſcoporum mentio Lugdunenſem Eucherium fuiſſe confirmat: de quo præclare inter ceteros, idem qui ſynodo præfuit Hilarius Arelatenſis in homilia de ſancto Honorato: *Unde pulcherrime*, inquit, *ſplendidus mundo, ſplendidior Chriſto, æmulus virtutis ejus beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut aſſolet, cera illitis, in proxima ab ipſo degente inſula, litteras ejus ſuſcepiſſet, mel, inquit, ſuum ceris reddidiſti.* Eucherius viciſſim, quanti faceret Hilarium, teſtatus eſt libello de

Digitized by Google

laude eremi, quem ad eum ſcripſit, cum Lirinenſem inſulam repeteret: *Domino ſancto, & meritis beatiſſimo, & in Chriſto glorioſiſſimo Hilario, Eucherius.* Neuter enim adhuc erat epiſcopus.

IN CONCILIUM VASENSE anno Domini CCCCXLII. celebratum.

Tomo 1. pag 1787. B. QUi pro duobus conciliis Vaſenſibus tria fuiſſe contendunt, fruſtra ſe torquent, & nodum, quod aiunt, in ſcirpo quærunt. Duo quippe, nec plura, in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, ſuis apte diſtincta canonibus, hoc primum ſub Leone Papa, & alterum poſt annos fere XC. ſub Felice IV. neque in his ulla, quod putant, eſt confuſio. Sed ut tertium his antiquius Vaſenſe concilium fingerent, impulit falſa opinio, qua ſibi concilium Arelatenſe II. in quo ſynodi Vaſenſis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum perſuaſerant, cum ex Vaſenſis contra ſynodi mentione poſteriorem illa fuiſſe Arelatenſem conjici debuerit.

Ibidem. *Apud Auſpicium epiſcopum.* Editiones vulgatæ, *apud Urbicum epiſcopum.* Sed Auſpicium habent omnes manuſcripti, eum videlicet qui proxime concilio Regenſi & Arauſicano cum ceteris ſubſcripſit: ex hoc vero loco Vaſionenſem epiſcopum fuiſſe intelligimus. Quamquam autem ſubſcriptiones hic nullæ ſunt, quæ aliorum epiſcoporum nomina indicent, ſunt tamen qui epiſcopos ad hanc ſynodum conveniſſe tradant numero XV. alii duodeviginti.

Can. IV. *Quidam patrum.* Sanctus Hieronymus in epiſtola II. ad Nepotianum. Jugulat ergo hic locus errorem illorum qui concilium Vaſenſe, in quo editus eſt hic canon, & Arelatenſe II. a quo laudatur, ad Julii Papæ tempora referri poſſe augurati ſunt.

Can. V. *Sane ſi quis.* Rectius opinor codex Lugdunenſis, item & Foſſatenſis, novum hic canonem non ſtatuunt, ſed hoc membrum cum ſuperiore velut ejus partem conjungunt.

NOTÆ POSTUMÆ.

QUi pro duobus conciliis Vaſenſibus tria fuiſſe contendunt, fruſtra ſe torquent, & nodum, quod aiunt, in ſcirpo quærunt. Duo quippe in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, ſuis apte diſtincta canonibus, hoc primum ſub Leone Papa, & alterum poſt annos fere XC. ſub Felice IV. Neque in his ulla, quod putant, eſt confuſio. Sed ut tertium his antiquius Vaſenſe concilium fingerent, impulit falſa opinio, qua ſibi concilium Arelatenſe II. in quo ſynodi Vaſenſis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum perſuaſerant: cum ex Vaſenſis contra ſynodi mentione, atque in Arauſicanis canonibus, qui in eo inſerti ſunt, poſterius his fuiſſe Arelatenſe colligi debuerit. Fucum etiam fecit chronici Adoniani locus, qui antiquiorem quamdam ſub Nectario epiſcopo ſynodum Vaſenſem expromere videtur. Sed quam fidem in epiſcoporum Viennenſium rebus mereatur chronicum illud, jam animadverſum eſt in concilio I. Arelatenſi. Nunc autem, ut aliam olim ſynodum Vaſenſem fuiſſe concedamus, ad illam certe non pertinent conciliorum Vaſenſium canones quos habemus. Quare diſtrahi non debent.

VASENSE. Uſus obtinuit, ut Vaſenſe concilium dicatur, quod, ſi originem ſpectes, Vaſionenſe potius aut Vaſienſe dici debuit. Nam civitas ipſa Vaſio Vocontiorum, & cives in antiqua inſcriptione Vaſienſes Vocontii nuncupantur.

Can. I. EPISCOPIS DE GALLIC. Peregrinum epiſcopum ſine commendatitiis ſive formatis ſuſcipi vetat canon Apoſtolorum XXXIV. atque his oblatis, diſcuti ἀνακρίνεσθαι eos jubet, priuſquam ſuſcipiantur. Cui conſentit & canon LVIII. ſynodi Eliberitanæ. *De iis qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur.* Hic vero canon Gallicanos epiſcopos, velut notos, intra Gallias diſcuti non debere ſtatuit, nec formatas, ut opinor, accipere. Quod apud alias quoque gentes obſervatum hinc apparet, quod epiſcopis formatas tum ſolum imperant, cum ad comitatum, vel ad exteras gentes profecturi ſunt: ut in Oriente, concilii Antiocheni canone XI. epiſcopus ad Imperatorem pergens, epiſcoporum provinciæ, ac præcipue metropolitani, litteras accipere jubetur; & in Africa, concilii III. Carthaginienſis can. XXVIII. *Placuit ut epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo, ſive cujuſque provinciæ primate, ut ab eo præcipue poſſint ſumere formatam vel commendationem.* Sic igitur in Gallia epiſcopi cum per Gallicanas tantum provincias peregrinabantur, formatis non egebant: extra Gallias profecturi, ab Arelatenſi epiſcopo ſumebant, ut alibi dictum eſt.

PRO HIS QUI POENITENTIA ACC. Pro iis Can. II. qui in pœnitentiæ decurſu ante reconciliationem ſubita morte abripiuntur, oblationes recipi, & ſepulturam illis ac deinceps memoriam concedi oportere ſtatuit. Quod diſertis quoque verbis ſancitum eſt canone LXXIX. Concilii IV. Carthaginienſis: *Pœnitentes*, inquit, *qui attente leges pœnitentiæ exſequuntur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis ſubveniri non poſſit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.* Toletani etiam concilii XI. Patres canone XII. etſi diverſas de hoc capite ſententias fuiſſe ſignificant, in humaniorem tamen conſpirant, *ut & memoria talium in eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur.*

PER SINGULA TERRITORIA. Presbyteri eccleſia- Can. III. rum chriſma quotannis ſub Paſchæ tempus a proprio epiſcopo petant per diaconum vel ſubdiaconum. Ut diaconi vel ſubdiaconi deſtinentur, probat etiam concilium Toletanum I. can. XX. & Bracarenſe II. can. LI. Synodus noſtra etſi permittit, ut occupatis miniſtris, id eſt diaconis, deſtinare liceat ſubdiaconos: præſtare tamen ait, ut chriſma presbyter ipſe ſuſcipiat, aut certe diaconus, *qui ſacrario præeſt.* Quæ itidem eſt ſententia concilii IV. Carthaginienſis can. XXXVI. *Presbyteri*, inquit, *qui per diœceſes eccleſias regunt, non a quibuſlibet epiſcopis, ſed a ſuis, nec per juniorem clericum, ſed aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant.* Montanus epiſcopus Palentinus ad clericos eccleſiæ ſuæ: *An forſitan ſanctorum patrum regulas & conſtitutiones ſynodicas ignoratis, quibus præcipiuntur parochenſes presbyteri, ut non per viliores perſonas, ſed aut per ſemetipſos, aut per rectores ſacrariorum, annuis vicibus chriſma a præſidente ſibi epiſcopo petant!*

QUI OBLATIONES DEFUNCTORUM. Excommuni- Can. IV. candi ſunt, qui retinent oblationes defunctorum. Concilium Arelatenſe II. canone XLVII. editionis noſtræ: *Secundum conſtitutionem ſynodi Vaſenſis, qui oblationem fidelium ſuppreſſerit aut negaverit, ab eccleſia cui fraudem fecerit excludatur.* Ad hunc etiam locum, tacito nomine, attendit canon IV. ſynodi Agathenſis, & de reorum pœna conſentit, ut *ab eccleſiis excludantur.* Synodus III. Aurelianenſis canon XXII. ut *a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur.* Synodus V. can. XVI. ut *communione priventur.* Synodus I. Matiſconenſis, canon. IV. ut *ab eccleſiæ liminibus arceantur.*

UNDE ET QUIDAM PATRUM. Sanctus Hieronymus epiſtola II. ad Nepotianum ſub finem. Jugulat ergo hic locus errorem illorum, qui concilium Vaſenſe, in quo editus eſt hic canon, & Arelatenſe II. a quo laudatur, ad Julii Papæ tempora referri poſſe augurati ſunt. Qui enim tum potuit Hieronymus citari, qui ſcholas vix attigerat? aut quis non intelligat, concilium Vaſenſe, a quo Hieronymus patris titulo decoratur, & Arelatenſe quod Vaſenſis utitur teſtimonio, poſt Hieronymi ætatem collocari neceſſario debere?

SI QUIS EPISCOPI SUI. Epiſcoporum erat, cleri- Can. V. cos judicare ac diſtringere: clericis licebat, ſi epiſcoporum ſententiæ non acquieſcerent, ad ſynodum provinciæ recurrere. De clericis enim hic ſermo eſt. Concilium Carthaginienſe IV. can. LXVI. *Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem injuſtam putat, recurrat ad ſynodum.* Concilium item Aurelianenſe III. can. XX. *Si quis clericorum, circa ſe aut diſtrictionem aut tractationem epiſcopi ſui pu-*

Digitized by Google

tat injuſtam, juxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.

Can. VI. EX EPISTOLA SANCTI CLEMENTIS. Quæ ſubjiciuntur ex epiſtola ſancti Clementis ad Jacobum fratrem Domini, verba ſunt beati Petri, quem loquentem inducit: eoque a ſynodo referuntur, ut ejus admonitu ſtudeant omnes cum epiſcopo ſuo ita conſpirare, ut quos ille communione & caritate ſua conjunctos habet, hos & ipſi ament, & cum his conſocientur: quos ille contra rejecerit, hos pariter averſentur.

Can. VII. PLACUIT PRÆTEREA. Epiſcopus ea moderatione in accuſationibus uti debet, ut ſi quem ob leviores culpas abſtinendum a communione vel officio judicat, flecti ſe ſinat, ſi ceteri pro eo intercedant: ſi de crimine damnandum putat, meminerit ſibi accuſatoris partes in ſynodo eſſe ſuſtinendas, ut crimen quod ipſi probatum eſt, omnibus probetur.

Can. VIII. QUOD SI TANTUM EPISCOPUS. Si cujus crimen ſolus epiſcopus novit, & ille pertinacior communioni ſe publicæ ingeſſerit, indemnatum licet, ab iis qui nihil ſciunt, ſecedere jubeat epiſcopus: ne illius ſcilicet communionem ferre cogatur, cujus perſpectum crimen habet; illo interim in aliorum omnium communione, quamdiu probari nihil poteſt, permanere.

Can. IX. DE EXPOSITIS. Expoſiti liberi aut ſervi, quos parentes vel domini ſcientes propria voluntate domo recens natos abjecerant, collectorum fiebant, ſi qui eos collegiſſent, & ſuis alimentis educaſſent: nec repeti poterant, Conſtantioi lege 1. cod. Theod. *De expoſitis.* Sed quia repeti nihilominus non ſine collectorum injuria ſolebant: adjecit lege ſua Honorius, ne repetendi jus eſſet, ſi modo apud eccleſiam conteſtatus eſſet qui collegerat. Verum ne hoc quidem ſatis fuit ad compeſcendam repetitorum importunitatem, quæ tanta erat, ut plerique calumniatorum metu expoſitos colligere detrectarent. Quare ſynodus, ut proſpiciat in poſterum, ad legem Honorianam hoc rurſus addit, ut in eccleſia die Dominico denuncietur, & omnibus patefiat facta collectio, tum ut niſi intra decem dies ab expoſitionis die repetitus & agnitus fuerit expoſitus, qui eum poſtea repetierit, eccleſiaſticis legibus, velut homicida, plectatur. Honorianæ portu legis, quam deſignat, caput eſt ejuſmodi, codice eod. L. 11.

Impp. Honorius & Theodoſius Augg. Militio PF. P.

Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, ſi expoſitos quodammodo ad mortem voluntas miſericordiæ amica collegerit. Nec enim dicere ſuum poterit, quem pereuntem contempſit, ſi modo teſtes epiſcopalis ſubſcriptio fuerit ſubſecuta, de qua nulla penitus ad ſecuritatem poſſit eſſe cunctatio. Datum XIV. *Kalendas Apriles, Ravennæ, Honorio IX. & Theodoſio V. Auguſtis Coſſ.*

Can. X. SANE SI QUIS. Rectius, opinor, codex Lugdunenſis, item & Foſſatenſis, novum hic canonem non ſtatuit, ſed hoc membrum cum ſuperiore velut ejus partem conjungit.

AD CONCILIUM VIENNENSE, anno CCCCXLIV.

Vide Indicem tomi 1. ad annum 444. CHelidonius epiſcopus, Veſontionis epiſcopum fuiſſe docet in codice Jurenſis monaſterii vetus auctor vitæ ſancti Romani abbatis, quem ab Hilario Arelatenſi presbyterum per id tempus factum narrat haud procul ab urbe Veſontionenſi: unde & concilium hoc nonnulli Veſontione habitum tradunt.

Damnatus in hac ſynodo Chelidonius Romam, ut eſt in vita ſancti Hilarii, ad Leonem Papam ſe contulit, eodemque mox Hilarius aſpera hieme profectus eſt, ut de Chelidonii cauſa reſponderet. Poſt cujus ab urbe diſceſſum miſſa eſt in Galliam ſequens epiſtola Leonis ad epiſcopos provinciæ Viennenſis, & cum epiſtola, Valentiniani novella ad Aetium. Quam cum Junio menſe datam liqueat anno CCCCXLV. reliquum eſt, ut Chelidonii damnatio in præcedentem annum conjicienda ſit.

CONCILIUM INCERTI LOCI

ex quo ſanctus Germanus, & ſanctus Lupus epiſcopi in Britanniam ad profligandam hæreſim Pelagianam miſſi ſunt.

GRaſſante in Britannia hæreſi Pelagiana cum poſtulaſſent per legatos ab epiſcopis Galliæ Britanni, ut *Vide Ind. tom. 1. ad annum 446. Concilium Verulamienſe.* *fidei catholicæ periculo ſubvenirent; congregata eſt, incertum quo loco epiſcoporum ſynodus, delectique in ea ſunt ad Britannicam expeditionem virtute & doctrina præſtantes epiſcopi duo, Germanus Autiſſiodorenſis & Lupus Tricaſſinus, qui totam inſulam ab ea labe repurgarunt, ut Conſtantius presbyter in vita ſancti Germani narrat lib.* 1. *cap.* XIX. *& aliis deinceps.* Eodem, *inquit*, tempore ex Britannis directa legatio Gallicanis epiſcopis nuntiavit Pelagianam perverſitatem in locis ſuis populos occupaſſe, & quamprimum fidei catholicæ debere ſuccurri. Ob quam cauſam ſynodus numeroſa collecta eſt, omniumque judicio duo præclara religionis lumina univerſorum precibus ambiuntur Germanus & Lupus Apoſtolici ſacerdotes, terram corporibus, cœlum meritis poſſidentes. Et quanto laborioſior neceſſitas apparebat, tanto etiam promptius heroes devotiſſimi ſuſceperunt, celeritatem negotii fidei ſtimulis maturantes, *& cetera quæ ſequuntur.*

Ut ſynodi hujus de loco non conſtat, ita tempus quoque incertum eſt. Sigebertus enim ad annum Chriſti CCCCXLVI. Britannicam Germani cum Lupo legationem manifeſte refert. Et Sigeberto favere videntur quæ Beda narrat libro 1. hiſtoriæ Anglicanæ. At Proſper in chronico Germanum a Cæleſtino Papa in Britanniam miſſum tradit anno CCCCXXIX. cui adhærens Baronius ſynodum hanc illo anno habitam cenſuit.

Synodum iſtam, prioremque ſancti Germani legationem in Britanniam, anno Chriſti CCCCXLVI. perſpicue adſcribit Sigebertus in chronico. Beda etiam libro 1. hiſtoriæ gentis Anglorum cap. XVII. poſt Saxonum in Britanniam adventum Germani legationem commemorat. Et vero poſtea contigiſſe neceſſe eſt; cum ex legationis iſtius hiſtoria quam Conſtantius presbyter in ſancti Germani vita deſcripſit, Britannos conſtet præſente Germano cum Pictis & Saxonibus conflixiſſe. Saxones autem quo anno in Britanniam irruperint etſi non omnes conſentiunt, tamen ante hunc annum irrupiſſe nemo tradit. Adde quod idem Conſtantius auctor eſt, Germanum ex Britannia reverſum, alterum mox iter iniiſſe Arelatum, quo tempore Galliarum prætorio præfectus erat Auxiliaris. At Auxiliarem hoc anno & proximis præfecturam geſſiſſe, vel ex iis patet quæ paulo ante dicta ſunt in ſynodo de cauſa Chelidonii. Quare quod in vulgari chronico Proſperi, Cæleſtini Papæ temporibus, anno CCCCXXIX. affixa eſt Germani legatio, inſtituti, ut apparet, mendi ſuſpicione non caret, ab iis fortaſſe qui cum Palladium io eas otas a Cæleſtino miſſum legiſſent, Germanum itidem ab eodem in Britanniam deſtinatum credidere: quod neque a Beda, neque a Conſtantio, vel Erico, neque ab ullo ſcriptore antiquo eſt proditum.

IN S. LEONIS PAPÆ I. ALIQUOT EPISTOLAS.

I.

In epiſtolam ad epiſcopos provinciæ Viennenſis.

IN CAUSA CHELIDONII. Veſuntionenſem epiſcopum fuiſſe docet vetus ſcriptor rerum ſancti Romani Cap. I. Jurenſis, ut alii jam obſervarunt. Cum enim Romanum dixiſſet a ſancto Hilario Arelatenſi epiſcopo presbyterii

honore auctum, non longe a Veſuntionenſi urbe, de Chelidonio mox agens: *Si quidem*, inquit, *Hilarius venerabilem Chelidonium ſupradictæ metropolis patriarcham, patricio præfectorioque fretus favore, indebitam ſibi per Gallias vindicans monarchiam, a ſede epiſcopali nulla exſiſtente ratione dejecerat. Ob quod in audientia beatiſſimi Papæ Leonis Romæ male geſſiſſe convictus, reſtituto quoque in epiſcopatu Chelidonio, Apoſtolica auctoritate ob uſurpationem inlicitam regulariter eſt increpatus.* Illuſtre hoc exemplum retractati Romæ poſt appellationem & antiquati judicii ſynodi provincialis. Cum autem Chelidonianæ accuſationis in vita ſancti Hilarii duo capita memorentur, digamia, & capitalium criminum animadverſio: prioris tantum a Leone fit mentio, quia hoc uno, ut apparet, vel eo maxime, nixa fuerat Chelidonii damnatio.

Cap. II. PROJECTI QUERELA. Duos ejuſdem loci epiſcopos eſſe non poſſe docuerat canon VIII. ſynodi Nicænæ. Quod a ſe ignoratum, cum ordinari ſe ſuperſtite Valerio paſſus eſt, fatetur Auguſtinus in actis, quibus Eraclium ſibi ſucceſſorem deſignavit, epiſtola CX. *Adhuc*, inquit, *in corpore poſito beatæ memoriæ patre & epiſcopo meo ſene Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam.* Hinc poſtea cautum ac ſæpius repetitum canonibus Gallicanis, quod eſt in canone XII. ſynodi V. Arelatenſis: *Ne viventi epiſcopo alius ſuperponatur aut ſuperordinetur epiſcopus.* Merito itaque reprehenditur a Leone Papa Hilarius, quod Projecto epiſcopo ægrotante alium auſus ſit conſecrare, quem proinde ut male ordinatum ſubmoveri jubet, ac Projectum in ſede ſua permanere.

NULLUS ANTE PATROCLUM. Zoſimus epiſtola I. Patroclo Arelatenſi epiſcopo jus metropolitani ordinandorumque epiſcoporum poteſtatem conceſſit, non ſolum in Viennenſi provincia, cujus in parte ſita eſt Arelate, verum etiam in utraque Narbonenſi. Hoc jus ante Patroclum neminem deceſſorum babuiſſe Leo affirmat, verius mea ſententia, quam quod Zoſimus ibidem ſemper habuiſſe ſcripſerat. Et quamquam hoc ipſum Zoſimi privilegium, Patroclo ſuperſtite, Bonifacius poſtmodum meliore, ut ait Leo, ſententia revocarat: non deſiit tamen Hilarius, ut Chelidonii & Projecti exempla declarant, in alienis provinciis ordinandorum, diſtringendorumque epiſcoporum auctoritatem uſurpare.

Cap. III. DIE LEGITIMO. Celebrandis ordinationibus ſolemnem ac legitimum diem in eccleſia fuiſſe indicavit Zoſimus, de epiſcopis a Proculo vitioſe ordinatis agens epiſt. II. *Et ne nihil*, inquit, *non intempeſtive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adſequitur.* Et poſt alia; *ut nec diei veterem ſolemnitatem, quæ præcipue cuſtodienda fuerat, obſervaret.* Legitimum autem ordinationibus diem deſtinatum fuiſſe Dominicum, vel hic Leonis locus oſtendit, & conſimilis alter in epiſtola ad Dioſcorum Alexandrinum. Hinc Aurelius Carthaginienſis in concilio III. Carthag. can. XXXIX. qui inſertus eſt cap. XVI. ſynodi Africanæ: *Nam & in hac eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas convenire, crebro ac pæne per diem Dominicam ordinandos habemus.* Et concilium III. Cæſarauguſtanum can. I. *Nullo modo patimur ut in reliquis diebus, niſi tantum Dominicis feſtivitatibus, hi qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur eccleſiaſtico.* Quamquam igitur a Leone cum die Dominica ſabbatum etiam conjungitur, & obtinuit uſus eccleſiæ, atque hoc diſcrimen Ordo Romanus adnotat, ut epiſcoporum conſecrationes fiant die Dominica, reliquorum ordinum die ſabbato: ipſa tamen ſabbati hac in re obſervatio, ut Leo idem ad Dioſcorum ſcribit, ad diem Dominicum ſpectat, cui a veſpera ſabbati exordium adſcribitur.

Cap. IV. NEC ULTRA HILARIUS. Hilarium exuit omni jure metropolitani, non in exteris tantum provinciis, ſed in ipſa etiam Viennenſi ejus provincia, cujus primatum ſibi Arelatenſes epiſcopi adverſus Viennenſes arrogabant. Quæ autem interſeruntur de Hilarii fuga & liberioribus verbis, quibus offenſus fuerat Leo, ex iis peti debent quæ ſuperius allata ſunt in actis concilii Veſontionenſis.

Cap. V. IS TANTUM POENÆ SUBDENDUS EST. In hanc ſententiam Auxilium novellum epiſcopum arguit Auguſtinus epiſt. LXXV. qui Claſſicianum virum ſpectabilem cum domo ſua anathematis ſententia percuſſerat: docens corporali quidem pœna recte quoſdam interdum affici cum ſuis omnibus, qui ſceleris participes non fuerint; ſpiritali autem pœna non videre ſe quomodo juſte plecti pro ſcelere alieno quiſquam poſſit. Tum de ſeipſo ita profitetur: *Audiſti fortaſſe*, inquit, *aliquos magni nominis ſacerdotes cum domo ſua quempiam anathematizaſſe peccantium: ſed forte, ſi eſſent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem. Ego autem, quoniam ſi quis ex me quærat, utrum recte fiat, quid ei reſpondeam non invenio: numquam hoc facere auſus ſum, cum de quorumdam facinoribus immaniter adverſus eccleſiam perpetratis graviſſime permoverer.*

COEPISCOP. LEONTIUM. Arelatenſes epiſcopi, ut ante oſtenſum eſt, provinciæ II. adminiſtrationem uſurparant, in eaque tamquam metropolitani ſynodos convocabant. Nunc, remoto Hilario, prærogativam defert Leontio Forojulienſi epiſcopo, totius provinciæ ſacerdotii ætate antiquiſſimo, ut concilium in ea præter ejus conſenſum non indicatur. Leontii hujus illuſtre illo ſæculo nomen fuit inter epiſcopos, ad quem & alios datam vidimus epiſtolam I. Papæ Bonifacii. Eidem Caſſianus primas decem Collationes ſuas nuncupavit: eumdem in primis carum habuit ſanctus Honoratus, ut Hilarius teſtatur in homilia de ſancto Honorato: *Vacantem*, inquit, *inſulam petit, præter ſecreti opportunitatem, ſancti ac beatiſſimi in Chriſto viri Leontii epiſcopi oblectatus vicinia, & caritate conſtrictus.* Quibus ex verbis liquet, Leontium jam tum epiſcopum fuiſſe, cum Lirinenſem inſulam monaſterium in ea fundaturus incolere cœpit Honoratus. Cap. VI.

II.

In Valentiniani III. Novellam, quæ una cum præcedenti Leonis decretali in Galliam miſſa eſt.

EXſtat inter Theodoſii junioris novellas num. XXIV. poſt codicem Theodoſianum. Confuſæ enim ſunt, ut alibi obſervatum, Placidi Valentiniani novellæ cum Theodoſianis, eorum oſcitantia, qui cum utriuſque Imperatoris nomen adſcriptum titulis viderent, quia imperium una rexerant, unus Orientis, alter Occidentis, non animadverterunt proprias cujuſque conſtitutiones, tum ex nominibus eorum ad quos datæ, tum ex locis unde miſſæ fuerant, diſtingui ac digeri debuiſſe. Hæc igitur & Romæ data, & Aetio miſſa, qui magiſter militum erat per Gallias, non Theodoſio tribuenda fuit, ſed Valentiniano.

III.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam XC. ad Ravennium epiſcopum Arelatenſem & CVI. ad epiſcopos Provinciæ.

HIs epiſtolis ratam habet ordinationem Ravennii epiſcopi Arelatenſis, qui Hilario ſucceſſerat. Altera ſcripta eſt ad duodecim epiſcopos, qui Ravennium conſecrarant; inter quos e vicinis etiam provinciis adſciti fortaſſe nonnulli. Ruſticus enim, qui tertio loco numeratur, Narbonenſis epiſcopus videtur, Florus vero Lutevenſis ex eadem prima Narbonenſi. Quod vero in altera notum ſibi antea fuiſſe Ravennium ſignificat, tempus illud innuit, cum ad Leonem in cauſa Chelidonii miſſus eſt ab Hilario. Vita Hilarii: *In receſſu urbis totum ſe ad placandum animum ſancti Leonis convertit, miſſo primitus ſancto Ravennio tunc presbytero, poſtmodum proprio ſucceſſore.* Succeſſorem porro divinitus oſtenſum Hilario fuiſſe Ravennium, ibidem poſt alia proditum eſt. *Videt*, inquit, *filium ſuum ſanctum Ravennium applicari ad divina myſteria, & intellexit ſibi eſſe migrandum.* Hilarii mortem ſeptimo poſt menſe ſecuta eſt mors Eucherii. Itaque præclara duo eccleſiæ Gallicanæ lumina idem annus extinxit. Tiro Proſper in chronico: *Eucherius Lugdunenſis & Hilarius Arelatenſis egregiam vitam morte conſummant.* Is fuit annus Chriſti CCCCXLIX.

Digitized by Google

IV.

In libellum epiſcoporum Provinciæ Leoni Papæ oblatum.

A Beato Petro sanctum Trophimum. Zoſimus Papa in epiſtolis ſuis Trophimum Arelatem miſſum dixit, non a Petro nominatim, ſed a ſede Apoſtolica, quod ad poſteriora ſæcula referri poteſt. Et ſane a Petri ævo plurimum diſtant, qui Trophimi adventum Decianis temporibus adſignant, ut Gregorius Turon. lib. 1. hiſtoriæ Francorum cap. xxviii. Qua de re litem hoc loco movere non placet. Hoc certum eſt, primum Arelatenſium epiſcopum Trophimum fuiſſe, atque hoc nomine, titulo Apoſtoli ornari aliquando ſolitum, ut in ſacramento Benedicti epiſcopi Avenionenſis: *Ego Benedictus Avinionenſis eccleſiæ vocatus epiſcopus, juro coram Deo & ſanctis ejus, omnem ſubjectionem & obedientiam canonicam & fidelitatem eccleſiæ ſancti Stephani ſedis Arelatenſis, ubi corpus almi Trophimi Apoſtoli quieſcit, & Raimbaldo præſenti archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, ſi ſupervixero.* Ex tabulario eccleſiæ Arelatenſis.

V.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam cix. ad epiſcopos Provinciæ.

Veterem inter Viennenſes atque Arelatenſes epiſcopos de provinciæ ſuæ primatu controverſiam ita componit, ut diviſa in duas partes provincia, proximas quatuor civitates Viennenſi attribuat, reliquas Arelatenſi. Quod decretum a Symmacho Papa iterum poſtea confirmatum, obtinuit, atque ut deinceps obtineret, cum Caroli Magni regis temporibus renovata fuiſſet altercatio, ſancitum eſt canone viii. ſynodi Francofordienſis.

Ordinationem Vasensis antistitis. Fonteii opinor, poſt mortem Auſpicii. Ex epiſtolæ contextu apparet, ſummoto a Viennenſis provinciæ adminiſtratione Hilario Arelatenſi, Viennenſes epiſcopos priſtinum ejus adminiſtrandæ privilegium recepiſſe: Ravennium nihilominus Hilarii ſucceſſorem decreto non paruiſſe, ſed mortuo in eadem provincia Vaſenſi epiſcopo, metropolitani jure alterum ordinaſſe. Quo nomine conqueſtus apud Leonem jam fuerat epiſcopus Viennenſis, cum ad eum miſſi ſunt ab epiſcopis legati, qui ademptam Hilario poteſtatem Ravennio reſtitui poſtularent. Decreti Leonis, quo redintegratum eſt privilegium eccleſiæ Viennenſis, prodiit ante aliquot annos exemplum in bibliotheca Floriacenſi, ſed ſubdititium, ni fallor, confictumque ab homine, qui non animadvertit conſules, quos appoſuit, mortuo jam Hilario de quo agebatur, nomen anno dediſſe. Nec vero laborandum, ut conſulum notam, velut corruptam, emendemus, cum in ceteris pontificum ad epiſcopos Viennenſes epiſtolis quæ in eo volumine continentur, alia ſint plurima tam aperte falſa, ut merito detrahant etiam probabilibus fidem.

VI.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam cx. ad Ravennium epiſcopum Arelatenſem.

Epistola nostra. Proximo ante anno ad Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum ſcripta. Numero eſt decima inter epiſtolas Leonis hoc exordio: *Lectis dilectionis tuæ litteris.* Quam epiſcopi Galliæ in ſynodica, velut ſymbolum fidei, exceptam a ſe ac memoriæ commendatam ſcribunt. Et vero tanti olim eſt habita, ut tamquam regula fidei proponi omnibus ſoleret. Gelaſius in ſynodo, de libris qui in eccleſia recipiuntur: *Item epiſtolam beati Leonis Papæ ad Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinatam: cujus textum quiſpiam ſi uſque ad unum iota diſputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſit.* Hanc famam fuit, ut teſtatur Gennadius, a Proſpero Aquitano dictatam, cum aliis Leonis Papæ adverſus Eutychem ad diverſos datis: quod Cardinali Baronio non probatur. Eamdem vero ex Galliis in Hiſpanias allatam, auctor eſt Idatius in chronico: ut videri poſſit Ravennius mandato Leonis operam dediſſe, ut non Gallicanis tantum eccleſiis, ſed etiam Hiſpanienſibus innoteſceret.

Ceretii, Salonii, Verani. Ceretii nomen vidimus inter epiſcopos qui concilio Arauſicano ſubſcripſerunt. Salonium & Veranum erunt fortaſſe qui fratres fuiſſe contendant, Eucherii olim filios, quos epiſcopali honore functos Gennadius idem ſcribit in Eucherio. *Diſſeruit etiam ad perſonam filiorum Salonii & Verani, poſtea epiſcoporum, obſcura quæque ſanctarum capitula ſcripturarum.* Nos, etſi quo illos refellamus certi nihil ſuppetit, ſatius tamen in re non explorata ducimus aſſenſum ſuſtinere.

Synodica episcoporum. E ſynodo miſſam epiſcopi ipſi docent, qui reſponſi tarditatem excuſant, quod in unum citius convenire non potuerint. Quamquam autem quo loco ſynodum habuerint non indicant, tamen alienum fortaſſe non fuerit, ſi a Ravennio Arelatenſi evocatos, Arelatem potiſſimum conveniſſe ſuſpicemur. Subſcriptiones ad calcem, quarum initium dumtaxat in vulgatis legebatur, integras ex codice Pithœano deſcripſimus, eo minus ſane prætermittendas, quo ſinceriores videntur, & priſcam epiſcoporum conſuetudinem referunt: qui diverſis, hoc eſt, ſuis quiſque verbis, ſententiam ſalutationemque ſuam exprimere ſolebant. Quod etiam videre eſt in epiſtola Euſebii Mediolanenſis aliorumque ejus provinciæ epiſcoporum ad Leonem eumdem de hoc ipſo argumento: & in epiſtola item ſynodica ad Sigebertum regem, quam redditnri ſumus in ſynodo IV. Pariſienſi, anno dlxxiii. *Tomo 1. pag. 1771. C.*

VII.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam lii. ad epiſcopos Galliæ.

Coepiscopum ingenuum. Ebredunenſem Alpium maritimarum provinciæ metropolitanum appellat Hilarius Leonis ſucceſſor, epiſtola viii. Hunc e ſynodo ſua legatum cum litteris ſynodicis miſerant epiſcopi Gallicani. Per eumdem reſcribit Pontifex, ſimulque nunciat quid nuper actum ſit in ſynodo Chalcedonenſi, atque hæc quæ ſcribebat, cum Hiſpanis communicari jubet: ut hinc etiam confirmari videatur quod diximus, Leonis quoque juſſu tranſmiſſam ad Hiſpanos fuiſſe ipſius epiſtolam ad Flavianum. *Pag. 1778. b.*

VIII.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam XCIV. ad epiſcopos Galliæ.

Exemplaria quæ misimus. Ex his verbis liquet, miſſa fuiſſe aliarum etiam ſententiarum exemplaria, ut contra Eutychem & alios, vel pro iis qui poſt pſeudoſynodum Epheſinam correcti pacem Chalcedone impetrarant. Sed in codice Corbeïenſi, poſt Leonis epiſtolam unum hoc ſequebatur exemplar ſententiæ in Dioſcorum latæ, quod ſubjecimus. Exſtat autem, quamquam aliis verbis, in actione III. ſynodi Chalcedonenſis. Alia nimirum interpretatio fuit. Sed dubium non eſt, quin hæc in Gallias a Leone tranſmiſſa ſit.

IX.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam xci. ad Theodorum epiſcopum Forojulienſem.

Theodoro episcopo. Conſulenti Theodoro de ultima pœnitentia explicatius reſpondet, quod jam ante Innocent. epiſt. ii. & Cæleſt. epiſt. 1. tradiderant, tribuendam eſſe, iis etiam qui in mortis periculo petant, cum pœnitentia communionem. Primum ergo contra Novatianos docet, non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam, dari a Deo in

ecclesia

Digitized by Google

eccleſia indulgentiam peccatorum, miniſterio ſacerdotum. Deinde quia periculoſum eſt in finem vitæ pœnitentiam differre, ſibi conſulere unumquemque Chriſtianum oportere, ne ſe in illius temporis anguſtias conjiciat. Poſtremo, his tamen qui remedium in morte petunt, etiam cum amiſſo vocis officio per indicia poſtulant, cum aliorum teſtimonio, ſi ipſi jam non poſſint, id eos paulo ante quæſiiſſe comprobatur, tribuendam ſimul eſſe cum pœnitentia reconciliationem. Quod ipſum in ſynodo IV. Carthaginienſi conſtitutum canone LXXVI. legitur, his verbis: *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia.* Ceterum ab hac lege apoſtatas, qui a fide diſceſſerunt, vult excludi: quibus nimirum communionem in infirmitate petere incipientibus, juxta canonem ultimum ſynodi Arelatenſis neganda eſt communio, niſi revaluerint, & legitima pœnitentia ſatisfecerint.

X.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam XCII. ad Ruſticum.

Tome 1. pag. 1760. NUnc primum in lucem editæ ſunt inquiſitiones Ruſtici, ad quas Leo reſpondet: magno hactenus incommodo prætermiſſæ, cum ſine his plerumque intelligi reſponſiones non poſſint. In epiſtola autem Ruſticum hortatur, primum ut mitius agat cum Sabiniano & Leone presbyteris, qui zelo pudicitiæ, in adulterorum ultione modum exceſſerant. Deinde ut in ſuſcepto labore epiſcopatus, cujus vacationem optabat, conſtanter permaneat. Poſtremo indicat, quid de reſponſionibus ipſis ſentiendum ſit, quas ad ejus inquiſitiones tranſmittit.

Cap. I. Si qui autem clerici. Inquiſitionis verba oſtendunt de presbytero vel diacono agi, qui ſe epiſcopos mentiti, clericos ordinarant, ſubdiaconos fortaſſe, vel alios inferiorum graduum. Quorum ordinationem Leo ita ratam haberi poſſe reſpondet, ſi epiſcoporum voluntate in propriis eorum eccleſiis facta ſit. Quamquam ergo epiſcoporum proprium eſt manus ordinatio, non presbyterorum, qui χειροθεσίαν τῇ χειροτονεῖν impoſitionem manuum ad ordinandum non habent, ut contra Aërianos diſſerit Epiphanius hæreſi LXXV. apparet tamen Leonis judicio ratos fuiſſe ordines inferiores, quos presbyteri epiſcoporum auctoritate tribuerent. Nec diſpar, opinor, ſententia Gelaſii Papæ in epiſtola ad epiſcopos Lucaniæ, cap. VI. cum presbyteros negat ſine ſummo Pontifice jus habere faciendi ſubdiaconum vel acolytum. Eos enim tantum reprehendere videtur, qui ſine juſſo epiſcopi, ſuoque, ut aït, motu id ſibi aſſumant: & conſtat, auctoritate Apoſtolica nonnullis abbatibus permiſſam fuiſſe inferiorum ordinum collationem. Ceterum diverſa ſuperiorum ordinum eſt ratio, diaconorum ac presbyterorum, ut ex iis patet, quæ de concilio II. Hiſpalenſi dicta ſunt ad canonem ultimum ſynodi Arauſicanæ. Quare in epiſtola cleri Mareotici, quam in Apologia II. recitat Athanaſius, Iſchyram negant eſſe presbyterum, quippe ordinatum a Collutho falſo epiſcopo, *ipſo* tantum presbytero. ὑπὸ γὰρ Κολούθου τοῦ πρεσβυτέρου φανταζομένου ἐπισκοπὴν κατεστάθη.

Cap. II. Alienum est a consuetudine. Lapſis in crimen presbyteris vel diaconis pœnitentia publica per manus impoſitionem non dabatur. Concilium Carthaginenſe can. XXVII. *Confirmatum eſt, ut ſi quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua eos a miniſterio neceſſe ſit removeri, non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laïcis imponatur.* Quod vero in his non licebat, multo minus in epiſcopis. Quare damnatus eſt in ſynodo Romana Donatus, quod contra morem eccleſiæ lapſis epiſcopis manus imponeret. Optatus lib. I. *Decem & novem conſidentibus epiſcopis in Donatum ſunt hæ ſententiæ latæ, quod confeſſus ſit ſe rebaptizaſſe, & epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe, quod ab eccleſia alienum eſt.* Idem lib. II. *Multis notum eſt & probatum, perſecutionis tempore epiſcopos aliquos inertia a confeſſione Dei delapſos thurificaſſe: & tamen nullus eorum qui evaſerunt, aut manum lapſis impoſuit, aut ut genu figerent imperavit.* In Hiſpania tamen & presbyteros & epiſcopos pœnitentiam per manus impoſitionem aliquando ſuſcepiſſe docet can. X. ſynodi XIII. Toletanæ.

Ministris altaris. Diaconis ſeu levitis, quos abſtinere ab uxoribus ſuis debere docuit Innocentius epiſtola ad Victricium cap. IX. & ſynodus Arauſicana can. XXIII. tum alii plurimi canones Galliæ. Cap. III.

Non omnis mulier. Cum aliud ſit uxor, & aliud concubina, non cenſendæ ſunt conjugatis nubere, quæ concubinas habentibus nubunt: nec duplicare matrimonium continuo dicendus eſt, qui relicta concubina uxorem ducit. Cap. IV. V. & VI.

Quod expetierunt exsequantur. Qui pœnitentiam in ægritudine accipiunt, ubi revaluerint exſequi debent, non ſolum ſi eam expetierant, verum etiam ſi neſcientibus data eſt, ex canone II. ſynodi Toletanæ XI. *Sicut baptiſma,* inquit, *quod neſcientibus parvulis ſine ulla contentione, in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum quod neſcientibus illabitur, abſque ulla repugnantia inviolabiliter hi qui illud exceperint obſervabunt.* Quare multo magis qui expetierunt, incitandi ſunt ut peragant. Cap. VII.

Horum causa Dei judicio. Sic & in epiſtola ad Theodorum: *Cum Dominus Deus noſter, cujus judicia nequeunt reprehendi, quod miniſterium ſacerdotale implere non potuit, ſuæ juſtitiæ reſervarit.* Horum itaque memoriam Leo in eccleſia fieri, vel oblationem recipi, non probabat, contra quam diverſis Africæ, Galliæ, Hiſpaniæ conciliis placuiſſe oſtendimus ad canonem II. ſynodi Vaſenſis. Cap. VIII.

De metu gravius delinquendi. Metuebant nimirum, ne aut ſuſceptæ pœnitentiæ laboribus ſuccumberent, aut in eadem poſtea relaberentur, cum jam pœnitendi, ut loquitur Siricius, ſuffugium non haberent. Propterea pœnitentiam publicam multi olim, ſicut baptiſmum, differre ſtudebant. Cap. IX.

Aliud quidem est. Pœnitentiam profeſſi, a ſæcularibus ſtudiis omnibus abſtinere jubebantur, in quibus ineſſet aliquid periculi vel illecebræ. Utrum ergo litigare, negotiari, militare, aut conjugia inire, poſt pœnitentiam liceat, aut quatenus liceat, ordine reſpondet. Primum quidem, litigare ſi cogantur, eccleſiaſtico potius quam forenſi judicio, uti eos debere. Negotiationem vero ita reſpuere, ut diſpendia pati malint, quam ejus ſe periculis exponere. Ad juſtitiam porro ſæcularem redire nullo modo ei fas eſſe. De conjugiis denique, tametſi poſt pœnitentiam ſint vetitæ, veniam tamen dari poſſe adoleſcentibus, ſi incontinentiæ metu uxores eligant. Quam Leonis indulgentiam tractans ſynodus VI. Toletana can. VIII. conditionem adjecit, ut ſi ſuperſtites uxoribus fuerint, alias ne ducant. Leonis deinde verba interpretati ſunt de priſtinis uxoribus, ad quas adoleſcentes conjugati poſt pœnitentiam redirent: cum Ruſtici interrogatio de novis conjugiis ſermonem fuiſſe doceat. Cap. X. XI. XII. & XIII.

Propositum monachi. Hinc petitus, ut videtur, canon XXXII. ſynodi Romanæ ſub Leone IV. *Qui ſponte ad monaſterium venerit, & poſtmodum ad nuptias vel ad militiam devolvitur, publicæ ſatisfactionem pœnitentiæ gerat.* Monachos etiam qui nuptias inierint, ſynodus Chalcedonenſis excommunicari jubet canone XVI. Cap. XIV.

Puellæ quæ non coactæ. Puellis nondum velatis, ſed quæ virginitatis propoſito tenebantur, ſi poſtea nupſerint, agendam aliquanto tempore pœnitentiam reſcripſit Innocentius epiſt. I. ad Victricium cap. XIII. De his ſolum inquiſierat Ruſticus. Quæ vero ſubjiciuntur hoc loco de virginibus conſecratis, de quibus inquiſitum non fuerat, ea in quibuſdam manuſcriptis non exſtant. Cap. XV.

Si nulla exstant indicia. Qui ignorant an ſint baptizati, baptizandi ſunt: qui ſciunt ſe baptizatos, ſed ignorant cujus fidei fuerint qui eos baptizarunt, per manus impoſitionem, ut in re dubia, recipiendi. Quo de capite, vel ex hac ipſa Ruſtici, vel ex ſimili quorumdam de infantibus captivis conſultatione, actum ſtatutumque Cap. XVI.

in ſynodo Romana docet idem Leo epiſtola XXXV. ad Leonem epiſcopum Ravennatem.

Can. XIX. SI CONVIVIO SOLO. De iis qui apud barbaros gentili ritu vixerunt, pro culpæ modo aliter, cum in Romanum ſolum redeunt, recipiendos docet eos, qui immolatitiarum eſcarum eſu tantum, aliter eos qui ſe ſacrificiis, vel aliis capitalibus criminibus polluerunt. Romaniam ergo vulgari vocabulo appellavit Ruſticus Romanum imperium, ut Oroſius, lib. VII. cum de Ataulfo Gothorum rege loquens, ex ejus familiari ſe audiſſe narrat, inhiaſſe illum, *ut obliterato*, inquit, *Romano nomine, Romanum omne ſolum Gothorum imperium & faceret & vocaretur, eſſetque, ut vulgariter loquar, Gothia, quod Romania fuiſſet.* Sic & Salvianus in libris de providentia Romanos opponens barbaris, non Romanos tantum cives intelligit, ſed quotquot ubique gentium Romano adhuc imperio & legibus parebant.

XI.

In ſancti Leonis Papæ I. epiſtolam XCV. ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ.

DE SOLEMNITATE PASCHALI. Theophilus Alexandrinus anno LXXVI. cycli ſui, cui reſpondet annus Chriſti CCCCLV. Valentiniano Aug. VIII. & Anthemio Coſſ. Paſcha celebrandum adnotarat VIII. Kalendas Maias. Qui dies cum ultra præfixos terminos excedere videretur, hærebat Leo, num præſtaret juxta aliorum potius calculum XV. Kalendas Maias celebrari. Sed cum in re dubia conſultus Marcianus Imp. Theophili ſententiam harum rerum peritis probari reſpondiſſet: tum Leo encyclicas de more ſcripſit, quibus Dominicum ejus anni Paſcha VIII. Kalendas Maias futurum denunciavit. Exſtant Leonis hac de re ad Marcianum & ad Eudociam epiſtolæ LXIV. & LXV.

XII.

In epiſtolam Leonis, Victurii, Euſtochii, quæ XCVI. eſt inter epiſtolas ſancti Leonis, eique falſo tribuitur.

LEonis nomen pleroſque omnes hactenus induxit, ut hanc epiſtolam Leoni Papæ adſcriberent, atque inter ejus epiſtolas collocarent numero XCVI. cum revera ſit Leonis Bituricenſis, qui una cum Victurio Cenomanenſi & Euſtochio Turonenſi eam ſcripſit ad epiſcopos & presbyteros provinciæ, non Thraciæ, ut inter Leonis epiſtolas vulgatum eſt, ſed Tertiæ, quo nomine Turonica provincia deſignatur, quæ eſt tertia Lugdunenſis. Ad calcem vero epiſtolæ, poſt ſubſcriptiones trium epiſcoporum, ſequebatur in codice ſancti Remigii Remenſis clauſula, *& cæteri qui adfuerunt epiſcopi ſubſcripſerunt*: ut hinc appareat, a pluribus epiſcopis, & in ſynodo fortaſſe aliqua editam fuiſſe, poſt Andegavenſem, cui cum his tribus epiſcopis adfuerat etiam Chariato, qui hoc loco inter ejuſdem provinciæ Tertiæ antiſtites numeratur.

CENSUIMUS ITAQUE. Clericum qui prætermiſſo epiſcopali judicio publicum judicium ſua ſponte adierit, ex clerico habendum, id eſt, clericatus gradu & officio privandum decernunt. Quod ſi a laïco pulſatus, & audiri ſe ab epiſcopo petens, impetrare non poſſit, tum ei ex permiſſu epiſcopi in ſæculari judicio confligere licebit.

IN CONCILIUM ARELATENSE II. anno Domini CCCCLII. celebratum.

Tomo II. pag. 772. INcertis ſedibus jactatum hactenus fuit hoc concilium, quod alii nimirum Conſtantini Magni, alii Conſtantii ejus filii temporibus adſcripſerunt. Sed ut alia nunc omittam, ex canone Vaſenſi, qui in eo citatur, quemque nos ejus Vaſenſis concilii, quod ante decem annos celebratum eſt, revera fuiſſe oſtendimus: liquido patet concilium hoc, ut nunc quidem ſe habet, poſt Vaſenſe habitum neceſſario dici oportere. Quo vero anno, & quibus ab epiſcopis celebratum ſit, nondum liquet: ſatiuſque ducimus in re dubia hærere, quam inanibus conjecturis indulgere. De numero etiam canonum magna eſt, undecumque ea orta ſit, in antiquis exemplaribus diſcrepantia, quæ triplici diſcrimine continetur. Quidam enim codices in univerſum primos tantum XXV. canones habent. In aliis canones ſunt XXXIII. ut in Corbeïenſi, Lugdunenſi, Foſſatenſi, & Tiliano Engoliſmenſi: iidem ipſi videlicet, qui in editione vulgata, quæ eſt canonum XXXVII. quatuor demptis, quos prætermittunt, hoc eſt X. XI. XII. & XXVI. qui in editione noſtra eſt XLVI. In Remenſi vero codice, quem hoc loco repræſentamus, canones numerantur, cum titulis ſuis, LVI. adjectis & inſertis ex ſynodo Arauſicana pleriſque, qui in aliis codicibus deſiderantur. Totum enim fere concilium, ut res docebit, ex antecedentium conciliorum decretis conflatum eſt, præſertim ex Nicænæ, Arelatenſis primæ, Vaſenſis, & Arauſicanæ ſynodi canonibus.

ORDINANDI NEOPHYTUM. Neophytus, novellus Chriſtianus, nuper baptizatus, νεόφυτος. Neophytos creari epiſcopos vetuit Apoſtolus I. ad Timotheum III. Adjecit ſynodus Nicæna, ne ad presbyteratum promoveantur. Hic vero canon etiam a diaconatu excludit, juxta canonem XIII. ſynodi Sardicenſis: *Conveniens*, inquit, *non eſt, nec ratio vel diſciplina patitur, ut temere & leviter ordinetur, aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt.* Synodus Laodicena, can. III. *Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προσφάτως φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ.* Can. I.

PRÆMISSA CONVERSIO. Ita optimi quique libri: in aliis *promiſſa*. Converti dicebantur conjuges, cum ex mutuo conſenſu ſeparabantur, & promittebant caſtitatem. Hoc ubi fecerant, converſi & converſæ appellabantur, ut converſa uxor canone ſequenti. Velle igitur hoc ſynodus videtur, ut qui e conjugatis ad ſacerdotium aſſumuntur, non tunc demum converſionem promittant, cum aſſumuntur, ſed ut jam ante promiſerint, continentiæque ſuæ ſpecimen dederint. Quod quidem præbuiſſe illos neceſſe eſt, qui diaconi antea fuerunt, quia diaconos conjugatos, niſi ante converſi fuerint, ordinari vetuit ſynodus Arauſicana, canone XXII. Can. II.

SI QUIS CLERICUS. Epiſcopos, presbyteros, & diaconos qui extraneas mulieres domi habent, excommunicandos decernit, ac mulieres quoque ipſas, ſi ſeparari noluint. Propinquas autem feminas, quibuſcum habitare clericis liceat, alii alias exempli gratia proponunt. Synodus Nic. canone III. *μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, matrem, ſororem, amitam*; quas eaſdem & ſolas deſignant ſynodus Andegavenſis can. IV. & Lugdunenſis III. can. I. & Namnetenſis can. III. Tres item lex Honorii XLIV. cod. Theod. De epiſcopis &c. *matrem, filiam, & germanam*; & has ipſas ſynodus II. Turonenſis can. X. Tres itidem ſynodus Agathenſis can. X. *ſororem, filiam, & neptem.* Tres ſynodus Sueſſionenſis ſub Childerico, *matrem, ſororem, & neptem.* Quatuor Arvernenſis can. XVI. & Matiſconenſis I. can. I. *aviam, matrem, ſororem, & neptem.* Sex hoc loco nominantur *avia, mater, ſoror, filia, neptis, & uxor converſa.* Niſi quod in codice Corbeïenſi, atque in Lugdunenſi, aviæ & matris loco thia legitur, id eſt, amita vel matertera. Sed parum intereſt, plures an pauciores nominentur: cum exempli cauſa, ut dixi, proferantur ad eas perſonas univerſe deſignandas, quæ ſolæ omni ſuſpicione carent, *ἃ μόνα προσώπων πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε*, ut loquuntur patres Nicæni, & de quarum nominibus, ut eſt in ſynodo Agathenſi, nefas eſt aliud, quam natura conſtituit, ſuſpicari. Can. III.

AD CELLARII SECRETUM. Idem interdictum in ſynodo Agathenſi can. XI. & in Arvernenſi. Superior canon extraneas feminas domi a clericis haberi vetuit: hic vero ad ſecretas manſiones admitti vetat tum extraneas, tum etiam eas quas domi habere licet. Can. IV.

EPISCOPUM SINE METROPOLITANO. Hi duo ex ſynodo Nicæna deprompti ſunt, prior ex canone IV. per quos ordinari debeat epiſcopus; qua de re dictum eſt ad Can. V. & VI.

canonem xx. ſynodi I. Arelatenſis, poſterior ex can. VI. his verbis: καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Quæ Dionyſius ſic interpretatur. *Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi quis præter ſententiam metropolitani fuerit factus epiſcopus, hunc magna ſynodus diffinivit epiſcopum eſſe non oportere.*

Can. VIII. QUI SE ABSCIDUNT. Cum eunuchorum diverſa ſint genera, non omnes arcet a clero ſynodus Nicæna can. I. Eunuchos enim, qui vel a medicis curandi morbi gratia, vel a barbaris per vim, aut a dominis ſuis ſecti ſunt, ſi alias digni ſint, clericos fieri per eccleſiaſticas leges poſſe docet. Eos vero qui extra morbum ſua ſponte, ſive ut carnis illecebris repugnent, quod de Origene prodit Euſebius lib. VI. cap. VII. ſive alia de cauſa ſeipſos abſciderint, hos in clerum recipi vetat, receptoſque, πεπαῦσθαι, abſtinere & ceſſare jubet ab officio.

CLERICUM SIVE SÆCULAREM. Id eſt, laïcum. Synodi Nicænæ can. V. εἴτε τῶν ἐν κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν λαϊκῷ τάγματι τεταγμένων. *Sive ex clericis, ſive ex laicis.* Epiſcopus, qui cum alterius excommunicato communicat, reus jam ante pronunciatus eſt in ſynodo Arauſicana can. XI. Conſequens proinde, ut in provinciæ ſynodo accuſatur, cauſam dicere cogatur.

Can. IX. SUSCEPTA POENITENTIÆ CREDULITATE. Novatianorum error fuit, ut dictum eſt ad epiſt. Innocentii ad Exuperium, pœnitentiæ remedium in eccleſia nullum agnoſcere: qua in hæreſi ante Novatum fuerat etiam Montanus. Unde una copulantur a ſancto Hieronymo in epiſtola LXI. ad Pammachium: *Faceſſat*, inquit, *Novatus errantibus manus non porrigens. Montanus cum inſanis feminis proſternatur, jacentes in barathrum præcipitans, ne leventur.* Et lib. II. contra Jovinianum: *Ne Montanus & Novatus hic rideant, qui contendunt non poſſe renovari per pœnitentiam eos qui crucifixerunt ſibimet Filium Dei, & oſtentui habuerunt.* Novatianos ergo ſynodus ſtatuit, cum ad eccleſiam redeunt, non recipi, niſi profiteantur ſe pœnitentiam credere, quam negabant. Quo ſpectat & ſynodi Nicænæ canon VIII. de Catharis, id eſt, Novatianis, quos catholica eccleſiæ dogmata profiteri jubet.

Can. X. DE HIS QUI IN PERSECUTIONE. Lapſorum, qui voluntarie, hoc eſt, nulla urgente neceſſitate, prævaricati ſunt, pœnitentiam ſynodus Nicæna can. XI. duodecim annis definivit; ita ut tribus annis inter audientes agant, ſeptem inter eos qui ſupplices proſternuntur, duobus abſque oblatione cum populo in oratione participent. Quorum pœnitentiæ graduum primus ἀκρόασις, alter ὑπόπτωσις, tertius σύστασις, dicebatur. Diverſa igitur ab ea quæ hoc loco exponitur Niceni canonis eſt ſententia. Sed Rufinum nempe auctorem ſynodus noſtra ſecuta eſt, apud quem libro II. Hiſtoriæ cap. VI. inter canones Nicænos hic duodecimo loco ſic concipitur: *Si qui abſque tormentis in perſecutionibus lapſi ſunt, & ex corde agunt pœnitentiam, quinque annos inter catechumenos faciant, & duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratione jungantur, & ita poſtmodum recipiantur.*

IN POTESTATE SIT EPISCOPI. Synodus Nicæna can. XII. μετὰ τὸ ἐξετάσαι τὸν ἐπίσκοπον, καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. *Licebit præterea epiſcopo etiam humanius aliquid de eis ſtatuere.* Rufinus ibidem can. XIII. *Eſſe tamen in poteſtate epiſcopi, moderandi facultatem, ſi eorum fructuoſam & attentam pœnitentiam viderit.* Hanc vero moderandæ pœnitentiæ poteſtatem epiſcopis ſynodus quoque Ancyrana conceſſerat canone V. τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν, τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας, φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον. *Statuimus autem ut epiſcopi, modo converſionis examinato, poteſtatem habeant vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi.*

Can. XI. SI QUI VERO DOLORE VICTI. De his qui vim paſſi, coactique, a fide deſciſcunt, nihil in ſynodo Nicæna præcipitur: præceperat autem Ancyrana, & pro delicti culpæque modo diverſas pœnitendi leges impoſuerat can. III. & quinque ſequentibus. Hic univerſe ſtatuitur, ut biennio inter audientes verſentur, triennio inter pœnitentes qui non communicant.

Can. XII. DE HIS QUI IN POENITENTIA. Etſi quibuſcum in vita communio non fuit, cum iiſdem mortuis communicari non ſolet: pœnitentiam tamen agentibus, ſi ante communionis gratiam de vita exceſſerant, communio poſt mortem indulgebatur, recepta oblatione quæ pro eis offerebatur, juxta canonem II. concilii Vaſenſis.

Can. XIII. NULLUS PROPRIAM RELINQUAT ECCLESIAM. Clericum relicta propria eccleſia ad aliam migrare vetat canon XV. ſynodi Nicænæ. Ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. *De civitate ad civitatem non epiſcopus, non presbyter, non diaconus tranſeat.* Si quis ab eccleſia ſua diſceſſerit, hunc in alia recipi vel ordinari, non conſentiente epiſcopo, a quo diſceſſit, prohibet canon XVI. Utriuſque igitur canonis ſententiam hic unus complexus.

Can. XIV. SI CLERICUS AD USURAM. Et hic etiam canon duobus diverſis reſpondet: nempe canoni XVII. ſynodi Nicænæ, qui uſuras clericis interdicit: & canoni III. ſynodi Chalcedonenſis, de clericis, qui διὰ αἰσχροκέρδειαν, ἀλλοτρίων κτημάτων γίνονται μισθωταί, καὶ πράγματα κοσμικὰ ἐργολαβοῦσι. *Turpis lucri gratia conductores ſunt alienarum poſſeſſionum, & ſæcularia negotia exercent.*

Can. XV. DIACONO INTER PRESBYTEROS SEDERE. Hic vero canon totus eſt ex canone XVIII. Niceno: non ut in ſynodo ipſa legitur, ſed ut a Rufino interpretatus eſt canon. XX. *Et ne diaconi*, inquit, *presbyteris præferantur, neve ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus euchariſtiam dividant, ſed illis agentibus ſolum miniſtrent. Si vero presbyter nullus ſit in præſenti, tunc demum etiam ipſis licet dividere. Aliter vero agentes abjici jubent.* At ſynodus Nicæna, ut Græca ſunt exemplaria, non prohibet diaconis ne præſentibus presbyteris euchariſtiam dividant, ſed ne presbyteris ipſis porrigant. Olim ſane diaconorum munus fuit euchariſtiam præſentibus dividere, & deferre ad abſentes. Juſtinus martyr in Apologia II. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ᾽ ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ᾽ ἡμῖν εὐχαριστία. *Ubi conſecrationem peregit antiſtes, & univerſus populus acclamavit, tum diaconi quos appellamus, ſingulis adſtantibus ſumendum porrigunt panem & vinum cum aqua, deferuntque ad abſentes: atque hic cibus a nobis euchariſtia vocatur.* Cyprianus de lapſis: *Ubi vero ſolemnibus adimpletis calicem diaconus offerre præſentibus cœpit, & reluctanti licet de ſacramento calicis infudit, in corpore atque ore violato euchariſtia permanere non potuit.* Neque hoc diaconis interdictum a ſynodo Nicæna videtur. Poſtea coërceri eos, & modum adhiberi placuit, ut euchariſtiam præſentibus presbyteris ſine neceſſitate, & niſi ab eis juſſi, non darent. Concilium IV. Carthaginienſe can. XXXVIII. *Diaconus præſente presbytero euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, juſſus eroget.*

Can. XVI. PHOTINIACOS SIVE PAULIANISTAS. Et hoc rurſum editionis eſt Rufinianæ can. XXI. *Ut Pauliniſtæ, qui ſunt Photiniani, rebaptizentur.* Nicæna enim ſynodus de Photinianis, qui exorti nondum erant, ſtatuere non potuit: ſolos vero Pauliniſtas commemorat canone XIX. unde hic excerptus eſt. Pauliniſtæ igitur, a Paulo Samoſateno dicti, Chriſtum non ſemper fuiſſe, ſed ejus initium ex quo de Maria natus eſt, aſſeverabant, nec eum aliquid amplius quam hominem putabant. Quæ hæreſis poſtea ſic a Photino Sirmienſi epiſcopo confirmata eſt, ut Photiniani, quam Pauliani, crebrius vocarentur. Ideo autem ab his venientes in eccleſia baptizabantur, quia veram ſcilicet baptiſmi formam non uſurpabant. Auguſtinus hæreſi XLIV. *Iſtos ſane Paulianos baptizandos eſſe in eccleſia catholica, Nicæno concilio conſtitutum eſt. Unde credendum eſt, eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici, cum de catholica diſcederent, abſtulerunt, eamque cuſtodiunt.*

Can. XVII. BONOSIACOS. Ut Photiniani Paulianorum, ſic Bonoſiaci Photinianorum nomen poſtea ſuum fecerunt. Gennadius in Audentio: *Scripſit contra Photinianos, qui*

nunc Bonoſiaci dicuntur. Avitus Viennenſis epiſtola III. *Unde reſpiciendum eſt hic, quantum Eutychiani Bonoſiacis barathro profundiore mergantur. Illi Chriſto divinitatis honorem tantummodo adimunt, iſti & corporis veritatem. Photinus hominis perſonam nos adorare deridet, hi nebulam.* Idem ergo vel cognatus error utriſque, ſed verum apud Bonoſiacos baptiſma. Propterea, cum ad eccleſiam veniebant, non baptizabantur, ſicut Photiniani, ſed ejurata tantum hæreſi confirmabantur, ut Spiritum ſanctum acciperent, quem apud hæreticos accepiſſe non viderentur. Bonoſus horum auctor cujus loci epiſcopus fuerit, nemo tradit. Ego Naiſſi in Dacia epiſcopatum geſſiſſe arbitror, idque ex Innocentii Papæ epiſtola ad Martinum ejuſdem ſedis epiſcopum, ubi de clericis Naiſſenſibus a Bonoſo ordinatis agitur, liquido comprobari.

Can. XVIII. XIX. Ad Arelatensis episcopi. Decretum fuerat canone ultimo concilii Arauſicani, ut unaquæque ſynodus inſequentem ſynodum denunciaret. Hic ſtatutum, ut ſynodi epiſcopi Arelatenſis arbitrio convocentur: & ut qui ad eas commonitus venire non poterit, vicarium mittat. Tum ut qui adeſſe neglexerit, aut ante finem ſynodi receſſerit, communione careat, donec in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.

Can. XX. De agitatoribus sive theatricis. Unus hic canon duos comprehendit ſynodi primæ Arelatenſis, quartum ſcilicet de aurigis Circenſibus, & quintum de ſcenicis hiſtrionibus.

Can. XXI. Poenitens quæcumque. Qui pœnitentiam publicam acceperunt, tum viri, tum feminæ, a conjugibus deinceps abſtinere debent, & his ſuperſtites ſi fuerint, nova conjugia inire prohibentur. Qui contra fecerint, ab eccleſiæ liminibus arcendi, quod ſimiliter poſtea cautum eſt in concilio II. Barcinonenſi can. IV. Siricius enim Papa in epiſtola ad Himerium cap. V. de iiſdem lenius conſtituerat, ut communione tantummodo carerent: *Sola*, inquit, *intra eccleſiam fidelibus oratione jungantur. Sacræ myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint: a Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur. Quibus tamen viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri.*

Can. XXII. Poenitentiam conjugatis. Cur uni conjugum ſine alterius conſenſu pœnitentia publica dari non debeat, manifeſta eſt ratio ex iis quæ proxime dicta ſunt ad canonem præcedentem.

Can. XXIII. Si infideles faculas accendunt. Rei declarantur epiſcopi qui reliquias idololatriæ delere negligunt: excommunicandi vero ſæculares, qui has de agris ſuis admoniti non abſtulerint. Itaque præcipuus olim in his eruendis epiſcoporum labor ac ſtudium fuit, ut ſancti Martini, de quo mira in eo genere narrat Sulpicius Severus, libro I. Auguſt. de tempore ſerm. CCXLI. *Quicumque in agro ſuo, aut villa ut juxta villam aliquam, arbores aut aras vel quælibet fana habuerit, ubi miſeri homines ſolent aliqua vota reddere, ſi non deſtruxerit vel ſucciderit, in illis ſacrilegiis quæ ibi facta fuerint, ſine dubio particeps erit.* Gaudentius vero Brixianus argumentum id tractans ſerm. XIII. auditores ſuos his verbis exſtimulat: *An exiſtimatis*, inquit, *quod Deum diligit tepidus ac negligens Chriſtianus, qui idola in poſſeſſionibus ſuis coli permittit? qui fanum dæmonis & aram diaboli ſtare in contumeliam Dei patitur!*

Can. XXIV. Eos qui falso. De canone iſto dixi ad canonem XIV. concilii I. Arelatenſis, unde hic excerptus eſt. Magnam enim ſynodum hoc loco appellant, non Nicænam, in qua nihil tale conſtitutum legimus, ſed primam Arelatenſem.

Can. XXV. Hi qui post sanctam. Hic etiam canon effictus eſt ad exemplum ultimi primæ ſynodi Arelatenſis. Sed quod ibi ſtatutum fuerat de apoſtatis fidei Chriſtianæ deſertoribus, hic de iis cavetur, qui religioſæ vitæ profeſſionem abjiciunt. De his ergo apoſtatis ſtatuit ſynodus, primum ut communionem ſine pœnitentia non accipiant: deinde ut ad clerum non admittantur: poſtremo, ut ſi poſt pœnitentiam ſæcularem habitum præſumpſerint, ab eccleſia ejiciantur.

Can. XXVI. Hæreticos in mortis discrimine. Hactenus canones XXV. quos in quibuſdam libris ſolos exſtare meminimus. Poſt hos in codice Remenſi novus titulus intexebatur: Capitula de synodo quæ in territorio Arausico celebrata est. Tum ſequebantur canones numero viginti, qui omnes, duobus demptis, e ſynodo Arauſicana depromti ſunt hoc modo.

Synodi Arelat. II.		*Synodi Arauſicanæ.*
can. XXVI.	Hæreticos in mortis diſcrimine.	*can.* I.
XXVII.	Nullum miniſtrum qui baptiz.	II.
XXVIII.	De his qui in extremis.	III.
XXIX.	Pœnitentiam deſiderantibus.	IV.
XXX.	Eos qui ad eccleſiam confugerint.	V.
XXXI.	Si quis clericorum religionis negotia.	
XXXII.	Si quis autem mancipia clericorum.	VI.
XXXIII.	Si quis per teſtamentum manumiſſum.	VII.
XXXIV.	Si quis in eccleſia manumiſſum.	
XXXV.	Si quis alibi conſiſtentem.	VIII.
XXXVI.	Si quis epiſcopus in alienæ civitatis.	X.
XXXVII.	Quod ſi etiam ſæcularium.	X.
XXXVIII.	Subito obmuteſcens baptizari.	XII. XIII.
XXXIX.	Energumeni baptizati.	XIV.
XL.	Energumenis catechumenis.	XV.
XLI.	Si qui palam aliquando arrepti.	XVI.
XLII.	In provinciis veſtris placuit.	XXI.
XLIII.	Placuit præterea ut ſecundum.	XXII.
XLIV.	Si quis autem in poſterum.	XXIII.
XLV.	De his quos clericatui alligari.	XXIV.

Ex his patet verba illa canonis XXVII. *juxta ſynodi conſtitutionem*, & can. XLIV. *ſecundum ſynodi inſtituta*, de ſynodo Arauſicana intelligi, in qua primum fuerant hi canones editi.

Si quis clericorum. Docet religionis negotia, & ſpiritales cauſas eccleſiæ, non apud laïcos tractari debere, ſed in ſynodis. Clericorum item controverſias, ſine conſenſu epiſcopi, ad publicos judices non eſſe deferendas, ſed epiſcoporum judicio terminandas. Can. XXXI.

Si quis in ecclesia manumissum. Libertos ingratos patroni rurſus in ſervitutem revocare poterant cod. Theod. De Libertis & eorum moribus. In eccleſia porro manumiſſos, tamquam ſibi commendatos, eccleſia defenſabat, ut oſtendit canon VII. ſynodi Arauſicanæ. Nunc ergo ne quis per calumniam opprimatur, cavet ſynodus ne ad ſervitutem reduci poſſit in eccleſia manumiſſus, niſi ejus crimen actis municipalibus fuerit comprobatum. Can. XXXIV.

De his quos clericatui. Citatur etiam hoc caput in antiquiſſimis collectionibus canonum, velut ſynodi Arelatenſis canon XLV. Ex quo apparet pro Arelatenſibus agnitos fuiſſe inſititios illos viginti, quorum hic poſtremum locum tenet, cum alioqui non exſtet inter ſynodi hujus canones in veteribus libris, neque in iis qui XXV. tantum habent, neque in aliis qui XXXIII. ut mirum ſit in Suriana tamen editione reperiri. Eſt autem Arauſicanæ ſynodi canon XXV. adjecta ſanctione, ut removeantur ab officio digami, qui ultra ſubdiaconatum fuerint ordinati. Can. XLV.

Professas viduas. Poſterius eſt membrum canonis XXVII. Arauſicani Qua autem pœna profeſſarum viduarum raptores, & viduas ipſas, ſi conſenſerint, affici oporteret, neutra ſynodus definivit: aliæ poſtea excommunicationem irrogarunt. Can. XLVI.

Secundum constit. synodi Vasensis. Eſt canon IV. ſynodi Vaſenſis, cujus ſe veſtigiis hærere profitentur. Qui mox ſequitur, ex ejuſdem quoque ſynodi canone V. tranſlatus eſt. Can. XLVII. XLVIII.

Secundum instituta seniorum. Qui ſacerdotali auctoritate, id eſt, ab epiſcopo, excommunicati ſunt, vitari debent non ſolum a clericis, quos ſolos adſtringit canon XV. concilii primi Toletani, verum etiam a laïcis. Concilium IV. Carthaginienſe can. LXXIII. *Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, ſive clericus, ſive laïcus, excommunicetur.* Inſtituta enim, ſive ut alii codices habent, ſtatuta ſeniorum, dici hoc loco videntur, quæ in veteribus libris Statuta eccleſiæ antiqua inſcribi ſolent. Sunt autem iidem ipſi canones, qui ſynodi IV. Carthaginienſis nomine circumferuntur, quod Can. XLIX.

in ea fortaſſe ſelecti, probatique ſunt.

Can. I. QUI PUBLICIS INTER SE ODIIS. Diſcordias epiſcoporum ſynodi eſt componere. Concilium Carthaginienſe IV. can. XXV. *Diſſidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet.* Eos vero qui odiis inter ſe ſic exardeſcunt, ut reconciliari nolint, ſynodus, donec ad pacem redeant, a ſynodis, ordinationibus, & ceteris eccleſiaſticis conventibus excludi jubet.

Can. II. SI EXPOSITUS ANTE ECCLESIAM. Concilii Vaſenſis can. IX. & X. De his in ſynodo Agathenſi can. XXIV.

Can. III. DE PUELLIS. Concilii Valentini canon II. Quod ibi de puellis devotis, quæ ad nuptias poſtea tranſeunt, indefinite ſancitum eſt, hoc loco ad eas aptatur, quæ poſt XXV. ætatis annum nupſerint, & pari cum eis lege plectuntur qui eas ſibi adligarint.

Can. IIII. SI QUIS FAMULORUM. Et legibus civilibus poſt Hadriani decretum, & eccleſiaſticis, ſervos occidere dominis vetitum eſt. Quod ſi quis ſervorum, domini diſtrictionem non ferens, mortem ſibi conſciverit, in dominum, quaſi auctorem, redundare cædis invidia ex hoc canone non debet.

Can. IV. IN ORDINATIONE EPISCOPI. Formulam tradunt in epiſcoporum electione ſervandam, nimirum ut ab epiſcopis qui electionis cauſa convenerint tres nominentur, de quibus clerici & primores civitatis unum eligant ordinandum. Cui ſynodi decreto, quod ad trium numerum attinet, ſimilis poſtea fuit Juſtiniani Imp. conſtitutio cod. De epiſcopis & clericis L. XLII. Sed hoc diſcrepat, quod tres illos a civibus deſignari jubet, tum ex ipſis optimum promoveri. Qua de re idem iterum Novella CXXXVII. quæ eſt de ordinatione epiſcop. & cleric. eadem ſtatuit his verbis. Θεσπίζομεν τοίνυν χρείας γινομένης ἐπίσκοπον χειροτονῆσαι, συνιέναι τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, ἧς μέλλει ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι. καὶ προκειμένων διαγγελίων ἐπὶ τριῶν προσώπων ψηφίσματα ποιεῖν· ἵνα ἐκ τῶν οὕτως ψηφιζομένων τριῶν προσώπων ὁ βελτίων χειροτονηθῇ ἐκλογῇ καὶ τῷ κρίματι τοῦ χειροτονοῦντος. Hoc eſt, ut Juliani antecefforis verba reddamus: *Sancimus, quando opus fuerit epiſcopum creari, clericos & primates civitatis ejus cujus epiſcopus deſideratur fieri, in tribus perſonis decreta facere propoſitis ſanctis evangeliis: ut ex tribus perſonis pro quibus decreta fecerint, melior creetur electione & periculo creatoris.* Eodem modo & in concilio II. Barcinonenſi can. III. ſtatutum eſt, ut duobus vel tribus a clero & plebe ſelectis, epiſcopi unum ſorte deligant & conſecrent. Voculam TRES in canone, pro qua NEC in vulgatis editionibus perperam legebatur, reſtituimus ex manuſcriptis.

Can. V. SI QUIS SÆCULARIUM. Id eſt, laïcorum. Clericum alterius epiſcopi ſine ipſius conſenſu vindicare ſibi nullus epiſcopus debet. Laïcum alterius diœceſis, quem ad ſe religionis cauſa venientem erudiendum ſuſceperit, quilibet epiſcopus ſibi ex hoc canone vindicare poteſt, ac proinde ut ſuum ordinare, ſi videbitur.

CONTRA MAGNAM SYNODUM. Magnam ſynodum ſupra canone VI. appellarat ſynodum Nicænam, & canone XXIV. magnam item ſynodum dixit ſynodum primam Arelatenſem. Ego neutram hoc loco intelligi puto, ſed de ſeipſa ſynodum loqui exemplo ſynodi Nicænæ, quam Nicæni ipſi patres μεγάλην σύνοδον paſſim vocant. Eſt igitur velut ſanctio ſynodi, qua metropolitanos contra decreta ſua quidquam audere vetat.

IN CONCILIUM ANDEGAVENSE anno Domini CCCCLIII. celebratum.

Tom. III. pag. 771. AD Talaſium Andegavenſium epiſcopum, in cujus ordinatione celebrata dicitur hæc ſynodus, ſcripta exſtat epiſtola Lupi & Euphronii epiſcoporum, de qua poſtmodum dicendi erit locus. Idem concilio cum ceteris abſens ſubſcripſit. Ad eumdem præterea, & ad Victorium Cenomanenſem, qui ad eam ſynodum non venerant, miſſa eſt ſynodica concilii Venetici, in eadem provincia tertia Lugdunenſi. Cujus provinciæ hoc loco metropolitanus Euſtochius epiſcopus Turonenſis, cum Leone metropolitano, ut ſeor, Bituricenſi.

CONTRA EPISTOLÆ JUDICIUM. De clericis vetat, primum ne relicto epiſcopali judicio publica judicia expetant inconſultis epiſcopis ſuis. Deinde ne ſine illorum permiſſu ad alia loca tranſeant, nec ſine illorum litteris ambulent. Quibus de rebus ſingulatim proximo ante anno cautum fuerat in ſynodo œcumenica Chalcedonenſi canone V. IX. XIII. poſtmodum vero in eadem provincia iterum actum eſt in concilio Turonico & Venetico. Can. I.

UT DIACONI PRESBYTERIS. Debent enim diaconi ſe presbyterorum quoque miniſtros agnoſcere. Concilium IV. Carthaginenſe can. XXXVII. *Diaconus ita ſe presbyteri, ut epiſcopi, miniſtrum noverit.* Quare quod Commodianus diaconos inſtruens inter cetera commendat, ut paſtores reverenter habeant, de presbyteris quoque accipiendum libro II. cap. XXVI. Can. II.

MINISTRIS, id eſt, diaconis.

Miniſterium Chriſti Zacones exercete caſte.
Ideirco miniſtri facite præcepta magiſtri.
Nolite ludere perſonam judicis æqui.
Integrate locum veſtrum per omnia docti.
Surſum intendentes ſemper Deo ſummo devoti.
Tota Deo reddite inlæſa ſacra miniſteria aræ.
Rebus in diverſis exemplum dare parati
Inclinate caput veſtrum paſtoribus ipſi.
Sic ſiet ut Chriſti populo ſitis probati.

UT A VIOLENTIA. Conſentiunt in his verbis duo codices, Tilianus & Foſſatenſis, in quibus ſolis hoc concilium reperimus. Perputationem itaque dicere videtur amputationem ſeu truncationem membrorum: a qua & ab omni genere cædis ac violentiæ compeſci, abſtinerique clericos jubet. Can. III.

FAMILIARITATEM EXTRANEARUM. Clericos qui vetitæ inhærent extranearum feminarum familiaritati, alienos a communione habendos decrevit ſynodus ſecunda Arelatenſis can. III. eademque illos pœna multant ſynodus prima Turonenſis can. III. & ſecunda can. X. Hæc vero ad altiorem illos gradum promoveri, atque in eo quem adepti fuerint miniſtrare vetat. Alii aliis in eoſdem modis canones animadvertunt. Can. IV.

TUM SI QUI TRADENDIS. Parum cohærent hæc verba cum ſuperioribus: ſed ideo fortaſſe conjunguntur, quia de iiſdem clericis accipienda ſunt, cum alia quæ mox ſequuntur, ad alios pertineant.

QUI ACCEPTA POENITENTIA RESILIUNT. Qui ſuſceptam pœnitentiam deſerunt, & virgines ſacræ quæ ſua ſponte lapſæ aut prævaricatæ fuerint, una eademque pœna plectuntur, ut a communione videlicet convictuque fidelium ſubmoveantur. Can. V.

QUI ALIENIS UXORIBUS. Alienas uxores appellat a viris ſuis dimiſſas, ut ἀλλότριον ἄνδρα, *alienum virum*, Baſilius ad Amphilochium can. IX. cum, cui poſt repudium uxoris altera cohabitat. Καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ ἀπολυθέντι τῆς γυναικὸς, μοιχαλίς· διότι ἀλλότριον ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν. *Et quæ ei, qui uxorem dimiſit, cohabitat, eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit.* Excommunicantur ergo qui dimiſſas ab aliis uxores ſuperſtitibus maritis ſibi copulant. Can. VI.

CLERICI QUI RELICTO CLERO. In clericos apoſtatas ex can. VII. ſynodi Chalcedonenſis: τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ τεταγμένους ὡρίσαμεν μήτε ἐπὶ στρατείαν, μήτε ἐπὶ ἀξίαν κοσμικὴν ἔρχεσθαι· ἢ τοῦτο τολμῶντας ἀναθεματίζεσθαι. *Eos qui in clero ſemel deputati ſunt, ſtatuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam ſæcularem venire, ſed hoc tentantes anathematizari.* Can. VII.

MONACHOS QUOQUE. Monachos vagos, & ſine epiſtolis ambulantes, niſi reſipiſcant, recipi ad communionem non debere. De his etiam veluerat canone IV. ſynodus Chalcedonenſis, ne relictis ſuis monaſteriis evagentur, eccleſiaſticiſque aut ſæcularibus negotiis ſe ingerant, niſi ſi quid illis forte ab epiſcopo propter neceſſariam cauſam præcipiatur. Can. VIII.

ALIORUM CLERICIS. Alieni clerici ordinationem, Can. IX.

niſi ejus conſentiat epiſcopus, irritam eſſe conſtituit ſynodus Sardicenſis can. XIX. *Et hoc univerſi conſtituimus, ut quicumque ex alia paræcia voluerit alienum miniſtrum, ſine conſenſu epiſcopi ipſius, & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio ejus.* Idem ſupra ſancitum in ſynodo II. Arelatenſi can. XIII.

Can. X. Quicumque autem. Prior pars canonis ad miniſtros eccleſiæ ſpectat, qui obſervare nolunt, id eſt, qui officium ſuum in ſuſpectis miniſteriis implere negligunt: de quibus alii erunt canones permulti. Poſterior, ſi titulo credimus, excommunicationes docet, niſi probatis criminibus, infligendas non eſſe. Verum adeo corruptus eſt locus, ut certa ſententia elici vix poſſit.

Can. XI. Non nisi unius uxoris viri. Ne digamos, ſi ad clerum adſciſcantur, ultra ſubdiaconatum ordinare liceat, cautum eſt tum in ſynodo Arauſicana can. XXV. tum in Arelatenſi II. can. XLV. Conſequens ergo, quod hoc loco adſtruitur, ut diaconi aut presbyteri ordinari non poſſint, qui non univiri, unius uxoris viri fuerint, ejuſque virginis, non viduæ aut internuptæ.

Cap. XII. Pœnitentiæ locus. Pœnitentiam deſiderantibus non negandam docuit canon IV. ſynodi Arauſicanæ. Sed huic canoni apte congruunt quæ ſtatuta ſunt in Laodicena can. II. *τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, προσκαρτερήσαντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος καιροῦ μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ. Eos qui diverſis modis peccant, ſi confeſſionis & pœnitentiæ precibus inſiſtant, perfectamque converſionem præ ſe ferant, pœnitentia ipſis pro æſtimatione culpæ impoſita, ad communionem, propter clementiam & bonitatem Dei, recipiendos eſſe.* Ad pœnitentiam porro *publicam* admittebant epiſcopi, & pro delictorum modo pœnitendi leges ac tempora decernebant. Concilium III. Carthaginienſe can. XXXI. *Pœnitentibus, juxta peccatorum differentiam, epiſcoporum judicio pœnitentiæ tempora decernantur.* Et concilium IV. can. LXXIV. *Sacerdos pœnitentiam imploranti abſque perſonæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.* Iidem ipſi peracta pœnitentia illos venia data reconciliabant, & ad communionem recipiebant, aut eorum permiſſu presbyteri, quibus alioqui non licebat. Concilium idem III. can. XXXII. *Ut presbyter inconſulto epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſente epiſcopo & neceſſitate cognita.*

In Concilium Arelatense III.

anno Domini CCCCLV. celebratum.

Tomo II. pag. 779. Quoties memarum aliquod. Cogendæ ſynodi cauſam titulus indicat: controverſiam nempe quæ inter abbatem inſulæ Lirinenſis, & epiſcopum Forojulienſem, verſabatur. Eſt igitur epiſtola Ravennii epiſcopi Arelatenſis, qua epiſcopos invitat ad ſynodum. Et quia uno exemplo hujuſmodi epiſtolæ ad diverſos mittebantur: ideo, ut ſupra monuimus, generales dicebantur, niſi quod pauca interdum, ut res poſcebat, quibuſdam propria inſerebantur, ut quæ in hac præcipue ſcripta ſunt ad Inſulanos, & ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem. Qui Theodoro in hac cauſa juncti ſunt, Valerianus, Cemelienſis, opinor, fuit epiſcopus; Maximus vero, Reïenſis, abbas ante Lirinenſis, cui Fauſtus ſucceſſerat.

Cum Arelate. Exigebat Theodorus Forojulienſis epiſcopus a Fauſto abbate, monaſterioque ejus nonnulla, quæ Leontius ejus deceſſor ſibi non vindicarat. Ea cum Fauſtus negaret, inde ortum inter illos diſſidium & contentio. Synodus Theodorum hortatur, primum ut obliterata præteritorum memoria Fauſtum recipiat in gratiam: deinde ut in poſterum nihil amplius exigat, quam quod a deceſſore fuerat exactum. Nempe ut clerici ab ipſo, vel cui ipſi injunxerit, ordinentur, ab ipſo chriſma & confirmatio petatur; clerici advenæ ad communionem, vel ad miniſterium, ſine ipſius præcepto non admittantur. Ipſe viciſſim laïcæ congregationis monaſterii curam omnem abbati liberam relinquat, neque ex ea quemquam, niſi abbate petente, clericum faciat. Quæ formula apud alios deinceps epiſcopos & abbates ſolemni jure ſervata eſt. Docet porro hæc controverſia, monaſterium Lirinenſe, quod nunc in Antipolitano ſive Graſſenſi epiſcopatu cenſetur, ad Forojulienſem eo tempore pertinuiſſe.

Antiquus abba et episcopus. Si Theodorus idem eſt, ut ſane videtur, abbas fuerat in Stœchadibus inſulis, quod innuit Caſſiani præfatio in collationem XI. Caſſianus idem præfatione collationis XVIII. quam Theodoro cum reliquis ſequentibus conſecravit: *Totidem & nunc vobis, o ſancti fratres, Joviniane, Minervi, Leonti & Theodore, credidi conſecrandas. Poſterior ſiquidem veſtrum illam cœnobiorum ſanctam atque egregiam diſciplinam in provinciis Gallicanis præcipuarum virtutum diſtrictione fundavit.* Ex hoc ergo cœnobio ſuo Theodorus abbas ad Forojulienſem adſcitus fuit epiſcopatum, ſicut e Lirinenſi tres primi abbates, Honoratus ad Arelatenſem, Maximus, & poſtmodum Fauſtus ad Reïenſem.

In epiſtolam ſanctorum Lupi & Euphronii.

Talaſii epiſcopi conſultationi de tribus capitulis reſpondent. *Tomo II. pag. 791. C.* Primum de vigiliis Natalis Domini, Epiphaniæ, & Paſchæ, quo ritu celebrandæ ſint. Tum de inferioribus clericis, quibus uxores ducere licet, utrum ſecundas nuptias inire poſſint. Qua in re pati quidem eccleſiam docent, ut oſtiarii alias uxores ducant, & bigami fiant: exorciſtas vero & ſubdiaconos a ſecundis nuptiis penitus excludere. Ceterum in eccleſia Tricaſſina exorciſtas & diaconos, poſtquam in clerum aſſumpti ſunt, etiam a primis nuptiis arceri: in Auguſtodunenſi, oſtiarios a ſecundis. Poſtremo ſubdiaconos pacem inter ſe dare in ſacrario debere, non in altario. Exſtat hæc epiſtola in variis codicibus antiquis, citaturque in pervetuſta collectione canonum ſancti Germani Pariſienſis.

Lupi et Euphronii. Lupi Tricaſſini epiſcopi apud omnes clariſſima eſt memoria: Euphronii Auguſtodunenſis ex Sidonio, Gregorio Turon. & ex Idacio qui alteram ejus epiſtolam commemorat in chronico anni CCCCLI. *In diebus*, inquit, *ſequentis Paſchæ viſa quædam in cœlo, regionibus Galliarum, epiſtola de his Euphronii Auguſtodunenſis epiſcopi ad Agrippinum comitem facta evidenter oſtendit.* De Talaſio Andegavenſi dictum ad ſynodum Andegavenſem, in qua ordinatus eſt.

Ad Epistolam Aviti Viennensis, Chlodoveo regi.

Eſt inter Aviti opera.

Baptiſmum Chlodovei regis annales Francorum aſſignant anno regni ejus XV. poſt victoriam Alamannicam. Is eſt juxta æram noſtram annus Chriſti deſinens CCCCXCVI. In natali enim Domini exeunte anno baptizatum Avitus in hac epiſtola teſtatur. Triennio ſerius, ſed more ſuo, Chlodovei baptiſmum ſtatuit Sigebertus anno CCCCXCIX. omnia enim triennii fere ſpatio poſterius narrare ſolet quam geſta ſunt.

Ampliores ejusdem Notæ.

Chlodoveo regi. Francorum, ad quem Theodorici quoque regis Italiæ duplex apud Caſſiodorum eſt epiſtola, libro II. Variarum XLI. & lib. III. IV. ſed utraque Luduinum vocat. Prior autem huic noſtræ ſuppar, ſi tempus ſpectetur: ſcripta videlicet poſt victoriam Alamannicam, quæ Chlodoveo fidei Chriſtianæ occaſio fuit, & baptiſmi, cujus hic pompam Avitus elegantiſſime deſcribit. Docet porro, quod hactenus ignorabamus, in vigilia Natalis Domini celebratum, non in vigilia Paſchæ, quod Hincmarus Remenſis, falſo ſibi &

rerum noſtrarum ſcriptoribus perſuaſerat.

Græcia principem legis noſtræ Anaſtaſium Imperatorem, Chriſtianum illum quidem, ſed non ſatis orthodoxum; Romæ vero & in Italia rex Theodoricus, & in Gallia Wiſigothorum Alaricus, & Gundobadus Burgundionum, Ariani prorſus erant, itemque Suevi, & ſi qui alii in Hiſpania: in Germania autem, & in Britannia, adhuc pagani. Ut non injurii ſint, qui poſt Chlodoveum, qui primus omnium in eccleſia Catholicus rex fuit, regibus Francorum primum inter Chriſtianos principes locum vel hoc nomine deberi aſſeverant.

V. Ill. Laurentii filium, de quo iterum in duabus proximis epiſtolis. Hunc ad patrem redire cum cuperet Anaſtaſius, Chlodoveum interceſſorem adhibuit, ut eum a Gundobado repeteret, apud quem captivus obſes, ut reor, pro patre tenebatur.

IN EPISTOLAM EJUSDEM ad Senatores Urbis.

Tomo II. pag. 981. C. *AVitus Fauſto & Symmacho.* Hujus epiſtolæ, præter codicem epiſtolarum Aviti, alterum exemplar in Regia bibliotheca nacti ſumus. Miſſam conſtat poſt ſynodum IV. Palmarem in cauſa Symmachi Papæ, quæ Romæ habita eſt x. Kalendas Novembres anni 501. Quare vel hoc ipſo anno exeunte ſcripta eſt, vel proximo ineunte.

AMPLIORES EJUSDEM NOTÆ.

FAuſto & Symmacho ſenatoribus. Non ſenatores modo, ſed patricii ambo, & ordinarii conſules fuerant: Fauſtus anno Chriſti CDXXCIII. Biennio poſt Symmachus, uterque ſine collega. Ad hos ergo, tamquam præcipuæ in urbe dignitatis proceres, ſuo & Gallicanorum omnium antiſtitum nomine, ſcribit de ſynodo Romana, & judicio in ea adverſus Symmachum Papam Theodorici regis auctoritate conſtituto expoſtulans, Italiæque epiſcopos perſtringens, quod de eminentiore judicium inferiores receperint.

Sacerdotalis fama decreti. Exſtat hoc decretum in ſynodo Rufio Magno Fauſto Avieno conſule habita, anno Chriſti DII. *Decernimus*, inquiunt, *ut Symmachus Papa, ſedis Apoſtolicæ præſul, quantum ad homines reſpicit, quia totum conſtat divino arbitrio fuiſſe dimiſſum, ſit immunis & liber, & Chriſtianæ plebi, ſine aliqua de objectis oblatione, in omnibus eccleſiis ſuis, ad jus ſedis ſuæ pertinentibus, tradat divina myſteria.* Quare dubium non eſt, quin ſynodum iſtam Avitus intelligat, quæ in codice Narbonenſi, aliiſque vetuſtioribus, quarta & Palmaris recte inſcribitur. Falſo enim recentiores, Palmaris nomen ſynodo alteri tribuunt, quæ Avieno juniore conſule celebrata eſt: cum in ea nec decreti hujus ſit mentio, nec abſolutionis Symmachi, quam in Palmari editam conſtat.

Hæc porro ſancti Aviti ad Romanos epiſtola revocat mihi in memoriam concilium in urbe Lugdunenſi ſub Gundebaldo Burgundionum rege ſaltem ante annum DXIV. celebratum, incerto quidem tempore, ſed non loco: de quo paucis ac veluti perfunctorie agit initio epiſt. 28. ad eumdem regem conſcriptæ. *Rediens ab urbe Lugdunenſi ſanctus Charterius epiſcopus* (incertæ ſedis antiſtes) *in qua nobis de concilio diſcedentibus ad privata quædam negotia expedienda reſederat, quæſtionem ſibi immo magis omnibus nobis propoſuiſſe vos retulit. Quæ ſi fuiſſet coram poſitis indicata, ſubminiſtrante ſancto Spiritu facile ſuſcitationi veſtræ quæ ad cauſam pertinebant ſuggeri potuerunt, &c.*

IN CONCILIUM AGATHENSE anni DVI.

Tomo II. pag. 993. TItulus hic fere in manuſcriptis: *Synodus habita in civitate Agathenſi ſub die* III. (vel IV.) *Idus Septembris, anno* XXII. *regni domini Alarici regis. Meſſala viro clariſſimo conſule.* Niſi quod in quibuſdam Gothici regis nulla eſt mentio: in aliis pro Meſſalæ conſulatu æra notatur DXLIV. quæ congruit anno Chriſti DVI. quo Meſſala conſul fuit, & regni annum XXII. agebat Alaricus.

Domini noſtri glorioſiſſimi. Bona fide codicem Remenſem expreſſimus, cum in aliis pleriſque hæc epitheta prætermittantur: in quibuſdam, ut in Lugdunenſi, tota præfatio ad pauca verba contrahatur hunc in modum: *Cum in nomine Domini in civitate Agathenſi conveniſſemus, in ſancti Andreæ baſilica conſedimus, &c.* Pag. 997 B.

Quæ eſt his canonibus inſerta. Hæc verba in unico Pithœi exemplari reperimus, in quo Innocentii mox epiſtola ſequebatur: a ceteris omnibus abſunt, ab iis nimirum expuncta, quibus Innocentii epiſtolam deſcribi hoc loco non placebat. Surius, etſi eadem verba retinuit, epiſtolam tamen non habet. Can. IX.

Si officium archidiaconatus. Ita Remenſis & Lugdunenſis, ſed rectius videtur *Archidiaconus*, ut in Foſſatenſi, Tiliano, & aliis. Can. XXIII.

Si pulſatus fuerit, reſpondeat. Ivo & Gratianus, *non reſpondeat.* Quo modo & codices nonnulli: ſed optimi omnes & antiquiſſimi ſic habent ut edidimus, & conſentit can. II. ſynodi Epaonenſis.

Qui poſt XLVII. ſequuntur canones XXV. ſeorſim editi ſunt cum Hiſpaniæ conciliis, poſt ſynodum Toletanam XVII. hoc titulo præfixo: *Sententiæ quæ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, ſed a quibuſdam ipſis inſertæ ſunt.* Quem titulum qui contexuit, de veteribus nimirum exemplaribus concilii Agathenſis agebat; in quibus hi canones, ut monui, non exſtant, ſed ab aliis poſtea inſerti ſunt. Jam olim certe additos fuiſſe, fidem faciunt codices aliquot non modicæ vetuſtatis, & quod eoſdem pro Agathenſibus, ante Gratianum, & ceteros, agnoverit Hincmarus abhinc annis fere DCCC.

Ego Cæſarius. In his ſubſcriptionibus nunc primum adjecta ſunt ex codice Pithœano vocabula civitatum, cum olim ſola epiſcoporum nomina legerentur. Hic porro rurſum in plurimis exemplaribus pro illis verbis, *anno* XXII. *domini noſtri Alarici regis*, hæc habentur: *Meſſala viro clariſſimo conſule.* Pro XXXIII. epiſcopis qui per ſe aut per vicarios ſubſcribunt, collectiones quædam quatuor & triginta: Agobardus in libello de inſolentia Judæorum, XXXV. numerat.

AD CONCILIUM EPAONENSE, anni DXVII.

In epiſtolam ad Quintianum.

QUintiano epiſcopo. In confeſſo eſt Quintianum hoc tempore Arvernorum epiſcopum fuiſſe: quare falſa videtur epiſtolæ inſcriptio. Cum enim ad provinciæ Viennenſis epiſcopos ſcripta ſit, ut ad concilium Epaonenſe veniant, quis locus foret epiſcopo Arvernorum, qui non modo extra Viennenſem provinciam erant, ſed extra ditionem quoque Burgundionum. Nam ut Agathenſe concilium eorum tantum fuit, qui Wiſigothorum imperio parebant, & Aurelianenſe primum dumtaxat eorum, qui ſub Francorum erant poteſtate: ſic ad Epaonenſe ii tantummodo convenerunt, qui Burgundionum finibus continebantur. Hinc apparet deeſſe hoc loco epiſtolam ad Quintianum, cujus ſola reſtat inſcriptio; hujus vero, quam ad epiſcopos provinciæ ſcriptam diximus, inſcriptionem deſiderari. Tomo II. pag. 1045 B.

Conventus bis per annum. Hoc decreverat ſynodus Nicæna, can. V. καλῶς ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι. *Recte habere viſum eſt, ut ſingulis annis, per unamquamque provinciam, bis in anno concilia fiant.* Quo ſpectans concilium Regenſe can. VIII. *Statuit ut ſecundum antiquam conſuetudinem, ſi quies temporum erit, bis in anno conventus agant.* Et Arauſicanum I. can. XXIX. *Qui patrum ſtatuta deſpiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qua-*

Digitized by Google

litate difficile eſt, ſanctum eſt concurri. Ob hanc opinor difficultatem, placuit deinceps ſynodos ſingulis annis celebrari, quod apud nos in Conc. I. Agathenſi ſtatutum, in alis poſtea multis repetitum eſt.

In parochia Eponenſi. Pro Epaonenſi. Epao enim plerumque dicitur, quæ alias Epauna. De hoc enim concilio agi certum eſt: ſed incertum hactenus quis locus, & quod illi hodie ſit nomen. De quo multi varia conjiciunt. Qui ſancti Firmati vitam conſcripſit, auctor eſt illum, Turonibus relictis, perveniſſe ad locum, cui nomen Eona ſuper Rhodanum; ibique conſediſſe. Quod ſi Eonam ab Æpona deflexiſſe annuimus, ut abſurdum certe non eſt, qui ſancti Firmati ſepulcrum nactus fuerit, a concilii fortaſſe loco non aberrabit.

Acerbitas corporeæ infirm. Excuſationem quo minus epiſcopi ad ſynodum veniant, præter infirmitatem corporis, canones Galliæ nullam agnoſcunt. Itaque in hoc ipſo Epaonenſi concilio, can. I. Decretum eſt, *ut niſi cauſa tædii evidentis exſtiterit, nullus excuſet.* Et in Aurelianenſi II. can. I. *Ut nullus epiſcoporum, niſi certa tædii cauſa detentus, ad concilium venire penitus ulla excuſatione detrectet.* Quare excuſationes alias excludere ſolent, ut diviſionem regiæ ſortis, concilium Aurelianenſe III. can. I. *Hanc excuſationem ſibi noverint eſſe ſublatam, ſi abſentiam ſuam diviſione ſortis crediderint excuſandam.* Alias omnes concilium Turonenſe II. can. I. *Præter infirmitatem certiſſimam, nullius occaſione velaminis, neque per impedimentum ordinationis regiæ, neque ſub occaſione utilitatis, aut cauſæ propriæ, debeat a concilio ſeparari.*

Duos presbyteros pro ſe. Quibus ad concilium venire infirmitatis cauſa non licebat, hi legatos vice ſua mittebant. Concilium Arelatenſe II. can. XVIII. *Si quis commonitus infirmitatis cauſa defuerit, perſonam vice ſua dirigat.* Et Carpentoratenſe in epiſtola ad Agrœcium epiſcopum, *licet ad ſynodum aut per vos, aut per perſonam vicariam, debueritis adeſſe.* Quamquam ergo duos hoc loco exigat, & duos pro uno epiſcopo vicarios in Conc. Arelatenſi V. ſubſcripſiſſe compertum ſit, ſingulos tamen ſat fuiſſe ſuperiora demonſtant. Neque presbyteros omnes mitti neceſſe fuit, cum ex conciliorum ſubſcriptionibus liqueat, nunc abbates & presbyteros, nunc archidiaconos vel diaconos legari conſueſſe.

NOTÆ IN CANONES.

Concilium Epaonenſe. Et hoc etiam concilium anno ſuo aſſignat Agapiti conſulatus, id eſt, anno Chriſti DXVII. Agapito enim conſule habitum teſtatur Aviti Viennenſis, qui ſynodo præfuit, ſubſcriptio in codice Corbeienſi, Lugdunenſi, Tiliano, Foſſatenſi, & aliis. Epaonenſe vocare maluimus, quam ut alii Epaunenſe: tum quia ſæpius ita ſcribitur & citatur ab antiquis, tum quia in iiſdem veteribus libris Epaone celebratum dicitur, non Epaunæ, itemque in Aviti Viennenſis epiſtola.

Can. I. *Nullus excuſet.* Pithœi codex addit: *Quod ſi fecerit, ſex menſibus a communione privetur.*

Can. VII. *In venditorem comparantis actione vertenda.* Remenſis, *in venditorem, vel heredes ſuos, actione vertenda.*

Can. XI. *Sed ſi &c. non moventur.* Remenſis, & Bellovacenſis, *ſed & ſi &c. non permittantur.* Haud dubium quin lectione interpolata, quemadmodum & illa in vulgatis, *non præſumant.* Certa enim & conſtans eſt omnium fere codicum ſcriptura, quam edidimus.

Can. XIV. *Probatur emiſſe.* Optimi quique, *probabitur.*

Can. XXI. *Ab omni regione noſtra penitus abrogamus.* Quidam, *ab omni religione penitus abrogamus*, ut Foſſatenſis & Tilianus.

Can. XXV. *Quod ſi illi defuerint.* Appendix iſta, quamquam in uno tantum reperta eſt codice Lugdunenſi, & in ejus germano Anicienſi, neque exſtat apud Burchardum & Ivonem, agnoſcitur tamen citaturque, ut membrum canonis hujus, in vetuſtiſſimis collectionibus canonum, Andegavenſi, Divionenſi ſancti Benigni, & aliis.

Can. XXVI. *Chriſmatis unctione.* Lugdunenſis, *Chriſmatis unguine*, quomodo & apud Ivonem, parte III. cap. XXX.

Can. XXVII. *Provinciales obſervare.* Omnes fere, *provinciales eorum obſervare*: quidam, *comprovinciales.*

Si quis frater uxoris ſuæ germanam accipiat. τὸ *ſuæ* in unico eſt Corbeienſi, in ceteris conſentiunt Lugdunenſis, Foſſatenſis & Tilianus. Remenſis vero ſic habet: *Si quis frater germanam uxorem accipiat*: male. Can. XXX.

Ut cives ſuperiorum natalium. Reſtitutus eſt totus canon ex Corbeienſi potiſſimum & Lugdunenſi. Can. XXXV.

Et ætatis provectæ. Quidam *perfectæ*, ut Tilianus & Foſſatenſis. In aliis hæc verba deſunt, ut in Lugdunenſi. Can. XXXVIII.

De capillis vero. Ita omnes manuſcripti. Iidem mox, *placuit dominis*, omiſſa præpoſitione. Can. XXXIX.

Agapito viro clariſſimo conſule, Epaone. Conſentiunt, ut præfati ſumus, in his verbis, atque in nota die & menſis, codices plurimi & optimæ notæ.

Victurius. Tilianus & Foſſatenſis, *Victorinus*: Lugdunenſis, *Victorius.* Sed Victurium quoque appellat Avitus in epiſtola quam ad eum ſcribit, de quodam qui duas germanas uxores duxerat.

Civitatis Albenſium. Pithœanus, *Albenſium, ſive Vivarienſis.* Eadem enim eſt civitas Alba Helviorum quæ Vivarium, ut patet ex Notitia.

Peladius presbyter. Hæc in Pithœano non ſunt, ſed horum loco ſuperius poſt Catulinum Salutaris epiſcopi ſubſcriptionem habet his verbis: *Salutaris epiſcopus civitatis Avennicæ ſubſcripſi.* Remenſis etiam, hac omiſſa clauſula, Salutaris epiſcopi nomen habet poſt Catulinum Sed rectius videtur quod ex aliis expreſſimus.

AD CONCILIUM LUGDUNENSE I. anni DXVII.

Concilium Lugdunenſe I. Non liquet utrum hoc concilium præceſſerit, an poſterius ſit Epaonenſi. Codex enim Remenſis, ex quo a nobis deſcriptum, etſi id ſubjicit Epaonenſi, temporis notam nullam exhibet, præter nomen Sigiſmundi regis, hoc modo: *Incipit epiſtola tempore Sigiſmundi regis ab epiſcopis in urbe Lugduno facta contra Stephanum.* Ceterum, utut res ſe habeat, nomen Sigiſmundi regis, & quod omnes epiſcopi, qui huic concilio adfuerunt, Epaonenſi quoque interfuerunt, non longo utrumque intervallo habitum demonſtrat. Fidem autem huic noſtro adſtruunt collectiones antiquæ, tum Andegavenſis & Divionenſis, quarum paulo ante facta eſt mentio, cum tertia Bonævallis, quæ omnes ſextum ejus canonem commemorant. Tomo II. pag. 1037.

Can. VI. *Reum ſe in concilio fraternitatis.* Ita collectiones antiquæ quas diximus: nam paulo aliter in codice Remenſi: *reum fraternitate futurum eſſe cognoſcat.*

AD CONCILIUM VASENSE anni DXXIX.

Anno Chriſti DXXIX. Eodem anno quo Arauſicanum. Verum Arauſicana epiſcoporum collatio fortuita fuerat, cum ad baſilicæ dedicationem conveniſſent: Vaſenſis vero ſynodus legitima, ac ſuperiore anno denunciata in Carpentoractenſi. Unde falluntur, qui ad alium annum ſynodum hanc referunt, aut qui alibi, quam hoc anno, Decium juniorem conſulem quærunt, qui junior dictus eſt Decii alterius comparatione, qui ante annos quadraginta tres conſul in occidente fuerat, cum Longinus eſſet in oriente. Præter hos enim, Decius in faſtis antiquis toto illo ſæculo nullus memoratur. Tomo II. pag. 1105.

Cæſarius epiſcopus. Subſcriptiones integræ ſunt ex Lugdunenſi, niſi quod Heraclius, quem ſeptimo loco ſtatuimus ex Remenſi, penultimus eſt in Lugdunenſi ante Vindemialem. Nam Aquitanus, qui poſtremo loco in vulgatis legitur, exſtatque etiam in Remenſi ac Bellovacenſi, non eſt in Lugdunenſi, neque in Corbeienſi.

In Episto-

Digitized by Google

IN EPISTOLAM JOANNIS PAPÆ II. ad Cæſarium Arelatenſem.

Tom. II. pag. 1151. *TItuli canonum.* Quæ de hac cauſa ſubjiciuntur, non omnia ex uno, ſed ex diverſis codicibus deprompta
Ibidem. D. ſunt: ex Corbeïenſi nimirum, Pithœanis duobus, Lirinenſi, & aliis, ſed potiſſimum ex Remenſi, qui plura ceteris continebat.

Pag. 1156. D. *De ſynodo Juſtianenſi.* Sic appellat, ut ante monui, concilium primum Arauſicanum a loco ubi celebratum eſt.

Ibidem. E. *Ecce manifeſtiſſime.* Citatur initium hujus tractatus a Gratiano, decr. 50. cap. XXV. *Si quis diaconus:* & perperam tribuitur Hormiſdæ. Cujuſnam vero ſit auctoris, veteres libri non indicant. Cæſarii fortaſſe non immerito videri poſſit.

Pag. 1158. A. *De quibus & Fauſtus epiſcopus ſanctus.* Codex Corbeïenſis: *quibus & domnus Fauſtus in epiſtola.* Pithœanus alter: *de quibus & ſanctus Fauſtus in epiſtola.* Floriacenſis: *de quibus & ſanctus Fauſtus epiſcopus in epiſtola.*

Ibidem. E. *Hoc ideo dico.* Hucuſque codex Corbeïenſis, & Pithœani ambo: cetera ex unico ſunt Remenſi.

AD CONCILIUM AURELIANENSE II. anni DXXXIII.

Tom. II. pag. 1171. *COncilium.* Hujus ſynodi pauca in bibliothecis vetera ſunt exemplaria. In Bellovacenſi autem, quo uſi ſumus, idem qui in vulgatis proditur Childeberti regis annus XXII. in ſubſcriptionibus epiſcoporum: qui numerus adjectus ad DXI. quo anno vita functum Chlodoveum ejus patrem ſupra monuimus, Chriſti annum reddit DXXXIII. Hoc itaque anno celebratam ſynodum arbitramur.

Pag. 1176. C. *Honoratus epiſcopus.* In vulgatis præter Honoratum, qui primo loco ſubſcribit, reliqui deinceps, quemadmodum in Aurelianenſi primo dictum eſt, diſpoſiti fuerant ordine alphabetico. Nos eam ſeriem expreſſimus qua digeſti ſunt in codice Bellovacenſi, adjectis ex Suriana editione nominibus civitatum, quæ in illo codice non ſunt.

Ibidem. *Flavius epiſcopus Rotomagenſis.* Qui ſubſcribit etiam in concilio III. Aurelianenſi. Sed pro Flavio Elaſius hic legitur in codice Bellovacenſi, *Elaſius epiſcopus ſubſcripſi.*

Ibidem. E. *Pro Adelſio Rauracenſi.* Idem error qui ſupra in concilio I. Aurelianenſi, ubi cum Adelſius hic epiſcopus eccleſiæ Ratiaticæ diceretur, fuerunt qui mutarent in Rauracenſis. Legendum ergo, *pro Adelſio Ratiatenſi*, id eſt, Pictavenſi, ut dictum eſt.

IN CONCILIUM ARVERNENSE, anni DXXXV.

Tom. II. pag. 1180. *ANno Chriſti* DXXXV. Is enim eſt annus poſt conſulatum Paulini junioris, qui proximo ante anno conſul fuerat, juniorque in faſtis nuncupatur propter Paulinum alterum, qui conſulatum multo ante geſſerat anno CCCCXCVIII. Hoc igitur anno, quo habita eſt ſynodus, conſulem habuit oriens Beliſarium: at in occidente quia nullus eſt renunciatus, annum appellabant poſt conſulatum Paulini junioris. Congruit præterea hic annus regno Theodeberti regis, quo annuente ſynodus convocata eſt: quia Theodoricus ejus pater ſuperiore anno vivere deſierat. Quod tum ex verbis Caſſiodori patet, epiſtola I. lib. XI. tum ex eo quod cum annos tres & viginti regnaſſe Theodoricus dicatur, in annum Chriſti DXXXIV. juxta æram noſtram incidiſſe illius obitum neceſſe eſt, quia poſt mortem Chlodovei regnum iniit anno DXI.

Non votis quærat. Lugdunenſis, *non præmiis quærat.* Et paulo poſt, ubi Lugdunenſis item, Corbeïenſis, Pithœanus, aliique habent, *eminentiſſimæ dignitatis*, ſicut edidimus, Tilianus, Foſſatenſis, & alii nonnulli, *emendatiſſimæ* legunt, ut vulgati. Can. II.

Defunctorum corpora. Plerique *corpuſcula*, ut Lugdun. Pithœanus, Foſſatenſis, & alii. Can. III.

Suiſque admodum non contenti. Ita Pithœanus, Corbeïenſis, Foſſatenſis, & alii. Lugdunenſis tamen *ſuis quodammodo*, ut vulgati. Can. X.

Aut ſacerdotum prorogare. Ex Corbeïenſi, Pithœano, & Lugdunenſi, quomodo & alibi ſæpe, & mox canone XIII. Sed Foſſatenſis, Tilianus, & alii, *ad ſacerdotium provocare*, ut Suriana editio. Can. XI.

Ad ſacrum electi miniſterium. Corbeïenſis, Pithœan. & Foſſat. *Myſterium.* Et paulo poſt, pro *feciſſe cognoſcitur*, Lugdun. *cognoſcitur perpetraſſe.* Can. XIII. Can. XVI.

Fugiatur his extranearum. Lugdun. *fugiatur ab omnibus clericis extran.* Et mox Tilianus ac Foſſat. *cum matre, ſorore*, avia omiſſa.

Domitianus eccleſ. Colonienſis. Foſſat. & Tilianus, *Domitianus epiſcopus de Colonia.* Ut in reliquis, de Gabalitano, de Remis, Treveris, Vivario, Vereduno. Pithœanus autem, *Domitianus epiſcopus eccleſiæ Tungrorum.*

Heſperius, Ita Corbeïen. & Foſſat. Pithœanus, *Sperius*, ut apud Paulum diaconum in libello de epiſcopis Metenſibus.

Epiſtola ad Theodebertum. Extat eadem præterea in codice Tiliano, præponiturque tum in illo, tum in altero Foſſatenſi, actis concilii Arvernenſis.

IN CONCILIUM ARELATENSE V. anni DLIII.

COncilium Arelatenſe V. Synodi hujus, quam nunc primum in lucem damus, canonem III. ex collectione, opinor, aliqua profert Gratianus XVIII. qu. III. *Monaſteria.* Integram enim ſynodum ſi nactus fuiſſet, aliorum etiam ejus canonum auctoritate uſus eſſet, vetuſtiſſimi auctoris exemplo, qui in collectione Divionenſi, & tertium eumdem, & alios quoque canones inſeruit, IV. V. ac VII. De hac eadem ſynodo vetus index epiſcoporum, qui canones in ſynodis ediderunt: *Canones Arelatenſes firmaverunt epiſcopi* XIX. *Sapaudus Arelatenſis, Simplicius, Hilarius, cum ceteris.* Nam huic epiſcopi ſubſcribunt numero XIX. & in his illi ipſi quos nominatim deſignat. Tom. III. pag. 117.

Anno XLIII. *Childeberti.* Cadit hic annus, juxta æram noſtram, in annum Chriſti quem præfiximus. Nam ſi ad annum DXI. quo iniiſſe facimus Childebertum, XLIII. annos adjicias, exſurgit annus DLIV. Sed cum menſe Junio ejus anni non cohæret, quæ ex codice Lugdunenſi annotata eſt, indictio III. ſed II. cujus adhuc reliqui erant duo menſes, priuſquam III. inchoaretur. Quare tertia pro ſecunda poſita hoc loco videtur: ſicut in concilio III. Aurelianenſi, ut ante dictum eſt, indictio ſecunda pro prima. Alioqui non ſolum cum noſtro, ſed cum ſuo etiam calculo pugnat codex Lugdunenſis. Etenim ſi anno Chriſti DXLIX. cum celebratum eſt concilium V. Aurelianenſe, Octobri menſe, ut idem codex habet, indictio erat XIII. & Childeberti annus XXXVIII. ſequitur ut Junio menſe anni DLIV. & Childeberti annus fuerit XLIII. & indictio II. non III.

Tertio Kal. In manuſcripto legi potius videtur, III. *Kalendas.*

IN CONCILIUM LUGDUNENSE II.

anni DLXVII.

Tomo III. pag. 334. INdictione xv. In vulgatis editionibus appoſita eſt temporis nota, *Anno* VI. *regni glorioſiſſimi Guntramni regis, indictione* III. quam notam competere putant anno Chriſti DLXX. Et vero de indictione certum eſt eo Chriſti anno tertiam fuiſſe. At Guntramni & fratrum ejus annus hic erat non ſextus, ſed nonus. In ſynodo enim IV. Pariſienſi, annus XII. Sigeberti & fratrum ejus comparatur cum indictione VI. quæ fuit anno Chriſti DLXXXIII. Quare nono illorum anno tertia fuit indictio, & ſexto eorumdem anno, cum habitum dicitur hoc concilium, indictio fuit non III. ſed XV. anno Chriſti DLXVII. Sic ergo ex conjectura correximus, cum exemplaribus antiquis in hac ſynodo careremus.

Secundo loco. Et canonem hunc, & alios ex hac ſynodo uſurparunt collectiones antiquæ, Andegavenſis, Divionenſis, &c.

IN CONCILIUM TURONENSE II.

anni DLXVII.

Tomo III. pag. 331. ANno *Chriſti.* DLXVII. Ex iis quæ proxime dicta ſunt in ſynodo Lugdunenſi, ſtatuendum eſt Chlotarii filios regnare cœpiſſe anno Chriſti DLXII. Hinc autem ſequitur concilium Turonenſe, quod, ut ejus ſubſcriptio teſtatur, ſexto Chariberti regis anno, menſe Novembri celebratum eſt, ad annum Chriſti DLXVII. referri neceſſario debere.

Can. III. *Non in imaginario.* Codex Bellovacenſis & collectio Bonævallis, omiſſis præpoſitionibus, *non imaginario ordine, ſed crucis titulo componatur.*

Can. X. *Ut ſe, dum renovatur, oſtendat clariorem.* Codex Bonævallis: *ut ſe gratiorem, dum renovatur, oſtendat.*

Can. XXI. *Ut excepta lectio.* Codex Bellovacenſis, *ut ſcarpſa lectio.* Sic & alibi collectio Andegavenſis: *Scarpſum de epiſtola Leonis ad Ruſticum.*

Can. XXII. *Cibos mortuis offerunt.* Codex Bellovacenſis: *intrinitus mortuis offerunt.*

Can. XXIV. *De re illa aut eccleſiæ.* Idem Codex, *de reicula eccleſiæ.*

Non ſolum excommunicatus, ſed & anathematizatus. Bellovacenſis, *non ſolum excommunis, ſed etiam anathema moriatur*, & ſupra identidem, *excommunis.*

Can. XXVII. *In dogmatibus eccleſiaſticis.* Tituli hujuſce libellum intelligit a Gennadio, ut ferunt, ſcriptum presbytero Maſſilienſi; in cujus capite XXXV. quod nunc eſt in vulgatis editionibus LXXII. eorum genera enumerans, qui clerici ordinari non debent, ultimo demum loco, *nec illum*, aït, *qui per ambitionem ad imaginem Simonis magi pecuniam offert.*

IN CONCILIUM PARISIENSE IV.

anni DLXXIII.

Tomo III. pag. 401. COncilium *Pariſienſe.* Id ipſum videtur, cujus a Gregorio Turonenſi lib. IV. cap. XLI. fit mentio his verbis: *Cum autem*, inquit, *contentio inter Guntramnum & Sigebertum reges verteretur, Guntramnus rex apud Pariſios omnes epiſcopos regni ſui congregat, ut inter utroſque, quid veritas haberet, edicerent,* &c.

III. *Idus Septembris, indictione* VI. Anno Chriſti DLXXIII. Indictionum olim apud Romanos, & apud Gallos, diverſum fuit exordium. Romani enim cum reliqua Italia, ſicut & Græci, novas indictiones inchoabant a Calendis Septembris: quod in Gregorii Magni, Joannis VIII. & Gregorii VII. epiſtolis obſervare eſt. Verbi gratia, Gregorii VII. epiſtola XIX. lib. I. Rodulfo Duci Sueviæ data dicitur, *Capuæ Kalendis Septembris, indictione incipiente* XII. & apud Paulum diaconum de geſtis Longobardorum capite XXV. *Alboinus Italiam ingreſſus indictione ingrediente* III. *tertio Nonas Septembris.* Galli vero priſcam & veram, ut fama eſt, indictionum originem retinentes, earum exordium ducebant ex die VIII. Kalendas Octobris. Unde in capitularibus Caroli Calvi, coronatus is dicitur Metis in regno Lotharii V. Idus Septembris, anno Chriſti DCCCLXIX. indictione II. nondum mutata ſcilicet indictione, quæ alioqui numeranda erat III. ſi ex Kalendis Septembris Romano more fuiſſet inchoata. Eodemque modo Ludovici Balbi exſtat diploma pro Hugone abbate ſancti Martini Trecis, anno DCCCLXXVIII. Nonis Septembris, indictione II. non 12. Sic igitur & hoc loco, indictio VI. quæ Idus Septembres antecedit, more Gallico intelligenda eſt, non nova, ſed cujus pauci adhuc reſtabant dies, uſque ad VIII. Kalendas Octobris, anno Chriſti DLXXIII. Alioqui ſi ad methodum Romanam examinetur indictio, congruet ſextæ initium anno DLXXII. Verum hic regum annus erit non XII. ut eſt in ſynodi ſubſcriptione, ſed XI.

Anno XII. *regum.* Clotarii regis filiorum, Guntramni, Chilperici, & Sigeberti, Chariberto fratrum maximo jam defuncto. Horum regni annum XII. congruere anno Chriſti DLXXIII. ex indictionis VI. nota proxime oſtenſum eſt. Idem ex Sigeberti quoque regis annis conficitur, quem Gregorius Turonenſis lib. IV. extremo ſcribit obiiſſe anno regni XIV. ejuſque ſucceſſorem Childebertum filium die Natalis coronatum tradit, lib. V. cap. I. Chriſti autem annum hunc fuiſſe DLXXV. ex aliis ejuſdem Gregorii locis liquido comprobatur: tum quod cap. XVI. ejuſdem libri, anno Childeberti ſecundo Paſcha narrat die XVI. Kalendas Maias celebratum, quod ſine dubio congruit anno DLXXVII. tum quod libro VI. cap. XXV. idem auctor eſt, anno Childeberti octavo, pridie Kalendas Februarias diem incidiſſe Dominicum, quod perinde congruit anno DLXXXIII. Quare ſi, ut ex his patet, anno Chriſti DLXXV. regum illorum decimus quartus habebatur, reliquum eſt ut duodecimum eorum annum anno DLXXIII. competere, regnique eorum exordium ex anno DLXII. cœpiſſe ſtatuamus, ut dictum eſt.

Tenor ſuggeſtionis. In vetere libro ſcriptum *ſuggeſtionis*, atque itactiam in epiſtola ſynodi Arvernicæ ad Theodobertum regem: *Deo placente ſuggeſſione conſulimus*, & in concilio V. Aurelianenſi capite VII. *plurimorum ſuggeſſione comperimus.* Ibidem.

IN CONCILIUM PARISIENSE,

anni DLXXVII.

COncilium *in cauſa Prætextati.* Anno II. Childeberti celebratum fuiſſe auctor eſt idem Gregorius lib. IV. cap. XLIV. proinde Chriſti anno DLXXVII. adſcripſimus, quia Childeberti anni exſurgunt, ut dictum eſt, ex fine anni DLXXV. Verno tempore habitum & alia indicant, & Gregorius ipſe, qui ſynodi hujus narrationem pæne conjungit cum mentione Paſchatis, de quo fuit illo anno controverſia. Sed cum epiſcopos adfuiſſe dicat quinque & quadraginta, tres dumtaxat nominantur, in quibus Ragnemodus Pariſienſis, qui ſancto Germano ſuperiora anno ſucceſſerat. Tomo III. pag. 405 E.

IN SYNODUM AUTISIODORENSEM,

anni circiter DLXXVIII.

SUb *annum Chriſti* DLXXXVIII In ſynodo Autiſiodorenſi nihil eſt quod tempus denotet, præter nomen Aunacharii epiſcopi qui præfuit. Nos, quia veriſimile videbatur ſub initia epiſcopatus habitam fuiſſe, ſatius du- Tomo III. pag. 443.

ximus paulo poſt concilium IV. Pariſienſe, cui interfuerat, collocare, quam ad annum Chriſti DXC. quod nonnullis placuit, rejicere. Abſurdius autem illi faciunt, qui anno DCXIV. collocant, cum exploratum ſit Aunacharium vitam ad ea uſque tempora non produxiſſe.

Can. I. *Vetula aut cervolo facere.* Quidam libri *vecola*, alii *yececola*, aut *vecole*, legunt. Lectio noſtra auctorem habet ſanctum Eligium in ſermone ad omnem plebem: *Nemo in Kalendis Januariis nefanda & ridiculoſa, vetulas aut cervolos, vel jocticos faciat.* Exſtat hic ſermo in appendice tomi IX. operum ſancti Auguſtini tract. XX. ſine nomine auctoris: revera autem eſt ſancti Eligii epiſcopi Noviomenſis veterum exemplarium conſenſu, & Audoeni teſtimonio in vita ſancti Eligii. Hanc autem lectionem confirmat, ſimulque quid ſit vetula aut cervolo facere docet vetus pœnitentiale in codice Andegavenſi. *Si quis*, inquit, *in Kalendis Januariis in cervulo & in vetula vadet, tribus annis pœniteat, quia hoc dæmonum eſt.* Utrobique porro vetula priſco more ſcriptum pro *vitula*.

Can. III. *Ad arbores ſacrivos.* Sanctus Eligius in eodem ſermone: *Arbores, quas ſacrivos vocant, ſuccidite: pedum ſimilitudines, quas per bivios ponunt, fieri vetate, & ubi inveneritis igne cremate.*

Can. IV. *Non ad caragios.* Vulgati *characteres*. Sed *caragios* habent omnes antiqui, Tilianus, Bellovacenſis ac Pithœanus. Item & ſanctus Eligius: *Non caragios promittentes, quæ explere non valent; non divinos, non ſortilegos:* &c. *conſulere præſumatis.* Et ſanctus Auguſtinus ſermone CCXLI. de tempore.

Can. VI. *Archiſubdiaconum.* Pithœanus, *Subarchidiaconum.*

IN CONCILIUM VALENTINUM II. anni DLXXXIV.

Tomo III. pag. 437. *KAlendas Junii.* Legendum, *Julii.* Et mox pro anno XXIII. vulgati habent, *anno* XXIV.

Anno Chriſti DXXCIV. Huic prorſus anno congruit menſis Junius indictione II. quam ſynodi præfert inſcriptio. Ceterum hic annus Guntramni regis, juxta æram Gregorii & noſtram, fuit tantum XXIII. Quare ita potius ſcriptum videtur, quam XXIV. ut eſt in vulgata inſcriptione. Alii contra mendum eſſe conjiciunt, non in annis Guntramni, ſed in nota indictionis: eamque VII. fuiſſe volunt, non II. & quia Guntramni annum XXIV. congruere putant cum anno Chriſti DLXXXIX. in eum annum ſynodum Valentinam conjiciunt.

Sapaudus Arelatenſis. Sapaudum & Evantium epiſcopos, qui hoc loco ſubſcribunt, anno II. Childeberti, hoc eſt, anno Chriſti DLXXXVI. diem obiiſſe notat Gregorius Turon. lib. VIII. cap. XXXIX. Aberrant ergo, qui ſynodum hanc triennio poſt habitam decernunt, ut dictum eſt.

IN CONCILIUM MATISCONENSE II. anni DLXXXV.

Tomo III. pag. 439. *ANno Chriſti* DXXCV. Annum regis teſtatur vulgata inſcriptio, quæ cum verbis ſynodi perperam antea copulabatur: exſtat autem & in codice Bellovacenſi: *Synodus habita in civitate Matiſconenſi anno* XXIV. *regni glorioſiſſimi Guntramni regis:* eumdemque Guntramni annum, ac diem quoque ſynodo indictam X. Kalendas Novembres, habet Gregorius Turon. lib. VIII. cap. I. & VII. Synodi vero acta quædam exponit cap. XX. Nec dubium quin Gregorii calculo & noſtro Chriſti annus is fuerit DLXXXV. vel argumento, quod jam ſupra obſervavimus, diei Dominicæ, quæ biennio ante, ut Gregorius idem narrat lib. VI. cap. XXI. pridie Kalendas Februarias incidens annum arguebat DLXXXIII. Quare falli eos neceſſe eſt, qui ſynodum hanc in annum DLXXXVIII. vel in ſequentem rejiciunt.

Clotarii junioris anno II. Chilperici regis filii, qui defuncto patri ſuperiore anno ſucceſſerat. Quare aut primus deſinens Clotarii annus hic erat, aut ſecundus inchoans.

Obnoxietatem. Legendum *obnoxiationem*, ut vulgati. Ita enim codex Bellovacenſis & collectio Divionenſis. Can. II.

Relicto fratrum cœtu a mand. Bellovac. *relatu fratrum a mand.* Item paulo poſt, *altaris oblatio.* Bellovac. & Divionen. *aris ablatio.* Item, *& cum Abel vel ceteris juſte offer. promereantur.* Bellovac. & Divionen. *& Abel vel ceteris juſtis offer. mereantur.* Et mox: *omnis autem*, &c. *contendat, anathemate percellatur.* Can. IV.

Si aliquid contentionis. Bellovac. *ſi aliquas intentiones.* Et paulo poſt, *actiones extricet.* Bellovac. *actiones exerceat.* Can. IX.

Per putem hoſpitalitatem. Bellovac. *per ipſam hoſpitalitatem.* Can. XI.

Non conquaſſentur. Divion. *non quaſſentur.* Andegav. *non cauſentur.* Can. XII.

Si quis ſæcularium quempiam. Bellovac. *ſi quis ſæcularium honoratorum in itinere obviam habuerit aliquem eccleſiaſticorum graduum uſque ad*, &c. Can. XV.

Legum decreta. Bellovac. *legum auctoritatem.* Can. XVII.

Subſcriptiones. In ordinem alphabeticum de more digeſtæ fuerant in vulgatis, & quinque epiſcopi prætermiſſi, quos ex codice Bellovacenſi reſtituimus, multis paſſim, quæ in aliis corrupta erant, emendatis. Pag. 465. B.

Marius eccleſiæ Aventicæ. Apud Aventicum, Helvetiorum coloniam, ſedes olim fuit epiſcopalis, inde poſtea Lauſanam ab hoc ipſo, ut ferunt, Mario tranſlata, Childeberti regis temporibus. Ibidem. E.

Ruſticus Vicojulienſis. Id eſt, Aturenſis, a Vico Julio Aturenſium in Novempopulonia. Meminit autem Ruſtici hujus Vicojulienſis epiſcopi Gregorius Turon. lib. VI. cap. XXXI. Ibidem.

Savinus Benarnenſium. Qui hodie Laſcarenſes epiſcopi appellantur, hi olim de gentis nomine Benarnenſes dicti, ut *Galactorius de Benarno* in ſynodo Agathenſi. Male ergo in vulgatis *Vivarienſium* ſcriptum eſt pro *Benarnenſium.* Ibidem.

Nicaſius Aquilimenſium. Ita vetus exemplar, non ut in vulgatis, Auxitanæ. Auſcenſis enim, ſive Auxitanus epiſcopus erat Fauſtus, qui jam ſupra nominatus eſt: hic vero Nicaſius epiſcopus Engoliſmenſis, de quo Gregorius lib. IX cap. XLI. Ibidem.

Miſſi epiſcoporum. Vulgata editio pro epiſcopis XVIII. quorum vicarii ſynodo ſubſcripſiſſe dicuntur, epiſcopos habet XX. duobus adjectis, Agrœcio Tricaſſino, & Felice Belicenſi, qui prætermitti minime debent. Pag. 466. B.

Epiſcopi non habentes ſedes. Ex his Frontinius epiſcopus fuerat Agathenſis, ſed a Gothis dejectus ſedem hoc tempore non habebat. poſtea ſucceſſit Deuterio Vencienſi, ut eſt apud Gregorium, libro IX. capite XXIV. Promotus vero ille eſt, quem in Dunenſi caſtro non rite conſecratum ſynodus IV. Pariſienſis abſtinere juſſit. Fauſtianus in hoc ipſo concilio remotus eſt ab epiſcopatu Aquenſi, ad quem ordinatus fuerat a Bertcranno Burdigalenſi, & aliis, ut Gregorius idem narrat, lib. VII. cap. XXXI. & lib. VIII. cap. XX. Ibidem. C.

IN CONCILIUM PICTAVENSE anni DLXXXIX.

POſt exceſſum beatæ Radegundis. Obiiſſe feria quarta die XIII. Auguſti beatam Radegundem omnes conſentiunt, cumque Childeberti annum fuiſſe duodecimum auctor eſt Gregorius Turonenſis lib. IX. cap. II. Et feria porro, & annus Childeberti, annum Chriſti prorſus indicant DLXXXVII. Quare hoc anno illam obiiſſe ſtatuendum eſt. Qui enim ad annum Chriſti DXCII. ejus obitum rejiciunt, non animadvertunt ipſam Gregorii hiſtoriam, cum in XVI. Childeberti anno deſinat, ad hunc quem volunt annum Chriſti non procedere. Qui Tomo III. pag. 489. C.

ergo potuit Radegundis mortem, cui interfuit, tot ante annis commemorare, ſi nondum obierat! Maneat ergo, & anno quo diximus exceſſiſſe, & tumultum hunc monialium, qui biennio poſt ſecutus eſt, in annum Chriſti DLXXXIX. incidiſſe, quem adſcripſimus.

IN CONCILIUM NARBONENSE,
anni DLXXXIX.

Tomo III pag. 492. *RΕccaredi Gothorum regis.* Ejecti e Gallia Gothi a Chlodoveo rege, compulſique in Hiſpaniam, provinciæ Narbonenſis oram maritimam, quæ ipſis olim a Romanis conceſſa fuerat, & Gothia illorum poſtea nomine dicta eſt, in poteſtate ſua retinuerunt, quoad tandem Caroli Martelli armis recepta Francorum regno adſcita eſt. Hoc igitur tempore, quia in Gothorum erat imperio, Reccaredi regis nomen huic concilio præfixum eſt, qui primus Hiſpaniæ regum ex Ariana hæreſi converſus catholicam fidem amplexus eſt.

Anno Chriſti DLXXXIX. Huic enim anno congruit quartus annus Reccaredi, æra DCXXVII. ut eſt in præfatione concilii Toletani III. quod hoc ipſo anno celebratum fuerat menſe Maïo. Cui & iidem, qui hic adſunt, provinciæ Narbonenſis epiſcopi, aut præſentes ipſi, aut per vicarios interfuerant.

Sedatus. Rectius, opinor, Sedatus, ut in concilio Toletano, & in Agathenſi, *Sedatus epiſcopus Nemauſenſis.* Exſtat in veteribus libris Sedati epiſcopi homilia, cujus exordium: *Fratres rogo ut de ſalute animæ veſtræ attentius cogitetis.* Utri autem iſtorum potius tribuenda ſit, an tertio cuipiam, non liquet.

Benenatus. Hunc Elnenſem in eadem provincia epiſcopum fuiſſe docent vetera exemplaria concilii Toletani III. Nam in vulgatis ejus concilii ſubſcriptionibus mendum irrepſit ex nominum trajectione. Joannes enim, qui Elnenſis ibi epiſcopus dicitur, epiſcopus fuit Egabrenſis, ut conſtat ex ſynodo Spalenſi ſequentis anni. Benenatus vero non Egabrenſis, ut ibidem appellatur, ſed Elnenſis fuit epiſcopus, ut teſtantur codices antiqui. Quare inter epiſcopos qui huic ſynodo ſubſcribunt, Benenati ſubſcriptio tertio loco reſtituenda videtur, in hunc fortaſſe modum: *Benenatus in Chriſti nomine eccleſiæ Elnenſis epiſcopus his conſtitutionibus interfui & ſubſcripſi.*

Can. XIII. *Vela ad hoſtia ſublevent.* Vulgati mendoſe, *vel ad oſteos ſublevent.* Emendationem firmat titulus canonis ex Toloſana Fuxenſi bibliotheca cum ceteris depromptus. De velis autem ſermo eſt, quæ appendi ad oſtia ſolebant, tum in eccleſiis, ut in Epiphanii epiſtola ad Joannem Hieroſol. *Inveni ibi velum pendens in foribus eccleſiæ:* & in concilio Romano ſub Zacharia. *Deneardus præ velo eſt, & petit ingredi:* tum in cubiculis, ut apud Athanaſium apologia I. *αὐτὸς γὰρ ἦν εἰσιὼν πρὸς τὸ βῆλον,* de Eugenio Magiſtro, qui ad velum ſtabat, cum Athanaſius Conſtantem alloqueretur.

IN EPISTOLAM MARTINI PAPÆ
ad Amandum Trajectenſem.

Tomo III pag. 941. *MArtini Papæ epiſtola.* Synodum Romanam Martini Papæ adverſus Monothelitas, cujus acta cum hac epiſtola in Galliam miſſa ſunt, celebratam conſtat menſe Octobri, anno Chriſti DCXLIX. Scripta igitur epiſtola, vel eodem mox anno exeunte, vel initio ſequentis.

Pag. 948. B. *Sigebertum regem.* Dagoberti nempe filium, qui in Auſtraſia regnabat. Ex actis porro vitæ ſancti Eligii, lib. I. cap. XXXIII. liquet eadem geſta ſynodalia ad Chlodoveum quoque regem Sigeberti fratrem miſſa, qui in Neuſtria & Burgundia, hoc eſt, in altera Francici regni parte imperabat.

IN CONCILIUM CABILONENSE,
anni circiter DCL.

CIrca annum DCL. Sub Chlodoveo II. rege habitam fuiſſe hanc ſynodum, ſynodus ipſa docet: quoto autem illius anno habita ſit, non liquet. Hoc certum videtur, ante annum Chriſti DCLVIII. id eſt, ante annum XV. Chlodovei conſtitui debere. Nam eo anno Pariſiorum epiſcopus erat Landericus, ut ipſius pro ſancti Dionyſii monaſterio litteræ declarant. In hac vero ſynodo ſubſcribit per vicarium Audobertus, qui Landericum anteceſſit. Quare falluntur omnino, qui ſynodum illo anno poſteriorem faciunt. Tomo III. pag. 947.

Ut captivitatis vinculum. Codex Tilianus, Pithœanus, & Bellovac. *Ut a captivitatis vinculo animæ a Chriſticolis redimantur.* Can. IX.

Subſcriptiones. Hæ in ſolo erant Bellovacenſi, non ordine alphabetico, ſicut in vulgatis, ſed quo modo hic digeſtæ ſunt.

Protaſius Sedunenſis. Vulgati, *Sentienſis.* Protaſii Sedunenſis epiſcopi una cum Domitiano Genavenſi, & Grato Auguſtenſi, mentio fit in actis ſancti Mauricii & ſociorum.

Magnus epiſcopus. In codice Bellovac. nomen eccleſiæ non exprimitur. In vulgatis epiſcopus dicitur Atrebatenſis. Verum Atrebates eo tempore, Cameracenſibus attributi, proprium epiſcopum non habebant.

Betto Tricaſtinenſis. Editio vulgata; *Betto Forojulienſis.*

Licerius Vindauſcenſis. Id eſt, Carpentoratenſis. Sic enim aliquando appellati ſunt epiſcopi Carpentoratenſes a Vindauſca oppido vicino. Notitia civitatum Galliæ; *Civitas Carpentoratenſium, nunc Vindauſca.* Male ergo vulgati *eccleſiæ Auſciorum* habent, pro Vindauſcenſis.

Betto de Juliobona. Notum olim hujus nominis oppidum in Caletibus, pago Rotomagenſi, ubi ſedes epiſcopalis ſtata non fuit. Bettoni tamen epiſcopo attributus hoc tempore fuerat hic locus, ſicut Auſtrapio Sellenſe caſtrum in Pictonibus apud Gregorium lib. IV. cap. XVIII. & Moderico vicus Ariſitenſis, ut paulo ante dictum eſt.

Domino Theodoſio. Cod. Bellovacenſi, *Theudorico.* Atque ita etiam veteres catalogi epiſcoporum Arelatenſium. Alii *Theodoſium*, alii *Theodoricum* vocant.

Ad Epiſtolam
ADEODATI PAPÆ.

COllata fuit cum ſchedis Pithœanis, in quibus exſtat etiam Chrodoberti ejuſdem epiſcopi Turonenſis epiſtola de judicio mulieris, quæ poſtquam conſecrata & profeſſa caſtitatem Deo fuerat conſervare, adulterium perpetravit. Tomo III. pag. 1007.

IN CONCILIUM LIPTINENSE,
anni DCCXLIII.

SUb Carlomanno. Duo, ut res docet, ſub Carlomanno concilia fuerunt: unum in Germania, cujus locus non proditur, celebratum anno Chriſti DCCXLII. alterum anno ſequenti apud Liptinas in Gallia, in quo ſuperioris quoque concilii canones relicti & approbati ſunt. Quinam ad Germanicam ſynodum epiſcopi convenerint, præfatio declarat: in Liptinenſi qui adfuerint, non eſt proditum. Præfuiſſe utrique Bonifacium, ſedis Apoſtolicæ vicarium, compertum eſt. Tomo III. pag. 1911.

Modo autem in hac ſynodo. Hæc proprie ſpectant ad ſynodum apud Liptinas habitam; quod nomen olim palatii & villæ regiæ fuit in pago Cameracenſi, ut ab aliis

jam obſervatum. Leptinos ſcriptum eſt apud Aimoinum, qui ſitum loci aperte confirmat lib. v. cap. xxv. Caroli Calvi reditum deſcribens a Procaſpide ſuper Moſam, ubi regnum Lotharii cum Ludovico fratre diviſerat: *Ludovicus*, inquit, *Aquiſgranum rediit, Carolus Leptinos uxorem ſuam ſibi obviam venire juſſit. Inde per monaſterium ſancti Quintini ad Silvacum, & inde per Cariſiacum Compendium venit.*

IN CONCILIUM ROMANUM, anni DCCXLV.

Tomo III. pag. 1931.

ANno Chriſti DCCXLV. Huic anno congruit indictio XIV. menſe Octobri. Conſtantini autem annorum duplex epocha memoratur. Prior ex quo cum Leone Iſauro patre regnare cœperat, XII. Kalendas Maias, anno DCCXX. altera annorum, quibus poſt patris obitum ſolus imperabat, ex die XIV. Kalendas Julias, indictione IX. id eſt, anno Chriſti DCCXLI. Quamquam enim hoc loco non imperii annos computat, ſed poſt conſulatum, res eodem recidit: quia Conſtantinus paucis diebus poſt imperii natale conſulatum dediſſe videtur, ſicut de patre dictum eſt. Quare ad hanc normam exigendæ & caſtigandæ ſunt reliquarum quoque epiſtolarum ſubſcriptiones.

IN CONCILIUM VERNENSE, anni DCCLV.

Tomo III. pag. 1994.

VErno palatio. In codice Metenſi *Vernis* legitur, ut in vulgatis: at in Bellovacenſi, *Verno palatio*, quod rectius videtur. Sic enim a Pippino ipſo appellatur, lib. v. cap. XI. *Sicut eis ad Vernum ordinavimus.*

Anno Chriſti DCCLV. Pippini regis anni, quando primum inauguratus eſt a ſancto Bonifacio, conſurgunt ex anno Chriſti DCCLII. quod docet chronicum Pithœanum, & confirmant antiquæ tabulæ monaſterii ſancti Galli, in quibus comparatur tertius annus Pippini regis, VIII. Idus Auguſti, cum anno Chriſti DCCLVI. item annus ſextus Pippini, XII. Kalendas Januarias, cum anno DCCLVII. & rurſum annus X. Pippini ejuſdem, V. Idus Maias, cum anno DCCLXI. Conſequens ergo, ut annus quartus Pippini, quem ſynodi notat præfatio, cum anno Chriſti congruere dicatur DCCLV.

Can. XXV. *Ut nec epiſcopus.* Poſt hunc canonem ſequebatur in vulgatis canon XXVI. *De juſtitia facienda:* in quo etiam deſinit codex Metenſis: ſed ante hunc tres item alios præmittit, *De teloneis, de moneta, & de immunitatibus*; quos omnes, cum ſuperius relati ſint in capitulis de alia ſynodo, jure hoc loco miſſus facit exemplar Bellovacenſe.

IN EPITOMEN CANONUM HADRIANI PAPÆ.

Tomo III. pag. 2013.

EPitome canonum. Non ſolum epitomen conſtat oblatam fuiſſe Carolo magno, ſed integram collectionem tum canonum, ex quibus epitome illa deinceps conflata eſt, tum decretorum etiam Pontificum, a Siricio ad Gregorium juniorem: denique illum ipſum Carolo datum eſſe librum, qui *codex canonum* a Nicolao Papa dicitur diſt. XIX. cap. *Si Romanorum*, quique Moguntiæ primum excuſus anno MDXXV. in editione poſtea Pariſienſi inſcriptus eſt: *Codex canonum vetus eccleſiæ Romanæ.* Hoc enim declarant plurima, quæ in bibliothecis Galliæ viſuntur, collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa eſt, Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit. DOMINO ECCELL. FILIO CARULO REGI HADRIANUS PAPA. Epiſtola autem ipſa ſic habet, tum in aliis paſſim, ut dixi, tum in vetuſtiſſimo ſancti Germani codice, Caroli ipſius Magni temporibus exarato, anno regni ejus XXXVII. id eſt, Chriſti DCCCV.

IN CANONEM II. CONCILII FRANCOFORDIENSIS, & libros quatuor Caroli M.

Tomo IV. pag. 904. D.

QUæſitum eſt a multis, noſtra & patrum ætate doctiſſimis viris, de canone iſto, & de libris Carolinis, primum verine eſſent, an falſi & ſubdititii: deinde an ſynodus illa Græcorum, cui adverſantur, Nicæna pro imaginibus ſynodus fuerit, an alia. Nec injuria fortaſſe de utroque capite re nondum comperta dubitabatur. Nunc vero & ſynodi canones, libroſque Caroli pro legitimis omnes fere agnoſcunt, & de ſynodo Nicæna quæſtionem fuiſſe, quod ex libris ipſis patet, ſimiliter conſentiunt. Ac de libris ſane Caroli, ut Hincmarum omittam, qui hos a ſe lectos teſtatur, inficiari nemo poteſt, niſi qui Hadriani Papæ ad eoſdem libros reſponſioni, ſeu confutationi, quæ in omnium manibus verſatur, fidem detractam velit. De canonibus vero, qui ſequuntur, quin ii quoque veri ſinceríque ſint, nobis certe propter antiquiſſimi codicis auctoritatem ambigere non licet: ut de multis ejus ſæculi ſcriptoribus nihil dicam, qui dum ſeptimam ſynodum a Francofordienſi rejectam tradunt, ſecundum hunc canonem, de quo agimus, tacite ſignificant. Nec difficile porro iſta ſibi de Gallorum epiſcopis perſuadebit, qui meminerit illos Ludovici Pii temporibus non diſſimilia in ſynodo Pariſienſi ſenſiſſe; & Anaſtaſii bibliothecarii apud Joannem VIII. cenſura perſtrictos fuiſſe, quod adverſus ſynodi Nicænæ decretum in approbanda imaginum adoratione cunctarentur. Reſtat ergo, ut quænam illorum de imaginibus mens fuerit, aut qua ratione purgari queant, qui ſynodum Nicænam, quam inter œcumenicas numeramus, explodere auſi ſint, conſideremus. Quamquam quod ad ſynodi nomen attinet, in promptu habent, quo invidiam depellant. Conſtat enim ſic in hac quæſtione verſatos eſſe, tum ſynodi Francofordienſis, tum Carolini voluminis auctores, ut ſibi non cum œcumenico concilio, ſed cum peculiari Græcorum, ut appellabant, ſynodo rem eſſe contenderent. Ita enim paſſim in libris illis profitentur, queruntúrque propterea illam ſibi, aut univerſalis, aut ſeptimæ ſynodi nomen arrogare, cum œcumenicam dici poſſe negarent, ad quam ſoli Græci conveniſſent, reliquarumque provinciarum eccleſiæ convocatæ, aut ſententiam per epiſtolas more eccleſiaſtico rogatæ non fuiſſent. Et quidem, ſi rem ſuis momentis expendamus, ſatis omnino cauſæ videbatur, cur ſynodum, cui tot adhuc provinciarum, ac totius pæne occidentis ſuffragia deeſſent pro œcumenica nondum haberent. Nec Hadrianus ipſe aliter ſe ſentire oſtendebat; qui allatam e Græcia ſynodum, ut Hincmarus eodem loco docet, in Galliam miſit, conciliumque ejus cauſa convocari a Carolo juſſit. & libris Carolinis, quibus oppugnata eſt, ita reſpondit, ut œcumenicæ ſynodi nomen illis, auctoritatemque nuſquam objiciat. Quare habebant, ut dixi, hac in parte Galli, quo ſe defenderent. Haud perinde fortaſſe in re ipſa, hoc eſt in quæſtione imaginum, in qua vehementer a ſynodo diſſentiebant. Nam cum in ſynodo Nicæna de ſacris imaginibus duo eſſent conſtituta; & retinendas nimirum, & adorandas imagines eſſe; prius illud noſtri libenter amplectebantur, quod ipſi quoque jam ante in ſynodo Gentiliaca contra Græcos Iconoclaſtas adſtruxerant: alterum vero penitus reſpuebant, imagineſque non adorandas, ſed memoriæ tantum cauſa & inſtructionis habendas affirmabant; Gregorium Magnum, ut aïebant, ducem ſecuti, qui in eam ſententiam Sereno Maſſilienſi epiſcopo reſcripſiſſe videbatur. Ac merito ſane adorandas imagines negarent, ſi adorare id erat, quod interpretabantur, hoc eſt, divinum honorem cultumque deferre. Sic enim vitandam imaginum adorationem docuerat ſanctus Gregorius, & adorari Deum ſolum oportere manifeſtum eſt.

Sed mirum profecto, ſuſpicari id noſtros de Græcis potuiſſe, aut ſynodum Nicænam, quod Francofordienſis canon declarat, hoc nomine traducere, quaſi imagines divino cultu adorandas ſtatuiſſet: cum in ſynodo illa nihil ſit expreſſius, quam adorationis, ſeu προσκυνήσεως, quæ imaginibus tribuitur, nomine non intelligi veram latriam, quæ naturæ divinæ debetur; ſed honorariam tantum venerationem, qua dum imagines proſequimur, prototypa ipſa per eas honoramus. Quo utique ſenſu Gregorius idem, qui adorandas divino cultu imagines negabat, in aliis ad Januarium, & ad Secundinum epiſtolis, congruentem hanc illarum venerationem aperte confirmarat. Et Hadrianus Papa ſub finem epiſtolæ, qua libris Carolinis reſpondet, Gregorii magni & ſynodi Nicænæ diverſas de imaginum cultu ſententias non fuiſſe demonſtrat. Denique Galli ipſi, qui adorari ſacras imagines vetabant, crucis tamen effigiem, reliquias ſanctorum, codicem evangelii, & alia, quorum par atque imaginum eſt ratio, adorare conſueverant. Unde adverſus illos non inſcite pro ſeptima ſynodo argumentatur idem Anaſtaſius. Aiunt, inquit, quod non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandum. Quaſi non ſit codex evangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie oſculando adorant. Similiter & forma crucis, quam ſe adorare omnes ubique Chriſtiani fatentur. Quod ſi quamlibet crucem auream, vel argenteam, aut ligneam adoramus, quæ utique non eſt eadem ipſa crux, in qua ſalus noſtra patrata eſt, ſed figura & imago ejus; quare non adoremus figuram & imaginem ejus qui eamdem ſalutem operatus eſt! Venerabilior namque eſt qui ſalutem operatus eſt, quam ea materia, in qua idem Salvator operatus eſt: ac per hoc magis eſt adoratione digna imago Chriſti ſalutem operantis, quam imago crucis ſalutem tantummodo bajulantis. Ceterum qui ſynodo Nicænæ, nondum ſatis intellectæ, adorationique imaginum, religioſa, ut apparet, ſed inani trepidatione pertinacius initio reſtiterant, iidem poſtea, rebus explicatis atque perſpectis, & ſynodum eamdem ſunt amplexi, & ſacrarum imaginum venerationem religioſiſſimè coluerunt. Quare libros Carolinos, quos majores noſtri re tamdem ipſa damnarant, vel Hadriani ad eos reſponſionem, minus proinde neceſſariam, repræſentari hoc loco (ne quis fortaſſe inconſulto requirat) ſupervacaneum cenſuimus.

IN CANONES EJUSDEM CONCILII FRANCOFORDIENSIS, anni DCCXCIV.

Tomo IV. pag. 904. *Concilium Francofordienſe.* Æſtatis initio celebratum docet in chronico Eginhartus. Synodi porro hujus, exceptis canonibus, integrum ac pervetus exemplar ſuppeditavit nobis bibliotheca eccleſiæ Remenſis, cujus ope multa paſſim emendata. Canonum vero, qui antehac deſiderabantur, copiam nacti ſumus ex vetuſto item codice ſancti Remigii, eodem ipſo, quo uſum conſtabat illum, qui primus libros Carolinos, & cum his primum & ſecundum hujus concilii canònem, diſſimulato & interpolato nomine ſuo, in lucem dedit. Præter hoc enim aliud antiquæ notæ canonum Francofordienſium exemplar, quod ſciam, nullum eſt.

Can. I. *Conjungentibus.* Convenientibus, ſeu congregatis, qua notione id verbum uſurpare ſolent Anaſtaſius, & alii ſuppares ævo ſcriptores.

Can. II. *Conſtantinopoli fecerunt.* Hinc & Eginhartus in chronico: *Synodus etiam, quæ ante paucos annos Conſtantinopoli ſub Irene & Conſtantino filio ejus congregata, & ab ipſis non ſolum ſeptima, verum etiam univerſalis erat appellata, ab omnibus abdicata eſt.* Rectius autem in præfatione librorum Carolinorum in Bithyniæ partibus habita dicitur, nam apud Nicæam Bithyniæ coacta eſt. Itaque Conſtantinopoli factam ſic intelligendum hoc loco, non quod in ea urbe, ſed quod ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis.

Cap. III. *Secum haberet in monaſterio.* Taſſilo quippe vitam hoc tempore ducebat in monaſterio, cui addictus ante ſex annos fuerat poſt judicium Ingelheimenſe, de quo dictum eſt anno DCCLXXXVIII.

Can. VIII. *Quatuor ſuffraganeas.* Eccleſiæ ſeu civitates quatuor, quæ Viennenſi archiepiſcopo in provinciæ diviſione relictæ ſunt, in Leonis Papæ epiſtola v. nominantur, Valentia, Tarantaſia, (quæ extra provinciam) Genava, & Gratianopolis. Novem porro Arelatenſi conceſſæ in codice Lugdunenſi hæ numerantur, Maſſilienſium, Albenſium, Deenſium, Tricaſtinorum, Vaſenſium, Arauſicorum, Cavellicorum, Avennicorum, & Carpentoratenſium.

De Tarantaſia & Ebredun. Id agebant, opinor, harum civitatum epiſcopi, ut inter metropolitanos in eccleſia cenſerentur. Etſi enim tres iſtæ civitates jam olim capita & metropoles erant ſuarum provinciarum, videntur tamen illarum epiſcopi ſuperioribus ſæculis ſub aliarum provinciarum metropolitanis fuiſſe: Tarantaſienſis nimirum ſub Viennenſi, Ebredunenſis & Aquenſis ſub Arelatenſi. Hoc membrum diſtinctum canonem facit in manuſcriptis, ita ut ſynodi univerſæ canones fiant LVII.

Can. IX. *In mortem regis non conſiliaſſet.* Nefariam conjurationem intelligit, quæ ante biennium patefacta fuerat apud Ratisbonam, de qua Eginhartus idem & alii anno DCCXCII. Breve item aliud chronicum ejus ævi, nondum editum, in bibliotheca Tiliana: *Eodem,* inquit, *anno patefactum eſt conſilium iniquum, quod conſiliaverunt cum Pippino filio Karoli iniqui conſiliatores, unde reprobi apparuerunt, & receperunt conſiliorum ſuorum meritum:* & chronicum ſancti Galli, cujus ſupra memini: *Pippinus comam capitis depoſuit, & quidam de Francis occiſi & ſuſpenſi, propter conſilium peſſimum quod fecerunt ſuper Carolum regem.*

Can. X. *A Magenardo metropolitano.* Rothomagenſi archiepiſcopo, miſſo poſtea dominico ſub Carolo Imperatore: quem alii Mainardum vocant. Gerbodus vero is videtur, quem inter Ebroïcenſes epiſcopos numerant veteres catalogi, & Giruoldum appellant, ex abbate Fontanellenſi.

Can. XXV. *Secundum priora capitula domni regis.* Ante quindecim annos edita anno XI. Caroli regis. Ibi enim de dandis decimis cautum fuerat cap. VII. Quare quod de valida illius anni fame hoc loco ſubjicitur, ſuperiorem conjecturam noſtram confirmat, ad eumdem ipſum annum pertinere decretale precum, de quo ante dictum eſt.

Can. LV. *Angilramnum archiepiſcopum.* Mediomatricæ, hoc eſt, Metenſis urbis epiſcopum fuiſſe docuit inſcriptio capitularis Hadriani Papæ. Quod vero archiepiſcopus hoc loco dicitur, & apud Alcuinum epiſtola LXXIX. ſingulare fuit privilegium ſedis Apoſtolicæ, quo tres eccleſiæ Metenſis epiſcopos, Chrodogandum, Angilramnum, & Drogonem, ornatos fuiſſe conſtat, ut pallii honore fruerentur cum nomine archiepiſcopi.

Hildebaldum epiſcopum. Colonienſem, ut docebit Caroli ejuſdem epiſtola ad Offam regem. Hildebaldum archiepiſcopum & capellanum vocat Anaſtaſius in Leone III. Fuit enim, ut ex hoc loco apparet, Caroli regis poſt Angilramnum ſummus capellanus, & apocriſiarius Apoſtolicæ ſedis.

Alcuinum. Flaccum Albinum Alcuinum, qui Caroli regis accitu e Britannia venerat ante biennium. In codice Remenſi corrupte ſcriptum erat, *Aliquinum:* in altero recentiore, *Aquilinum.*

IN CONCILIUM AQUISGRANENSE, anni DCCCXVI.

Tomo IV. pag. 1055. *Concilium Aquiſgranenſe.* In hoc concilio, Ludovici Pii juſſo, duplex libellis duobus, ut præfatio docet, condita eſt regula: una canonicorum, quæ ſæpe hactenus vulgata eſt: altera ſanctimonialium, quam primi in lucem edidimus. Qua in re præcipuam operam navaſſe dicitur Amalarius Metenſis eccleſiæ diaconus is, cujus extant ad eumdem Ludovicum imperatorem libri de divinis officiis. Ab eo enim ferunt, tacta e palatio librorum copia, totum hoc opus ex diverſis doctorum ſententiis concinnatum, conciliique judicio & auctoritate comproba-

tum, quod inter alios tradit Ademarus in chronico Engoliſmenſi.

Pag. 108, E. xix. *Proſperi.* Jam tum videlicet Proſpero tribuebantur libri tres de vita contemplativa, qui inter ejus opera edi ſolent, ejuſque nomine a Gratiano paſſim, & ab aliis citari ſolent: re autem vera Proſperi non videntur. Primo quia Gennadius Proſperi opera recenſens horum librorum non meminit. Deinde quia illorum auctor lib. II. cap. IX. de Hilario Arelatenſi, qui æqualis fuit Proſperi, ſic loquitur, ut ætate ſua ſuperiorem fuiſſe ſignificet. Denique, ut aliis argumentis ſuperſedeam, in antiqua collectione canonum codicis Andegavenſis ſancto Pomerio (ſic enim appellat) ut auctori tribuuntur, loco citato, qui apud Proſperum exſtat lib. II. cap. VII. & in codice ſancti Salvatoris Vicecomitis, qui nunc eſt in bibliotheca reverendiſſimi archiepiſcopi Toloſani, ejuſdem loci abbatis, auctor his libris aſcriptus eſt Julianus Pomerius: & Juliano Pomerio eoſdem prorſus aſſerit Iſidorus de eccleſiaſticis ſcriptoribus capite II. *Alios quoque*, inquit, *tres libros edidit, de futuræ vitæ contemplatione, vel actuali converſatione, nec non etiam de vitiis & virtutibus.* Quibus verbis liquido patet ſingulorum hujus operis librorum argumenta deſcribi. Ediderat idem præterea alios libros octo, quorum etiam lemmata ibidem ſingillatim explicat Iſidorus, quorumque teſtimonio frequenter uſus eſt Julianus alter, Toletanus antiſtes, in prognoſticis futuri ſæculi. Fuit porro Pomerius hic Afer Mauruſque patria: ſed, quod ex vita Cæſarii & ex Ruricii ad Pomerium ipſum epiſtolis intelligi licet, in Gallia primum rhetor, tum presbyter & abbas floruit Arelate. Pomerio eidem, ut videtur, ſcribit etiam Ennodius, libro undecimo, epiſtola ſexta.

De inſtitutione ſanctimonialium. Poſterioris hujus regulæ unicum nobis videre codicem licuit Nicolai Fabri, qui nunc habetur in bibliotheca Thuana. Sed alterum exſtare audio in eccleſia Autiſiodorenſi.

Ad Sicharium archiepiſcopum. Miſſa ſunt concilii Aquiſgranenſis exemplaria in ſingulas provincias cum epiſtola imperatoris ad uniuſcujuſque provinciæ metropolitanum. Hinc epiſtolarum, quæ paſſim occurrunt, tituli diverſi. In exemplari noſtro, quia in Aquitaniam ſecundam miſſum fuit, nomen eſt Sicharii archiepiſcopi Burdigalenſis; in Autiſiodorenſi nomen Magni Senonicæ urbis, quæ caput eſt provinciæ illius, archiepiſcopi. Omnes porro ejuſdem ſunt argumenti.

Habitationibus conſtructis. Duo præcipit imperator: regulam obſervari, & monaſticas habitationes inſtaurari. Utrumque pariter complexus eſt Hetti Trevirenſis archiepiſcopus in epiſtola, quam de eadem re tunc ſcripſit ad Frotarium Tullenſem epiſcopum: *Non neſcitis*, inquit, *cum qua cautela mandatum ſuſcepimus domini imperatoris nos in diœceſi noſtra, & epiſcopi ſinguli in parochiis ſuis: id eſt, de regula augendæ religionis, & de miniſtratoriis canonicorum officinis: ut ſi quibus in locis bene comptæ eſſent, deinceps cum ſumma diligentia ornarentur. Nunc autem in proximo eſt placitum, quo ſine dubio ſciſcitabitur de obtemperatione mandati dominus mandati. Quapropter ſcrutemini diligenter in parochia veſtra, in veſtris aliorumque monaſteriis, ſi præfata regula digne per omnia conſervetur, & ſi officinæ juxta ipſius decreta conſtructæ atque innovatæ contineantur: ut cum imperiali ſolertiæ præſentabimur, dejecto procul molimento aliorum, una vobiſcum ex omnibus illi a nobis veritas nuncietur.* Et cetera, quæ ſequuntur in ſchedis ſancti Petri Carnotenſis, unde olim deſcripſimus.

Pag. 1172 Quæ ſequitur Ludovici Imp. epiſtola ad Magnum archiepiſcopum Senonenſem, ſerius ad nos perlata eſt, quam ut ſuo loco edi liceret, hoc eſt, poſt ſynodum Aquiſgranenſem anni DCCCXVI. ubi alteram ejuſdem Ludovici, ejuſdemque argumenti epiſtolam dedimus ad Sicharium Burdigalenſem. Poterat enim illius loco ſubſtitui, vel cum illa potius conjungi: quia etſi utriuſque idem fuit argumentum, magnum tamen in multis illarum eſt diſcrimen, ut neutra carere operæ pretium videatur. Quapropter hoc loco reddendam curavimus.

IN CONCILIUM APUD THEODONIS VILLAM, anno DCCCXXXV.

Hujus ſynodi alterum poſtea exemplum nacti ſumus ex Bibliotheca ſanctæ Mariæ Laudunenſis, in quo epiſcoporum, qui Ebbonem damnarunt, idem numerus, eademque ſunt nomina, niſi quod pro Godolrico Godelricum legit. Tomo IV. pag. 1127.

IN CONCILIUM VERMERIENSE II. anni DCCCLIII.

Apud Vermeriam palatium. Tit. XVI. can. X. capitul. Caroli Calvi. In capitulis Karoli Magni anno VIII. imperii: *operibus palatii ad Vermeriam.* In diplomate Caroli junioris pro eccleſia Remenſi apud Flodoardum lib. III. can. IV. *Actum Vermeriæ palatio regio.* Sita eſt ad Iſaram fluvium. Aimonius lib. IV. cap. LVII. de Karolo Martello: *ægrotare cœpit in villa Vermeria ſuper fluvium Iſaram.* Hodie Verberia, non procul Compendio. Concilii apud Vermeriam, cui Pippinus interfuit, meminit Gratianus XXIX. quæſt. II. can. IV. cujus canones XXI. exſtant in codice noſtro Metenſi. Tomo V. pag. 55.

Chuonrado nobiliſſimo. Idem qui primo loco inter proceres numeratur, Tit. XXVI. capit. & a Walafrido Strabo *Nobilitatis apex* dicitur in carmine ad Chonradum comitem. Quo fit ut de Conrado conjicere liceat Judith reginæ fratre: de qua qui ſcribunt, Welfonis nobiliſſimi comitis filiam tradunt fuiſſe. Cap. II.

Abba Fulradum. Tit. XXIII. can. VIII. capitulorum: *Fulradum abbatem monaſterii ſancti Dionyſii, & ſummum capellanum regis Pippini.* Eodem etiam capellani munere functus eſt apud Karlomannum regem, ut Karlomanni ipſius de ſancti Dionyſii mercato diploma teſtatur. Sed Fulradi & legationum, quas ad Zachariam, Paulum, & Stephanum Pontifices, ſumma cum laude geſſit, clarior eſt memoria, quam ut illuſtrari debeat. Hoc non perinde omnibus notum, præter hunc, alterum ejuſdem nominis abbatem Fulradum fuiſſe, Karoli Martelli ex Hieronymo filio nepotem, quod ex his Theodulphi Aurelianenſis verſibus didicimus: Ibidem.

Condere cœpit opus hujus venerabilis aulæ
Abbas Fulradus nobilitate cluens.
Namque huic Hieronymus, Carolus pater exſtitit illi,
Qui propriæ ſpecimen gentis ad alta tulit.
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem miſit auxiliante Deo.

De ſancti Quintini æde ſermo eſt, quam a Fulrado hoc abbate ſtructam aït anno DCCCXIV. Karolo ergo Magno ſuperſtes fuit. Sed ut ad noſtrum redeamus, in Karoli ejuſdem Magni regis diplomate, quod Fulrado abbati conceſſit, commemoratur inter cetera monaſterii bona, *In pago Alſacinſe cella ſancti Alexandri, ubi ipſe corpore quieſcit.* Hoc nempe eſt Lebrahæ monaſterium in Alſatia.

Abbas Hludouvicus. Magni & hic nominis abbas, Karoli Calvi propinquus. Sic enim appellat in diplomate quodam pro monaſterio ſancti Dionyſii: *Vir venerabilis ac propinquus noſter Ludovicus abbas monaſterii Apoſtolorum Principis, excellentiſſimorumque Chriſti martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii.* Tit. III. capitul. inter eos relatus eſt, qui Vernenſi concilio præſidebant, & Tit. XII. inter miſſos dominicos numeratur, & quidem ante Yrminfridum epiſcopum. Fuit præterea Caroli ejuſdem regis cancellarius, *epiſtolare in palatio gerens officium*, ut loquitur Lupus Ferrarienſis, cujus ſunt aliquot Ibidem.

ad Ludovicum abbatem epiſtolæ, quæ ſummam illius auctoritatem declarant. Scribit ad eumdem Hincmarus Remenſis, & abbatem ſuum vocat, apud Flodoardum lib. III. cap. XXIV.

IN CONCILIUM VALENTINUM III. anni DCCCLV.

Tomo V. pag. 87. *LOtharii Imperatoris juſſu.* In ea enim regni parte, quæ Lothario in diviſione fratrum obtigerat, ſitæ erant Valentia & reliquæ civitates, quarum epiſcopi huic Concilio ſubſcribunt. Inter hos Ebbo Gratianopolitanus, Ebbonis Remenſis nepos, & monachus olim ſancti Remigii, quem ſex primorum concilii canonum auctorem habitum docet Hincmarus, in priore epiſtola ad Carolum Calvum, apud Flodoardum libro III. cap. XV.

Pag. 90. D. *Capitula quatuor.* Illa nimirum, quæ ab Hincmaro contra Gotheſcalci errores compoſita ſynodus apud Cariſiacum anno DCCCXLVIII. approbans ſuſceperat, ut in ejus ſynodi actis videre eſt. Quæ a Valentina ſynodo nunc exploſa, & ab auctore incerto, Lugdunenſis eccleſiæ nomine, confutata in libello de tenenda ſcripturæ veritate, Hincmarus idem ſcripturarum patrumque teſtimoniis confirmare conatus eſt in poſteriori opere adverſus Gotheſcalcum.

Ibidem. *Alia* XIX. *ſyllogiſmis.* Joannis Eriugenæ Scoti, (ſic enim, non Erigenam, vocant libri manuſcripti) cujus exſtat in bibliotheca Corbeienſi de unica prædeſtinatione liber capitum XIX. ad Hincmarum & Pardulum epiſcopos. Contra hunc autem Joannis Scoti librum ſcripſit, non ſolum Florus magiſter diaconus eccleſiæ Lugdunenſis, cujus refutatio eccleſiæ Lugdunenſia titulo vulgata eſt; verum etiam Prudentius Tricaſſium epiſcopus opuſculum nondum editum, quod in bibliotheca Thuana nunc viſitur.

IN SYNODUM CARISIACAM, anni DCCCLVII.

Tomo V. pag. 115. ILLI EPISCOPO, MISSIS ILLIS. Sic concipi ſolebant epiſtolæ generales, aut chartæ quævis aliæ, quæ ad diverſos eodem exemplo in diverſa loca dirigebantur. Singulis poſtea exemplis quæ fiebant, adſcribebatur proprium nomen epiſcopi & miſſorum, ad quos mittebantur. Itaque in codice noſtro Metenſi, atque in altero, quem nobiſcum Heribertus Roſweydus noſter communicavit, pro generali hac inſcriptione, altera his verbis expreſſa eſt: KAROLUS *gratia Dei rex* HUNFRIDO *venerabili epiſcopo*, INGISCALCO *&* BERENGARIO *comitibus, & miniſterialibus ac fidelibus miſſis noſtris, in Domino ſalutem.* Hunfridus hic epiſcopus erat Morinenſis, ſive Taruanenſis, Folcoini nuper defuncti ſucceſſor. Ingiſcalcus vero & Berengarius comites iidem ipſi, qui Folcoini collegæ inter miſſos dominicos adlecti Tit. XII. capitulorum. Quare in miſſaticum illud directum fuerat exemplar, unde codices ipſi deſcripti ſunt.

Ibidem. APUD CARISIACUM. Tit. XX. capit. Caroli Calvi, *Apud Cariſiacum palatium*, & Tit. XLIII. ſub finem, inter cetera excipitur Cariſiacus cum foreſtibus. Hinc illa in diplomatibus, *Actum Cariſiaco palatio.* Eſt ad Sarram fluvium, qui in Iſaram influit, *Creſſy ſur Serre.* Synodi apud Cariſiacum plurimæ fuerunt. Ad hanc noſtram anni, ut reor, DCCCLVII. referendum, quod narrat Flodoardus, lib. III. cap. XXIV. Hincmarum cum ſynodo epiſcoporum apud Cariſiacum habita, ſcripſiſſe Hilduino Caroli regis archicapellano de Iſaac epiſcopi electione in eccleſia Lingonica, poſt mortem ſcilicet Teutboldi.

Pag. 116. C. FRATRIS NOSTRI AC NEPOTUM. Ludovici, & filiorum Lotharii. Deceſſerat enim anno DCCCLV. Lotharius Imp. regno prius inter filios tres ita diſtributo, ut Ludovico Italiam cum imperio reliquerit, Lothario juniori eam Galliæ partem, quæ ab illo (non quod aliis placet a patre) Lotharii exinde regnum, & Lotharingia eſt appellata, Carolo natu minimo Provinciam. Nepotes igitur hoc loco, Ludovicus II. Imperator, Lotharius & Carolus reges.

IN EPISTOLAM EPISCOPORUM E SYNODO APUD CARISIACUM miſſam ad Ludovicum Germaniæ regem, anno Domini DCCCLVIII.

IN MENSE NOVEMBRIO. Ludovicus, ut eſt in annalibus Pithœanis, Auguſto menſe in Galliam cum exercitu ex Germania venit. Cui ad Breonam Karolus occurrens, maxima ex parte derelictus a ſuis, pridie Idus Novembris, ut Hincmarus in epiſtola V. notat, gradum referre coactus eſt. Tumultum Breonenſem Hincmarus idem vocat, contra Gotheſcalcum. Tertio poſt menſe redintegratis copiis ad Ludovicum rediit, qui pæne jam ab omnibus deſtitutus, de pago Laudunenſi exceſſit, atque in patriam reverſus eſt. Quo vero tempore in Gallia hæſit, partem in Attiniaco palatio exegit. Quod & titulus hic declarat, & Karoli regis proclamatio adverſus Wenilonem cap. VII. In eo igitur palatio erat, cum ab epiſcopis Karoli partium ſtudioſis ſcripta eſt eodem ipſo Novembri menſe aurea hæc epiſtola. De qua Hincmarus item Karolo regi: *Et nolite negligere illa capitula, quæ ſynodus de Cariſiaco per Wanilonem & Erchanraum tranſmiſit ad hunc Attiniacum præterito anno Hludowico fratri veſtro, & me tranſmittente Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiſcum in Burgundia fuit. Sed relegite illa diligenter: quia, mihi credite, plus pro vobis quam pro illo facta fuerunt.* De eadem Flodoardus lib. III. cap. XX. de Hincmari epiſtolis agens: *Item aliam de pervaſione regni fraterni, cum ceteris regni hujus epiſcopis, ad eumdem regem Ludovicum ſcribit epiſtolam epiſcopali moderatione refertam.* Quæ verba auctorem illum hujus epiſtolæ fuiſſe ſignificant. Nam de hac loqui obſcurum non eſt. Exſtant præterea Karoli regis diplomata duo: unum pro ſancto Dionyſio Compendii datum anno regni ejus XVIII. quod Ludovici fugæ diem notat XVIII. Kalendas Februarias. Alterum in ipſo fraternæ contentionis articulo editum in Magniaco vico pagi Nivernenſis, cum in eo pago copias adverſus fratrem inſtauraret. Hoc vero integrum inter analecta deſcribemus.

Tomo V. pag. 461. Ibidem. I.

Cap. I. REMIS OCCURREREMUS. Flodoardus lib. III. cap. XXI. de epiſtolis Hincmari ad Theodoricum Cameracenſem: *Item de adventu Ludovici Tranſrhenenſis, quia Remis venerit, & quid egerit, quidve præceperit.*

Cap. IV. IN COMITATU DRUDORUM. Fidelium amicorum. Incertus auctor vitæ ſancti Udalrici ſub finem: *Ideo ſæpius eum imperialibus muneribus eum viſitavit,* (Ottonem Imp.) *& drudes ſuos donis congruis ſibi complacare ſatagebat.* Quo loco drudes exponunt gratos & conſiliarios, ab antiqua voce Germanica, quæ fidem ſignificet.

Cap. VII. SICUT COMES PALATII. Tit. XLII. cap. XVII. *Adalardus comes palatii.* Quod munus erat in palatio comitis palatii in cauſis ſæcularibus, hoc idem in negotiis omnibus eccleſiaſticis præſtabat capellanus, ſive cuſtos palatii, ut ex Adalardi abbatis commentario docet Hincmarus epiſt. V. cap. XIX. XXI. Quare ad ſummum capellanum referenda hæc videntur.

Ibidem. NAM SANCTUS EUCHERIUS. De tota hac narratione, quæ Karoli Martelli memoriam infamat, libenter aſſentior cardinali Baronio, qui fabuloſam arbitratur, multiſque argumentis refelli poſſe docet: tum eo maxime quod ex vita ſancti Eucherii, ſubductis annorum rationibus, conſtet illum multo ante Karolum vitam clauſiſſe. Mihi quidem quod tam enixe fidem huic relationi adſtruere auctores nituntur, ſuſpectam ipſam facit. Ac mirum ſane, non animadvertiſſe illos, nec Flodoardum, qui eamdem hiſtoriæ ſuæ inſeruit lib. II. cap. XII. Pippinum

num in ea regem nominari, & Fulradum Pippini regis capellanum. cum exploratum ſit, Pippinum regis nomen niſi decimo poſt Karoli obitum anno, id eſt, DCCLI. non ſumpſiſſe. Quem ad annum perveniſſe Eucherium nemo ſomniavit. Sunt & alia ejus notæ ac ſaporis quibus ſuperſedeo.

Cap. XII. DOMUS REGIS SCHOLA DICITUR. Ericus monachus in epiſtola quam præfixit libris carminum de vita ſancti Germani ad Carolum Calvum Imp. de ſcholis & ſtudiis ſub illo florentibus: *Ita ut merito vocitetur ſchola palatium, cujus apex non minus ſcholaribus, quam militaribus conſueſcit quotidie diſciplinis.*

Ibidem. NECESTUDSI. Vox Hincmaro familiaris: qua uſus eſt in monitis, quæ presbyteris ſuis in ſynodo dedit anno DCCCLII. can. XIX. *Pauperibus aut quibuſlibet neceſſuoſis ſubvenire.* Item in epiſtola VII. can. XXXV.

Ibidem. NEQUE DEHONESTENT PAGENSES. Pagorum incolas. Agobardus de jure ſacerdotii ad Bernardum epiſcopum Viennenſem: *De ſervis meis propriis, aut beneficialibus, ſive pagenſibus.* Einhardus Gebuino comiti palatii, epiſt. IX. *Rogo dilectionem tuam, ut hunc pagenſem noſtrum, nomine David, neceſſitates ſuas tibi referre volentem, exaudire digneris.* Pagenſem noſtrum dixit, qui ejuſdem pagi: ut capitulorum lib. III. can. LXXIII. Comitis pagenſes dicuntur, qui in pago erant cui præerat Comes.

Cap. XIV. JUDICES VILLARUM REGIARUM. Proviſores ſeu procuratores. In vita Ludovici Pii ad annum DCCXCV. *Miſit illi*, Karolus pater Ludovico in Aquitaniam, *Richardum comitem, villarum ſuarum proviſorem: præcipiens ut villæ, quæ eatenus uſui ſerviebant regio, obſequio reſtituerentur publico.* Aut majores. Hincmarus ad nepotem: *Per judices ſeculares, Helmigarium ſcilicet mercati palatini telonarium, & Flotarium ac Urſionem villarum regiarum majores.*

Ibidem. NUTRIMENTA. Quæ alii nutrimina. Rei ruſticæ duæ potiſſimæ ſunt partes, agricultura & paſtio, ſeu nutricatus animalium. Ad culturam agri ſpectabant laborata quæ dixit; ad paſtionem, nutrimenta. Utraque ſimiliter conjungit & diſtinguit lex Karoli M. lib. II. cap. XXI. *Ut de omni conlaborato nona & decima perſolvatur: de nutrimine vero pro decima, ſicut hactenus conſuetudo fuit, obſervetur.* Et infra Tit. XLI. can. XI. *Decimæ conlaborationum & animalium.*

Ibidem. PARATAS. Manſionaticos, hoſpitia & manſiones cum expenſis. Ludovicus Pius in præcepto quod Hiſpanis ad ſe confugientibus conceſſit: *Miſſis noſtris, aut filii noſtri, quos in illas partes miſerimus, aut legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectionem etiam veredos donent.* Hincmarus archidiaconis: *Non graves ſuis presbyteris in paratis quærendis, neque ducatis ſuperflue vobiſcum homines, vel veſtros proprios, vel amicos, ſeu propinquos veſtros, per quos, illos gravetis in cibo & potu, & fodro ad caballos.* Dictæ a parando. Hincmarus idem ad Laudunenſes: *Ne manſionaticos ſuis amicis, aut ſuis hominibus, a presbyteris parari faciat.*

Ibidem. MANSUARIOS. Manſorum colonos, qui manſos ad colendum inhabitant, ut tit. XXXI. can. XXI. *a manſuariis, vel ab iis qui cenſum debent.* Ab his ergo caſſicaturas & paraveredos, id eſt, carrorum equorumque ad ſubvectionem operas, extra ordinem exigi non debere docent.

Cap. XV. CUM VICINO REGE. Lothario juniore, quem Ludovicus hoc tempore Karolo ſubripere, hoc eſt, a Karoli amicitia, promiſſoque illi auxilio deducere modis omnibus nitebatur, ut eſt in proclamatione adverſus Wenilonem can. VII.

Ibidem. UNXERUNT IN REGEM. Unxerat Wenilo Senonum antiſtes, Remorum vacua tunc ſede. Karolus ipſe rex in eadem proclamatione can. III. *Sed & cum aliis archiepiſcopis & epiſcopis Wenilo in diœceſi ſua, apud Aurelianis civitatem, in baſilica ſanctæ Crucis, me ſecundum traditionem eccleſiaſticam regem conſecravit, & in regni regimine chriſmate ſacro perunxit, & diademate atque regni ſceptro in regni ſolio ſublimavit.*

Ibidem. ILLI FELLONES. Perfidi & rebelles. Dictio Gallis nota, & frequens apud feudorum regis interpretes, ut cum libro IV. cap. LVI. quærunt, an ex omni felonia, qua vaſſallus feudo privatur, dominus ſi feloniam fecerit, proprietate privetur.

IN CONCILIUM METENSE,

anno Domini DCCCLIX. celebratum.

Tomo V. pag. 477. In titulo. DE INDULGENTIA LUDOVICI. Reverſo in regnum Ludovico, & operam dante, ut Karoli fratris, ac Lotharii nepotis, animos ſuperiore ipſius expeditione offenſos ſibi reconciliaret: decreta ad illum eſt ex ſynodo Metenſi legatio epiſcoporum novem, cum mandatis ut indulgentiam illi certis legibus offerrent. Qui fuerit eventus, ſubjecta legatorum poſt reditum narratio patefaciet. Ceterum qui ſecundo loco inter archiepiſcopos nominatur Guntarius, Agrippinenſis eccleſiæ archiepiſcopus fuit; qui ſequitur Wenilo, Rotomagenſis. Inter epiſcopos vero, Hildegarius, de quo & Tit. XXIII. Meldenſis; Adventius Metenſis, Abbo Autiſiodorenſis. Reliquorum ſedes ex ſuperioribus notæ jam ſunt.

Pag. 481. C. IN WORMATIA. Eo enim e Gallia rediens conceſſerat. Annales Pithœani, DCCCLIX. *Ludovicus rex quaſi inchoante verno tempore de Gallia rediens Wormatiam venit.*

Pag. 482. A. GRIMOLDO. Abbate ſancti Galli, Ludovici regis archicapellano. Ratpertus monachus de monaſterio ſancti Galli, can. IX. *Corpus ſancti Othmari in baſilicam ſancti Galli eſt perlatum, præſente Grimoldo abbate & archicapellano regis Ludovici, & Salomone Conſtantienſis eccleſiæ epiſcopo, VIII. Kalend. Novembris, anno* DCCCLXIV. Quibus ex verbis, Salomonis etiam epiſcopi ſedem agnoſcimus. Cur autem Salomoni, & Theodorico item epiſcopo Grimoldus abbas præponatur, alia, opinor, cauſa non fuit, quam quod idem regis ſummus erat capellanus. Meminit Flodoardus lib. III. can. XXIV. litterarum Hincmari ad Grimoldum abbatem, quibus ſuggerebat, ut Ludovico ſuaderet, ne ſimilia deinceps adverſus Karolum fratrem tentaret. Sed pro Grimoldo, *Grunoldo* male eo loco ſcriptum eſt.

Ibidem. C. VESTRAM EPISTOLAM CUM CAPITULIS. Synodi epiſtolam ad legatos, quæ mandatorum capitula continebat. Atque hoc eſt ſcriptum, quod legati confirmatum obſignatumque a ſynodo ſe accepiſſe, & Ludovico relectum a Gunthario fuiſſe, aiunt.

Ibidem. DE SUO GRADU. De ſuggeſto. Libellus ſacroſyllabus concilii Francofordienſis: *Surgens venerabilis princeps de ſella regia, ſtetit ſupra gradum ſuum.* Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum can. XIV. *Libri Sapientiæ qui meruit in eccleſia Chriſti de gradu lectorum eccleſiæ Chriſti tam longa annoſitate recitari.*

IN CONCILIUM TULLENSE

APUD SAPONARIAS,

anno Domini DCCCLIX. celebratum.

Tomo V. pag. 484. In titulo. IN SUBURBANO TULLENSI. Diem & locum indicat titulus proclamationis Karoli in hac ſynodo prolatæ: *Apud Tullenſem parochiam in ſuburbano ejuſdem urbis, quod dicitur Saponarias, anno* DCCCLIX. XVIII. *Kalendas Julias.* De loco item ſynodus ipſa in epiſtola ad Brittones: *Univerſalis ſynodus ex diverſis partibus ad vicinum locum Tullenſi urbi, qui dicitur Saponarias, congregata.* Habita ergo eſt paucis diebus poſt ſynodum Metenſem.

ET ITEM KAROLO. Rege Provinciæ & Burgundiæ, Lotharii junioris fratre; quem Ciſalpinæ Galliæ, id eſt, vicinæ Alpibus Galliæ, regem appellat Hincmarus ad Gerardum comitem ſcribens apud Flodoardum, lib. III. cap. XXVI. Hunc titulo ſequenti Ludovicus rex in ſacramento ſuo cum duobus fratribus conjungit: *Nepotes*

mene Hludouvicum, Hlotarium, atque Karolum. Karolus etiam noſter eoſdem nepotes ſuos vocat Tit. XXVII. ut dubium eſſe non poſſit de hoc Carolo hic agi. Quare falſum eſt quod Regino & alii tradunt, illum anno DCCCLVIII. diem obiiſſe. Veriſimilius, quod in vetere quodam chronico poſt quatuor annos exceſſiſſe dicitur: *Anno* DCCCLXII. *Karolus filius Hlotarii rex Burgundiæ moritur.* Quin ad illius quoque anni ultimos menſes perveniſſe probat Nicolai Papæ ad Lotharium regem epiſtola, IX. Kalend. Decembris, Indictione IX. hoc eſt, anno DCCCLXII. ſcripta, in qua Karoli ipſius fratris ut ſuperſtitis meminit.

Can. IV.

CUI TORTOLDUS NOMEN. Propinquus erat Wenilonis. Cujus opera cum epiſcopatum a Ludovico rege obtinuiſſet, de eo inter cetera queſtus eſt in proclamatione Karolus cap. XII. Synodus judices Tortoldo dedit. Quorum ſententia dejectus videtur fuiſſe, cum in ſynodo quæ apud Tuſiacum anno poſt hunc proximo celebrata eſt, Bajocacenſium epiſcopus interfuiſſe dicatur non Tortoldus, ſed Erchambertus.

Can. V.

JANOACENSEM. Codex Bellovacenſis *Janiensem*, quod idem eſt, ſicut Bajocacenſis Bajocenſis, & Pariſiacenſis Pariſienſis. Januam autem & Genuam illis ſæculis multi ſcribebant pro Genava, ut Janobam civitatem Gregorius Turon. lib. IV. Hiſtoriæ cap. XXXI. Et in vita ſancti Nicetii Lugdunenſis epiſcopi, Janubenſem, & Genabenſem urbem. Einhardus Genawam epiſtola XXVII. *ut ſibi liceat beneficium ſuum habere, quod ei domnus Karolus imperator dedit in Burgundia in pago Genawenſi.* [a]Ceterum hoc capitulum, quod ſextum hic numeratur, pars eſt ſuperioris. Itaque in univerſum duodecim eſſe debent. Impoſuit nobis in tota hac ſynodo exemplar Antonii Auguſtini, quod Baronius ſecutus eſt, cum in collectione noſtra ſynodorum Gallicanarum multo emendatius haberemus, quod ſuo loco, ſi Deus annuet, [b]repræſentabimus.

[a] Accommodata eſt hæc nota ad Sirmondi editionem Capitul. Caroli Calvi.

[b] Edidit inter concilia Galliæ, unde in hunc tomum tranſfuſum eſt.

Can. VI.

PROCLAMATIONIS DIPLOMA. Editum eſt jampridem a Petro Pithœo inter ſcriptores XII. coætaneos. Mutila vero eſt capituli hujus pars poſterior, atque ita reſtitui debet: *Induciæ ac dierum dilatio eſt conceſſa, & certa accuſatio per epiſcopos & ſynodicas litteras præfato archiepiſcopo eſt intimata ſecundum regulas*, &c. Exſtant hæ ſynodi litteræ ad Wenilonem: quas ſynodus Herardo archiepiſcopo commendarat, Herardus valetudine impeditus per Robertum Cenomanenſem miſit cum commonitorio, quod cum ceteris quæ ad hanc ſynodum ſpectant, in lucem proferendum erit.

Can. VII.

DE ATTONE VIRDUNENSI. Monachum in Autiſſiodorenſium cœnobio fuiſſe ſignificat. Monachi autem epiſcopi fieri, alioque transferri non poterant, ſine abbatis ſui, & proprii epiſcopi atque archiepiſcopi licentia. Quod Hincmari & Anſegiſi exempla declarant. Quid vero in Attone præteritum fuerit, non explicat: fraudi tamen id non fuit, quo minus epiſcopatum retinuerit, & cum laude adminiſtrarit, ut Bertarius teſtatur in excerpto, quod de geſtis epiſcoporum Virdunenſium eodem ſæculo ſcripſit ad Dadonem epiſcopum.

Can. VIII.

AD EPISCOPOS BRITTONUM. Qui ſe a Turonenſis metropolitani ſui poteſtate ſubduxerant. Exordium hoc nempe diuturnæ illius controverſiæ, quæ inter Turonenſem & Dolenſem epiſcopos paucis ante annis nata ſub Nomenoio, ad Innocentii uſque III. tempora perduravit. Synodi epiſtola, cujus hic mentio, ſcripta eſt ad Faſtrarium Dolenſem, Wernarium Aletenſem, Garurbrium Briocenſem, & Felicem Trecorenſem, epiſcopos, ex quibus & origo & cauſa diſcidii. Narrat enim vetus de ea re Indiculus, quem in ſancti Michaëlis in mari bibliotheca videre nos meminimus, Nomenoium e quatuor epiſcopatibus ſeptem feciſſe, tribus novis conſtitutis: uno apud Dolum monaſterium, ubi archiepiſcopi ſedem eſſe juſſerit, altero in monaſterio ſancti Brioci, tertio ſimiliter in ſancti Rabutuali, quæ ſedes fuit epiſcopi Trecorenſis. Integram narrationem [c]analectis inſeremus. Cui quidem refragari vulgo Britannicarum rerum ſcriptores non ignoro: ſed fidem illius multa magnopere confirmant: tum illud imprimis, quod Nicolaus Papa Salomoni regi ſcribit, nullam ad id tempus extitiſſe memoriam, Brittones in ſua regione ullam habuiſſe metropolim.

[c] Infra, pag. 1770. & 1771.

EXCOMMUNICATIS ETIAM. Et hic rurſum aliqua deſiderantur, quæ hoc modo reſtituenda ſunt: *Excommunicatis etiam, ſicut ſacræ decernunt regulæ, nequaquam communicent: & Salomonem commoneant, ut promiſſam fidem glorioſo regi Karolo obſervet, & ipſe, & Brittones excommunicatis communicantes, ipſi ſe*, &c. Excommunicatos intelligit illos, qui ab epiſcopis quibuſdam ob varia crimina perſtricti hac nota fuerant, ut eſt in epiſtola ſynodi ad eos ſcripta, de qua cap. ſequenti. *Ibidem.*

RELECTA SUNT CAPITULA. Sedecim numero in ſynodo Lingonenſi paucis ante diebus edita. De his plane, ſed de ſex primis potiſſimum, quæ eadem prima etiam ſunt in ſynodo Valentina, anni DCCCLV. gravis inter epiſcopos orta eſt diſceptatio, ex diverſis Gotheſcalci fautorum vel adverſariorum ſtudiis nata. Hæc igitur capitula cum a Remigio Lugdunenſi epiſcopo allata ad ſynodum fuiſſent, & poſt ſynodum a Karolo rege Hincmaro ad examinandum propoſita: Hincmarus quantopere ea improbaret, in utraque adverſus Gotheſcalcum diſputatione ſua diligenter expoſuit. Poſterioris autem operis dedicatoriam ad Karolum ab iiſdem orditur: *Nuper elapſo menſe Junio per Indictionem* VII. *anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLIX. *dediſtis nobis quædam capitula, ſicut noſtræ dixiſtis humilitati, a Remigio reverentiſſimo Lugdunenſium archiepiſcopo veſtræ porrecta ſublimitati, jubentes ut tempore congruo de his vobis redderemus reſponſum*, &c. *Can. X.*

RODULFUM BITURIGUM ARCHIEPISCOPUM. Is abbas antea fuerat monaſterii Floriacenſis, abbatiamque tunc etiam archiepiſcopus haud legitime retinebat. Quare paulo inferius ita legendum ex codice noſtro: *Rodulfus ſubſcripſerat, qui præfatam abbatiam irregulariter retinebat, ratum & inconvulſum*, &c. *Can. XI.*

IN CONCILIUM CONFLUENTINUM,

anno Domini DCCCLX. celebratum.

BASILICÆ SANCTI CASTORIS. Monaſterii ſancti Caſtoris prope Confluentes ad Rhenum. Quem in locum, ut Nithardus lib. IV. narrat, convenerant olim, de paterni regni diviſione tractaturi, Ludovicus & Karolus iidem cum Lothario fratre Imp. *quotidie ob commune colloquium ſanctum Caſtorem petentes.* Ibi nunc pacem, quam ſuperiore anno in inſula Rheni ejuſdem fruſtra tentarant, inter ſe & cum Lothario nepote componunt. Annales Pithœani, anno DCCCLX. *Ludovicus rex, & Karolus frater ejus, nepoſque eorum Lotharius, cum primatibus ſuis in Confluente caſtello convenientes, pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli juramento firmaverunt. Cujus ſacramenti ſeries hujuſmodi fuit*, AMODO ET QUAMDIU VIXERO, &c. integrum enim deſcribit. *Tomo V. pag. 503. Ibidem. C.*

ALTFRIDUS. Transrhenenſis epiſcopus dicitur Flodoardo, lib. III. cap. XXIII. Hildesheimenſis epiſcopus in ſynodo Moguntina DCCCXLVIII. cui interfuit. Vir inſignis, Saxo genere, e primariis Ludovici regis conſiliariis, ut ex iis etiam patet, quæ Tit. XXX. XXXIII. & XXXVI. Capitulorum narrantur, & in annalibus Pithœanis anno DCCCLXIV. atque ex Hincmari epiſtola nondum edita ad Ludovicum eumdem. Regino, DCCCLXIX. *Alfridum epiſcopum de Saxonia prudentiſſimum virum.* *Ibidem.*

FRANCO, CHRISTIANUS. *Franconis nomen addit Sirmondi editio.* Franco Tugrenſis epiſcopus Tit. XXXV. & XLIII. iterum occurret. Chriſtianus Tit. XXX. epiſcopus Autiſſiodorenſis, Abbonis ſucceſſor, atque adeo collega, cum uterque hoc anno interfuiſſe & ſubſcripſiſſe legatur ſynodo apud Tuſiacum. *Ibidem.*

WLFADUS ABBAS. Resbacenſis, opinor, quem ſynodo Piſtenſi anno DCCCLXII. interfuiſſe, unaque cum aliis privilegium ſancto Dionyſio conceſſiſſe, oſtendunt tabulæ ejuſdem monaſterii. *Ibidem.*

NEC EOS FORCONSILIABO. Tit. XXVII. & Tit. *Ibidem B.*

xxxvi. Annales Pithœani legunt *forſconſiliabo*, quomodo & ſuperius Tit. viii. ſcriptum *forſconſiliet*. Quod idem eſt, ſicut forfactum & foriſfactum idem. Ut igitur foriſfacere hominem homini dicebant, in quem ille forfactum committeret: ſic vitam vel honorem alteri, aut alterum in vita vel in honore forconſiliare, qui malo conſilio in illius vitam vel honorem machinaretur.

Pag. 506. E. ET NONNÆ. Deo devotæ ſanctimoniales, Tit. xxvii. Et in Flotildis viſionibus: *Vidit ſe in quodam ameno loco, velumque nigrum ſe ſuper caput habere. De quo cum requiſiſſet, audivit quod fieri nonna deberet.* Flodoardus lib. iii. cap. xxvii. de Hincmari epiſtolis: *Teutbergæ abbatiſſæ, pro ordinatione Avennaci monaſterii, de numero clericorum & nonnarum: ſignificans ſe diſpoſuiſſe xx. clericos, & xl. nonnas, ibidem conſiſtere poſſe.* Sic etiam appellantur in ſynodo Bonifacii anno DCCXLII. & in altera Leptinenſi. Vocabantur & nonnanes, ut in capitulis Karoli M. *De monaſteriis minutis, ubi nonnanes ſine regula ſedent, volumus ut uno in loco congregatio fiat regularis, & epiſcopi prævideant ubi fieri poſſit.* Et in ſynodo Moguntina ſub Karolo eodem cap. xx. & paſſim. Nomen ex reverentia inditum, quomodo apud Græcos calogeri monachi dicti, & calogeræ monachæ. Nonnos enim, & nonnas, nunc etiam Itali avos & avias dicunt. Quare ut hic nonnæ ſunt monachæ, ſic inter monachos etiam, eos qui priores erant, nonnos a junioribus ob paternam reverentiam vocari juſſit regula ſancti Benedicti.

Ibidem. TALEM MUNDEBURDEM. Tuitionem ac defenſionem. Ideo fere cum horum altero conjungitur. Tit. xxx. cap. v. *ſub tuitione eccleſiaſtica, & regia mundeburde.* Tit. xxxiii. *Mundeburdem autem, & defenſionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, pariter conſervabimus.* Et apud Marculfum in formula de mundeburde regis. Alii mundeburdum ſcribebant, ut in epiſtola Karoli majoris domus pro ſancto Bonifacio, in codice ſancti Remigii: *Et nobis ſuggeſſit, quod ſub noſtro mundeburdo, vel defenſione, eum recipere deberemus.* Et in Karoli Calvi præcepto pro monaſterio Cellenſi: *quod monaſterium ſub tuitione & mundeburdo ex longo tempore conſtat eſſe comitis prædictæ civitatis.*

Pag. 507. A. DE DEI BANNO ET DE NOSTRO VERBO BANNIVIMUS. Tit. xxvii. ſub finem: *De quibus omnes admoneri, atque omnes ex Dei banno & noſtro cavere præcipimus.* Hic bannus eſt edictum, & bannire publico banno edicere. Decretio Childeberti regis, cap. viii. *Similiter Colonia convenit, & ita bannivimus, ut unuſquiſque judex latronem ut audierit ligare faciat.* In capitulis quæ miſſis Dominicis data fuerunt a Karolo M. can. xx. *De banno domni Imperatoris, quod per ſemetipſum ſolitus eſt bannire, Id eſt de mundeburdio eccleſiarum, & viduarum, orphanorum, & minus potentum.* Quod igitur in commune vocabant aut præcipiebant, id quia banno, id eſt, publica denunciatione, indicebatur, bannus erat. Aliæ fuerunt hujus vocis ab eodem fonte notiones, de quibus poſtea ſuis locis.

Ibidem. DE SUO SIC WARNITUS. Tit. XLIII. cap. xxiv. *& ad hoc omnes warniti ſint*, id eſt, parati & neceſſariis rebus inſtructi. Quæ nunc eadem in vernacula noſtra ejus vocis eſt notio. Ut cum domum warnitam dicimus, omni inſtrumento & ſupellectile ſua ornatam atque inſtructam. Sive in hoſtem igitur, hoc eſt, in exercitum, ſive ad placita & publicos conventus, ſive ad curtem & palatium regis veniendum eſt: ſic de ſuo paratum unumquemque domo ſua progredi jubet, ut nulli gravis eſſe cogatur, atque ab omni præda & direptione abſtineat.

Pag. 508. B. ETIAM DE HONORIBUS. Beneficiis, aut dignitatibus & muneribus publicis, quibus fungebantur. Contendebat Ludovicus, ut qui a Karolo ad ipſum deſciverant, priſtinos honores reciperent, quibus ſpoliati a rege fuerant: ſed obtinere non potuit. Annales Pithœani, DCCCLIX. *Ludovicus tamen eis qui priore anno a Karolo deficientes ſui effecti ſunt, honores quos prius habuerunt impetrare non potuit. Dilata enim res eſt in proximo placito finienda.* At nunc etiam ſuſpenſa remanet.

IN CONCILIUM TULLENSE II. APUD TUSIACUM,

anno DCCCLX.

SYnodi hujus decretorum duplex fuit editio, quam utramque repræſentamus: una brevior cum epiſcoporum ſubſcriptionibus, quam priore loco poſuimus: altera prolixior, quæ ſynodica, quæ mox ſequitur, concilii epiſtola continetur, cujus auctor fuit Hincmarus Remenſis. Tom. V. pag. 507. Qua in ſynodo relecta, epiſcopi ob prolixitatem ipſius alteri breviori ſubſcripſerunt. De his ergo inter Hincmarum utrumque fuit controverſia. Nam cum ab Hincmaro patruo reprehenſus eſſet Laudunenſis, quod breviore illa uteretur, ipſe in epiſtola nondum edita ſic reſpondit: *Quod ſcripſiſtis ceterum, cariſſime frater, de ſcedula quaſi epiſcoporum diffinitionem continente in ſynodo quæ apud Tuſiacum fuerat habita, valde miratus ſum, ubi & quomodo adinveniſti; quam antequam per Hettonem clericum tuum audierim, nunquam vidi, vel nuſquam audivi: ſed nec qui modo adfuerunt epiſcopi eam ſe vidiſſe vel audiſſe dixerunt. Et ego illud non ab re admiror, ſi Harduicus epiſcopus, qui adfuit, eam ſe non vidiſſe nec audiſſe dixit. Nam ab eo illam accepi, & relegens tranſcribi juſſi.* Et iterum poſt alia. *Quod dicitis: Et miranda eſt tua prudentia, qualiter ſic placuit hanc mendacem, & in quibuſdam ſacris regulis obviantem compilationem habere & mihi tranſmitterre; quam veram ſynodi definitionem, & ſacris regulis congruentem habere, & a me qualicumque primate tuo juxta regulas ſacras tenendam & ſequendam accipere. Illam epiſtolam, quam vos in eadem ſynodo a vobis archiepiſcopali adminiſtratione dictatam recitari feciſtis, penes me habeo, & reminiſcor quia ob prolixitatem ipſius quibuſdam ſatagentibus, huic compendioſius diffinitioni collectæ ſubſcripſimus. Nam veſtram, tetraſtichum domino regi devotum premittentes, ita incipitis:* Sancta ſynodus congregata in villa Tuſiaco Tullenſis parœciæ. *In hac autem quæ incipit:* Cum in nomine Dei omnipotentis, *primum iſtud ita inchoat capitulum:* In primis igitur propter pertinaciam multorum, *&c.*

Ex provinciis xii. In epiſtola ſynodali, atque in altera ſynodi juſſu ab Hincmaro ſcripta, quatuordecim provinciæ numerantur. Pag. 505. C.

Anno Incarnationis. Ex Hincmari Laudunenſis verbis paulo ante prolatis, atque ex codice Virdunenſi, conſtat initium hujus epiſtolæ ducendum eſſe a ſequentibus verbis: *Sancta ſynodus congregata*, &c. Quare quæ præcedunt expungenda ſunt. Pag. 511. D.

Quod ſi per ſortiarias. Hunc locum ex Hincmaro Remenſi, ſed tacito libri nomine, citant Gratianus, xxxiii. Pag. 538. A. quæſt. i. *Si per ſortiarias*, & Ivo Carnotenſis, parte VIII. cap. CXCIV.

IN CONCILIUM AQUISGRANENSE III.

anni DCCCLXI.

COncilium Aquiſgranenſe III. Triplex de Lotharii & Theutbergæ conjugio habita eſt ſynodus Aquiſgrani. Tomo V. pag. 539. Priores duæ anno DCCCLX. in quarum altera regi renuntiarunt adulteram ipſam uxorem retinere non poſſe: in altera publicam Theutbergæ pœnitentiam decreverunt. Tertia hoc anno DCCLXII. in qua Lothario, ut aliud iniret conjugium, permiſerunt.

Concilio Agathenſi cap. LXXII. Eſt canon LXI. de numero eorum qui ſynodo Agathenſi poſtea ſunt adjecti, & illi tamen adſcribi jam ſolebant.

IN CONCILIUM PISTENSE,
Anno DCCCLXII. celebratum.

Tomo V. pag. 559. Pag. 660. E. REX ET EPISCOPI. Inde ſynodus regalis appellatur in privilegio de libertate ſancti Dionyſii, quia rex aderat; & ſynodus univerſalis, quia ex diverſis provinciis convenerant epiſcopi, qui privilegio eidem ſubſcribunt numero amplius XXX. Ex annorum Chriſti nota & Indictionis, Julio menſe vel Auguſto habitam colligimus, cum annus Karoli XXIII. inchoatus jam eſſet, Indictio X. nondum finita. Quod plane confirmant verba privilegii ſynodi ipſius de villa Lirado, pro ſancto Martino Turon. *Cum ſuper fluvium Sequanæ, in loco qui Piſtis dicitur, unanimiter ſacroſanctum concilium ageretur anno* DCCCLXII. & ſubſcriptio, *Data menſe Auguſto, XX. ipſius menſis.*

Ibidem. LOCUM QUI PISTIS DICITUR. Piſtas noſtri fere Piſciacum ad Sequanam eſſe tradunt. Rem incertam facit, quod pagum Pinciacenſem, ſive, ut Titulo XI. ſcriptum eſt, Pinceſiſum, ipſum eſſe non abnuunt Pixiacenſem pagum, in quo archidiaconatus eſt eccleſiæ Carnotenſis. Qui autem conſentaneum eſt, a Piſtis Pinceſiſum formari, vel tam diverſis nominibus eumdem locum deſignari? Accedit quod Aimoinus, lib. V. cap. XXXI. Karoli regis deſcribens iter ab Andegavis ad Ambianos, *per Cenomannos, & Ebroïcenſe oppidum, ac ſecus caſtellum novum apud Piſtas*, Ambianos perveniſſe ſcribit. Abſurda porro itineris illius ratio videatur, niſi Piſtas multo infra Pixiacum fuiſſe intelligamus. De Piſtis ſane conſtat, primum ad Sequanam fuiſſe. Deinde pontem & caſtellum habuiſſe. Ibi præterea ſedes aliquandiu fixiſſe Normannos, quod Titulus hic teſtatur. Et quoniam Normannos in Oſcello Sequanæ fluminis inſula reſediſſe, indicat Karoli proclamatio adverſus Wenilonem cap. V. denique diſerte affirmat Hincmarus in libello de villa Noviliaco, qui editus eſt cum Flodoardo: haud vanus fortaſſe conjector fuerit, qui Piſtas eo loco quærendas ſuſpicetur. In epiſcopatu Rotomagenſi fuiſſe, argumento eſt epiſtola Hincmari, quam Weniloni Rotomagenſi ſcripſerat, *de operariis & opera quam faciebat ad Piſtas in Sequana*, cujus meminit Flodoardus, lib. III. cap. XXI.

Pag. 562. E. CUM DRAPPIS ET CALCEAM. Drappi hodie Gallis ſunt panni. Sed ut pannos Itali vocant veſtes ipſas e panno: ita hoc loco drappos dixit veſtes e drappis. Drappos autem depannatos, veſtes uſu detritas & deraſas, qua forma item detonſos homines & delavatos dixerat, pro intonſis & illotis. Drapporum & drappalium nomen frequens apud Marculfum, & reliquos formularum auctores. Leguntur & drappæ laneæ in epiſtola Salomonis Brittonum regis ad Hadrianum II.

Pag. 563. C. FAC. FIRMITATES. Caſtella & munitiones, ut Tit. XXXI. poſt finem edicti: *Caſtella & firmitates & haias.* Pontibus enim & caſtellis Sequanam & Ligerim munire illo ſæculo neceſſe fuit propter incurſiones Normannorum. Tit. XLIII. cap. XXVI. *De caſtellis ſuper Sequanam & ſuper Ligerim ex utraque parte.* De caſtello novo apud Piſtas paulo ante dictum eſt ex Aimoino, iterumque audiemus Tit. XXXI. De ponte ſcribit Hincmarus Karolo regi apud Flodoardum, lib. III. cap. XVIII. *De opera pontis, quem rex cum ipſo, ac ceteris nonnullis fidelibus ſuis, faciebat ad Piſtas in Sequana.*

IN BANNUM N. MITTANTUR. In fiſci poteſtatem redigantur. Tit. XXXI. cap. VI. *& ſic ipſæ res illi judicio ſcabiniorum in bannum mittantur.* Hincmarus Karolo regi de Hincmaro nepote: *Quicquid de rebus & facultatibus eccleſiaſticis ad gubernandum acceperat, juſſione veſtra in bannum, quod jus lingua Latina proſcriptio confiſcandi vocatur, eſt miſſum.*

ANALECTA
Opuſculorum quæ in præmiſſis Sirmondi Notis commemorata ſunt.

I. Præceptum Caroli Calvi pro eccleſia in Magniaco vico.
II. Conſilium Hincmari archiepiſcopi de pœnitentia Pippini junioris.
III. De Nomenoii Brittonis tyrannide.

I.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI
pro Eccleſia in Magniaco vico pagi Nivernenſis.

IN NOMINE *ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *gratia Dei rex.*

SI fidelium noſtrorum aurem celſitudinis noſtræ petitionibus commodaverimus, morem prædeceſſorum noſtrorum parentum regum ſcilicet exercebimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, præſentibus ſcilicet atque futuris, quia in conflictu altercationis fraternæ, quando me notiſſima concertatio agebat, ut vires reſiſtendi penes me reſtaurarentur in fratrem, Nevernenſem comitatum deveni apud Magniacum vicum, ubi corpus ſacratiſſimum beati Vincentii confeſſoris Chriſti memorabili veneratione percolitur: ibique munificum largitorem Deum in ejus commemoratione adorans deprecatus ſum, ut ejus ſuffragiis munimen divinæ protectionis adipiſcerer, quatenus per ſuam exoptabilem interceſſionem tranquillitæ proſperitati reſtituerer. Quin vero ſub ſpe talis adſecutionis votis me obligavi ibidem, ac beneficia temporalia conferre ejus miniſtris perſeveranter promiſi. Quocirca percepta quiete, potituſque victoria, ut ſpes anhelabat, libuit perquirere dotem ipſius eccleſiæ, ſcire volens, utrum ſeriem ejuſdem tenoris haberet, quam avus memorabilis noſter Karolus quondam Imperator cunctis vicis fieri ſtatuit: quam noſtris obtutibus delatam, reperimus a jam dicto tenore alienam exſiſtere, ſcilicet per diminutiones aliorum beneficiorum ceſſiſſe poteſtatibus res quondam ibidem delegatas. Tunc placuit nobis, res pariter collectas per auctoritatis noſtræ conſcriptionem ibi redintegrare, quæ abſtractæ inde fuerant, cum iis quæ ibi perdurabant, & per diviſibilia exercitia tres inde diviſiones fieri: unam in uſu ſalutaris ſacrificii, ac reparationis eccleſiæ, alteram ad luminaria adminiſtranda, tertiam ad uſus neceſſarios clericorum ibi deſervientium excolendos. Quas quindecim manſis & colonicis quatuor, quæ ſolvunt in cenſum denarios duodecim, ibidem, ſolidos quatuor fieri ſtatuimus, quos a noſtris noſtrorumque fidelium uſibus ex comitatu Nevernenſi abſtraximus, & in honore omnipotentis Dei, necnon & veneratione ſanctorum ejus Nazarii & Vincentii, quorum reliquiæ ibi venerantur, ſicut antiquitus exſtiterat, reſtaurando ibi contulimus: quemadmodum in altero auctoritatis noſtræ præcepto, quod de eadem ratione ad preſbyterii honeſtatem fieri juſſimus, reperiri poteſt, permanente in ſuo ſtatu ratione preſbyterii ex ſuo beneficio ibi collato. Volumus etiam matri eccleſiæ Nevernenſi omnia hæc ſint ſubjecta, ſub noſtraque immunitate poſita, & nullius oneris cultum alii ibi exerceant, ſed ſub tutela præſulis ejuſdem loci ordinata conſiſtant: ubi anni orbita redeunte, libram ceræ in cenſum in feſtivitate ſancti Cyrici publice perſolvant. Quapropter volumus, ut nullus comes, nullus judex, nulla oppoſita perſona, exinde quidquam exigere præſumat, nec cenſum, nec paratam, nec aliquod obſequium ſervitutis, ſed jam dictæ matri eccleſiæ tali ordine deſervire. Et liceat Adalardo preſbytero, cujus labore & ſtudio hoc agimus, ſuiſque ſucceſſoribus, memoratas res quiete poſſidere, & abſque obſtaculo alicujus impeditionis perpetualiter tenere & ordinare: ut

Digitized by Google

pro incolumitate mea, & conjugis ſoboliſque proſperitate, beatus Vincentius, in cujus commemoratione agitur, ante Deum pacis precator adſiſtat. Sed & hoc cunctis catholicis orthodoxa religione viventibus notum manere volumus, quia pro ſtudio laboris & conſtructionis, quod eidem loco Adalardus presbyter impendit, licentiam conceſſimus, ut nullus ſe opponat ſucceſſor, qui jam dictæ eccleſiæ ſacerdos ſubrogetur poſt ejus obitum, niſi quem in vita ſua ipſe elegerit, & vice ſua miniſtrum conſtituerit, aut ex parentela progeniei ſuæ, aut quemlibet alium, quem ad id peragendum idoneum providerit. Ipſi quoque a nullo temporale donum acquiratur, niſi ſoli Deo, cui ſervitio fungi unicuique ſacerdoti convenit. Et ut noſtræ largitionis præſens auctoritas firmior habeatur, & diligentiori obſervatione cuſtodiatur, annuli noſtri impreſſione ſubterſignari juſſimus.

R
Signum Karoli K O S glorioſiſſimi regis.
L

Datum XIII. Kalendas Januarias, Indict. VI. anno XVIIII. regnante Karolo glorioſiſſimo rege. Actum in Magniaco in Dei nomine feliciter.

II.

CONSILIUM
HINCMARI ARCHIEPISCOPI.

De pœnitentia Pippini junioris, olim regis Aquitaniæ.

Libro XII. epiſt. XXXII. SAnctus Papa Gregorius in decretis ad Felicem Sicilienſem epiſcopum: *Progeniem ſuam unumquemque, uſque ad ſeptimam obſervare decernimus generationem*, &c. Item in decreto ſynodali ante beati Petri corpus: *Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit*, &c.

SANCTUS SIRICIUS Papa in decretis ſuis de apoſtatis monachis: *Cap. VI.* *Has*, inquit, *impudicas, deteſtabileſque perſonas, a monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe mandamus*, &c.

IN HOC CAPITULO ſtat modo Pippinus, & in alio *Cap. III.* capitulo quod de apoſtatis idem Siricius decrevit. Quia vero nunc dicit ſe pœnitere de præteritis malis, quia habitum & profeſſionem ſuam deſeruit, & ſacramentum quo ſe conſtrinxit graviter violavit; & quia cum paganis ſe junxit & profitetur ſe ad ſuam profeſſionem & habitum velle redire: quoniam illius cauſa ſynodali diffinitione atque judicio decreta fuit, ſi tempus & locus permitteret, ſynodali judicio immutari debuerat. Nunc autem quia hinc judicium, & hinc nos circumſtat miſericordia: pro judicio ſynodali nobis ſequenda ſunt quæ a ſede Apoſtolica, & per ſynodalia judicia ſunt diffinita: dicente beato Leone, quia *in diſpenſandis Dei donis non debemus* *Epiſt. XCI. ad Theodorum.* *eſſe difficiles, nec accuſantium ſe gemitum lacrymaſque negligere, cum ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo*: Ne forte *2. Tim. 2.* det illis Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipſius voluntatem. Et item idem in decretis ſuis dicit: *Propoſitum monachi proprio* *Epiſt. XCII. ad Ruſtic. cap. XIV.* *arbitrio aut voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato. Quod enim quis vovit Deo, debet ei reddere. Unde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad militiam vel ad nuptias devolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt. Quia etſi innocens militia, & honeſtum poteſt eſſe conjugium, electionem meliorem deſeruiſſe, tranſgreſſio eſt.* Et ſequendum eſt de eo Leonis capitulum, *Ibidem, cap. XIX.* quo dicit: *Si convivio ſolo gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis & manus impoſitione purgari, ut deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.* Et Nicæni canones de his qui præter neceſ- *Can. XI.* ſitatem prævaricati ſunt qualiter pœniteant dicunt. Quia vero, ut audivi, paralyſi ſolet Pippinus percuti, ſequenda eſt de illo ſententia magni Leonis, quæ dicit: *His qui* *Epiſt. XCI. ad Theodorum.* *in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſſio, dicente Dei ſpiritu per prophetam*: Cum ingemueris, tunc ſalvus eris: *& alibi*: Dic *Iſai. 30, 15. ex Græco.* tu iniquitates tuas prior ut juſtificeris: *& iterum*, quia *Iſai. 43, 26. ex Græco.* apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et Innocentius dixit: *De pœnitentibus, qui ſi-* *Epiſt. 1. ad Decentium.* *ve ex gravioribus, ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum, Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Ceterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis: ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat.* Plura ſunt alia, quæ hinc poſſumus colligere, niſi iſta crederemus poſſe ſufficere. Unde quantum mihi videtur, non præjudicans ſynodali ſententiæ de Pippino decretæ, ſed confiſus de Dei miſericordia, qui per Apoſtolum ſuum dicit, *ut ſuperexaltet* *Jacob. 2. 13.* *miſericordia judicium*, & de caritate confratrum noſtrorum, & de auctoritate ſacrorum canonum, & Pontificum Romanorum, exhortandus eſt Pippinus, ut puram confeſſionem de omnibus peccatis ſuis, quæ ab ineunte ætate perpetravit, ſecrete faciat: quia forte talia fecit, quæ turpe eſt etiam in publicum dicere. Et de hoc quod ſuum habitum dimiſit, & ſe perjuravit, & quia cum paganis ſe junxit, (de qua ſua conjunctione multa mala ſunt perpetrata) coram eccleſia inter publice pœnitentes ſe lacrymabiliter accuſet, & pœnitentiam & reconciliationem humiliter petat: & de omnibus quæ vel ſecrete confeſſus fuerit, vel publice ſe accuſaverit, per manus impoſitionem epiſcopalis auctoritatis publice reconcilietur, & reconciliatus tonſuram clericalem accipiat, & habitum monaſticum recipiat, & profiteatur ſe de cetero ſervare quæ expetit & expedit, & ſic communionem ſacri altaris recipiat. Reconciliatus autem benigne tractetur, ut tali loco ſub libera cuſtodia miſericorditer cuſtodiatur, & cuſtodes monachos ac bonos canonicos habeat, qui eum exhortentur, & quorum doctrina & exemplo bene de cetero vivere, & præterita peccata plangere diſcat: & quorum providentia, & loci convenientia, ita cuſtodiatur, ut ad priſtinum vomitum redire nequeat, etiamſi diabolo ſuadente voluerit: & recidivum ſcandalum per eum in ſancta eccleſia & in iſta Chriſtianitate oriri non poſſit. Accipe, frater & fili, iſtam rotulam; ſed & illam de cognatione non conjungenda: & porta illas domno regi, & relege coram illo. Et de iſta fac ſecundum illius conſilium & commendationem: & de illa cognatione non conjungenda, per ejus conſilium & auxilium ſequere ſacras auctoritates tibi directas. Providentia de Pippino non eſt negligenda, & ut certi ac fideles cuſtodes illi adhibeantur ſatis eſt procurandum: nec obliviſcendum quod de eo in monaſterio ſancti Medardi accidit, & quod de Karlomanno in Corbeia evenit. Nam quod factum eſt, adhuc fieri poteſt.

III.

DE NOMENOII BRITTONIS
TYRANNIDE.

Quomodo Nomenoius tyrannus Brittonum de quatuor Epiſcopatibus fecit ſeptem, tempore Karoli Calvi regis Francorum.

NOmenoïus valde ſuperbus urbem Nammeticam, Redonicam, ac etiam Andegavenſe territorium, & Cenomanenſe uſque Medunam invaſit. His autem urbibus & territoriis nominatis in ſua ditione aſſumptis, ſuperbior extitit & potentior. Contemptoque omnino ju-

re Francorum regio, regem ſe fieri poſſe exiſtimavit. Multiſque artibus, ut doloſus & fraudulentus, perquirens quibus id modis aſſequeretur, reperit ut epiſcopos totius ſuæ regionis aliqua ſeductione expelleret, & alios conceſſione ſua conſtitutos in locis illorum ſubrogaret : ſicque facile conceptam tyrannidem poſſe perficere excogitavit. Æſtuante vero principe, & plurima eviſcerata facie ſecum animo revolvente, quomodo conceptum ſcelus perpetrare poſſet : tandem invenit unum ex complicibus ſuis, qui ſe circumvenire poſſe epiſcopos, & abſque ulla examinatione & purgatione aliqua infamari & damnari fateretur. Quod audiens tyrannus, lætus efficitur, multa ei ſpondens, ſi dictis facta compenſaret. Miniſter itaque doli convocans Britannos epiſcopos : Scitote, inquit, domini ſacerdotes, unum me vobis cauſa ſalutis veſtræ pandere myſterium, quod audierim a ſecretis principis : quia niſi epiſcopi ſe reos ex eis quæ eis objicerentur eſſe audiente conventu præſulum, quos aliunde a diſcuſſione reatus ipſorum dux invitaverat, profiterentur, nec eos lateret ſine dilatione capite plectendos ſore. Quo audito epiſcopi conſternati animo præter Dei & eccleſiæ leges omnia ſe profiteri quæ malignus perſuadebat, antequam morte multarentur, promiſerunt. In craſtinum autem evocans princeps in monaſterio ſancti Salvatoris ſynodum epiſcoporum atque procerum, adhibuit teſtes falſiſſimos pretio conductos adverſus Subſannum Venetenſem, Salaconem Aletenſem, Felicem Coriſopitenſem, Liberalem Oximenſem, epiſcopos; qui dicerent eos pretio in eccleſia intruſos, muneribus ſæpe ſacros ordines fuiſſe largitos, & omnibus criminibus obnoxios fore. Cumque reticerent epiſcopi repentino mortis metu perculſi, requiſiti ſunt a conventu, utrum vera eſſent quæ opponebantur. Qui ita ſe habere profeſſi ſunt. Depoſitiſque in concilio virgis & annulis Pontificalibus, Gallias petierunt, ad Karolum ſe conferentes. Nomenoïus vero patrato ſcelere pſeudoëpiſcopos conſtituit loco ipſorum. Cogitans autem epiſcopos, quos elegerat, a metropolitano Turonenſi benedictionem minime poſſe conſequi, nec acceſſum ad eum metu regis habere, ex quatuor epiſcopatibus ſeptem compoſuit. Quorum apud Dolum monaſterium unum conſtituit, quem archiepiſcopum fieri decrevit. Monaſterium vero ſancti Brioci ſedem conſtituit epiſcopalem. Similiter etiam ſancti Rahotuali. Hos tres uſurpatitios epiſcopos inſtituit, ceteris quatuor in antiquis urbibus derelictis. Provincia itaque Turonenſi ita reciſa, Nomenoïus Dolo monaſterio epiſcopos ſuos congregans, ſe in regem ungere fecit.

IN CONCILIUM TRICASSINUM II.

anni DCCCLXXVIII.

Concilium Tricaſſinum II. In digerendis actis decretiſque hujus concilii difficile fuit ſtatum ordinem tenere, tum quia ex diverſis locis congeſta ſunt, tum quia non eumdem ordinem tradunt qui res in eo geſtas commemorant. Conſentiunt tamen de Lantberti & Adalberti, qui eccleſiam Romanam & Pontificem vexabant, excommunicatione actum fuiſſe primo loco. Quare hinc etiam orſi ſumus.

Paſcaſius epiſcopus. Nomen loci cui præfuit, in ceteris exemplaribus omiſſum, in uno tandem offendimus, & Amerinum epiſcopum fuiſſe didicimus. *Pag. 197. E.*

Coronatus Ludovicus. Ludovicum Balbum jam ſuperiore anno regem coronarat Hincmarus archiepiſcopus, ut videre eſt in actis illius coronationis poſt capitula Caroli Calvi. Nunc iterum a Papa coronam expetiit, exemplo Pippini abavi ſui, quem a Bonifacio primum archiepiſcopo, deinde iterum a Stephano Papa regem coronatum meminerat. Sunt autem, qui Ludovicum ab Joanne coronam hoc loco non regni, ſed imperii, ſuſcepiſſe putent. Inde enim Ludovicum Balbum inter imperatores plerique numerant tum exteri, tum noſtri etiam ſcriptores. Quod mirum certe mihi, falſumque ſemper viſum eſt : cum Joannes ipſe Papa in epiſt. XLVII. & in aliis quas ad Ludovicum poſtea ſcripſit, ipſum regem non imperatorem vocet : in epiſtola LXXI. ad Ludovicum & Carlomannum Ludovici Balbi filios, Caroli Calvi nepotes, Carolo eorum avo imperatoris nomen tribuat, Ludovico patri nomen regis, imperatorem haud dubie appellaturus, ſi imperator fuiſſet; eodemque modo Hincmarus in epiſtolis, quarum meminit Flodoardus, lib. III. cap. XIX. fratres iſtos reges Ludovici regis, non imperatoris, filios nominet. Quid quod Ludovici ipſius Balbi, ut alia omittam, diploma exſtat pro eccleſia Nivernenſi, IV. Idus Septembres, hoc eſt, triduo poſt coronationem iſtam Trecis datum, in quo non alium ſe quam regem vocat his verbis, *Ludovicus miſericordia Dei rex!* Rex ergo fuit; non imperator : imperatoris vero titulum, antiquis ignotum, alii poſtea temere affinxerunt. *Pag. 204. A.*

INDEX
RERUM AC VERBORUM MEMORABILIUM, IN NOTIS SIRMONDIANIS.

A

ABbas Ludovicus. 1758.
ACCEPTUS Forojulienſis epiſcopus. 1698.
ADO. *Vide*, Viennenſium.
Agitatores. 1686.
Agrippinenſe Concilium quando celebrari potuerit. 1694.
Aletenſis *(S. Malo:)* epiſcopus Salaco. 1771. Wernarius. 1763.
ALTFRIDUS Hildesheimenſis epiſcopus. 1764.
* Amentibus baptiſmus & euchariſtia an dari debeant. 1717.
ANGELRAMNUS Metenſis, archiepiſcopus. 1756.
Apoſtatæ a religioſæ vitæ profeſſione. 1736. Apoſtatæ quomodo recipiendi. 1690. Apoſtatis negata in fine communio, ſi eam in infirmitate tantum petierint, 1729.
Aquenſis eccleſia olim ſub Arelatenſi. 1756.
Aquilimenſium, hoc eſt, Engoliſmenſium epiſcopus. 1750.
Aquitani a Gallis diſtincti. 1704.
Arauſicani I. Concilii canon ſecundus. 1714. * Explicatur. 1715.
Archicapellanus regis, abbas, epiſcopis præponitur. 1762.
Archiepiſcopus abbatiam haud legitime retinens, in qua prius abbas fuerat. 1764.
Arelate in provincia Viennenſi. 1699. 1700. Arelatenſes inter & Viennenſes epiſcopos controverſia. 1727. Arelatenſi archiepiſcopo conceſſæ Eccleſiæ ſuffraganeæ novem. 1756. Arelatenſis ut in utraque provincia ordinandi poteſtatem habeat, Narbonenſi & Viennenſi. 1705. 1706.
Arelatenſis epiſcopus Patroclus. 1706. 1707.
Arelatenſi ſynodo quot epiſcopi interfuerint. 1691.
Ariminenſe Concilium. 1695. 1696.
Arreptitii ne ordinentur : ordinati ne miniſtrent. 1718.
Aventicum, ſedes epiſcopalis, Lauſanam tranſlata. 1750.
Auguſtenſis *(in Pedemontio)* epiſcopus Gratus. 1752.

Autiſſiodorenſis ſynodi tempus. 1748. 1749.

B

BAjocacenſis, *pro* Bajocenſis. 1763.
Bannus Dei & regis. 1765. In bannum mitti. 1767.
Baptizatus in vigilia Natalis Domini Clodoveus Rex. 1740.
Beneatnenſis, qui hodie Laſcarenſis, epiſcopus. 1750.
BENENATUS Elnenſis. 1751.
Bigami. *Vide*, Digami.
BONOSUS Naïſſi in Dacia epiſcopus. 1735. Bonoſiaci. 1734. 1735.
S. BRIOCI monaſterium. 1771. Briocenſis epiſcopus Garurbiius. 1763.
* Britonum epiſcopi, qui ſe a metropoli Turonica ſubduxerant. 1763.
Burgundiæ rex Karolus. 1763.

C

CÆLESTINI nomine citati ſolitæ Sedis Apoſtolicæ auctoritates. 1710.
Calogrææ monachæ. 1765.
Calumniatorum pœna. 1689.
Canonum epitome ab Hadriano Papa. 1753.
Carragii. 1749.
Cariſiacum, *Creſſy ſur Serre*. 1759.
CAROLUS MARTELLUS. De eo fabula. 1760. 1761.
S. CASTORIS monaſterium prope Confluentes ad Rhenum. 1764.
Catechumenus a baptiſterio arceatur. 1719. Et in domeſticis etiam orationibus. 1719. Catechumenis Evangelium explicetur. 1718.
Cauſa finita. *Vide*, Donatiſtarum. 1692.
Cauſæ omnes majores eccleſiaſticæ, & epiſcoporum judicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque canonum auctoritas, Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervavit. 1701. *ex tomo* I. *pag.* 563. D.
Cervolo facere. 1749.
CHELIDONIUS Veſontionenſis. 1723. 1724. 1725.
CHILDEBERTI regis anni. 1746. 1748.
CHLOTARII regis filiorum anni. 1747. 1748.
de Chorepiſcopis. 1713.
Chriſma per quos presbyteri eccleſiarum petere debeant ab epiſcopo. 1722. Chriſmatio gemina. 1715.
Chriſtiani alii & credentes, alii fideles. 1687. Chriſtiani fiebant manuum impoſitione. 1686. 1687.
Chriſtiani olim, dum principes pagani fuerunt, cur a publicis adminiſtrationibus abſtinerent. 1687.
CHRISTIANUS Autiſſiodorenſis. 1764.
CHUONRADUS nobiliſſimus. 1758.
Clerici ne loca dimittant in quibus ordinati ſunt. 1690. Clericus ab eccleſia ſua ne diſcedat. 1734.
Clerici ne ad judices ſæculares pertrahantur, ſed epiſcopali audientiæ reſerventur. 1711. Clericis ab epiſcopo ſuo licet ad ſynodum provocare. 1723.
Clericis quarum feminarum familiaritas ſit interdicta. 1732. Clerici incontinentes, quomodo plectendi. 1702.
CLODOVEUS rex baptizatus in vigilia Natalis Domini. 1740. Primus omnium in Eccleſia Catholicus rex fuit. 1741.
COMMODIANI verſus. 1738.
Communicari non ſolet cum mortuis, quibuſdam in vita communio non fuit. 1730. 1734.
Communio in fine quibus negata. 1697. 1698. quibus conceſſa. 1701. *Vide*, Apoſtatis.
Communio peregrina. 1713.
Concilia bis in anno. 1713. quomodo indicenda. 1720. 1742. Duo genera presbyterorum ſolebant venire ad concilia. 1691.
CONCORDII Arelatenſis epitaphium. 1698.
Confeſſorum litteræ. 1688.
Confirmandi per manuum impoſitionem qui a Novatianis & Donatiſtis ad Eccleſiam veniunt. 1701. Confirmantur qui ab hæreticis veniunt ad Eccleſiam. 1714. 1715.
Conjungentibus, id eſt, convenientibus. 1755.
Converſi & converſæ conjuges. 1720. 1732.
Coriſopitenſis (*Quimper-Corentin*) epiſcopus Felix. 1771.
Correctus & Corrector provinciæ. 1683.
Credulitas pœnitentiæ. 1733.
Crimina mortalia, quæ. 1698.
Curiales ne ordinentur. 1701.
S. CYRICI feſtivitas Nivernis. 1768.

D

DEvotæ, virgines Deo ſacræ. 1697.
Diaconæ, ſive Diaconiſſæ. 1719. 1720.
* Diacones Urbici. 1689.
Diaconi, miniſtri presbyterorum, ut epiſcoporum. 1738. Diacono inter presbyteros ſedere, aut illis præſentibus euchariſtiam dare, &c. non licet. 1734. Diaconus Miſſam celebrare auſus. 1689.
Diacones conjugati: de his, quæ ſancita. 1719.
Digami ne ordinentur, 1697. 1701. 1719.
Dolenſis epiſcopus Faſtrarius. 1763.
DOMITIANUS Genavenſis. 1752.
Donatiſtæ ad Imperatorem appellarunt. 1692. 1693. Donatiſtarum cauſa finita apud Conſtantinum Imp. 1692. Donatiſtarum pertinaciæ ceſſit Imperator. 1685.
Drappi, Drappæ laneæ. 1767.
Drudi, & Drudes. 1760. * Vox antiqua Germanica. *Ibidem*.

E

EBredunenſis Eccleſia olim ſub Arelatenſi. 1756.
Eccleſia. Qui ad Eccleſiam confugiunt. 1716.
ELAFIUS Rotomagenſis. 1745.
Eligendi tres ab epiſcopis, ex quibus clerici & primores civitatis unum eligant ordinandum. 1737.
ELIGII Noviomenſis ſermo inter Auguſtinianos. 1749.
Energumenis an dari debeat euchariſtia. 1717. 1718. an catechumenis baptiſmus. 1718.
Epiſcopi a tribus ſaltem ordinandi. 1690. Epiſcopis duobus, qui ſoli epiſcopum ordinarant, quæ pœna irrogata. 1712. 1719.
Epiſcopo ægrotante alius ne ordinetur. 1725. Epiſcopus propter infirmitatem non debet presbytero committere, quæ ſunt propria epiſcopi. 1720.
Epiſcopi defuncti exſequiæ a vicino epiſcopo fiant. 1713.
Epiſcoporum cauſæ. Maximum Valentinum intra provinciam judicandum decernens, ſynodum die præfixo congregari jubet, & ſententiam ſive in præſentem, ſive in abſentem, proferri. 1707. *Vide*, Cauſæ.
Epaona ubi ſit. 1743.
ERIGENA SCOTUS. 1759.
* Euchariſtia an dari debeat amentibus. 1717. an energumenis. 1717. 1718.
EUCHERIUS Lugdunenſis. 1720.
Eunuchi. 1733.
EUPHRATAS Agrippinenſis. 1693. 1694.
Excommunicati ab aliis, ab aliis non recipiantur. 1717. Excommunicatorum cauſæ in ſynodo diſcutiebantur. 1717.
Excommunis. 1747.
Exorciſtæ ubi a primis nuptiis arcebantur. 1740.
de Expoſitis. 1723.
EXUPERANTIUS presbyter. 1700.
EXUPERIUS Toloſanus. 1702.

F

FAculas accendunt pagani. 1735.
FASTRARIUS Dolenſis epiſcopus. 1763.
FAUSTUS. Sanctus Fauſtus epiſcopus. 1745.
FELIX Coriſopitenſis, epiſcopus. 1771.
FELIX Trecorenſis epiſcopus. 1763.
FELIX Trevirenſis, ab Ithacianæ partis epiſcopis ordinatus. 1700.
Fellones, rebelles. 1761.
Firmitates & haiæ. 1767.
FLAVIUS Rotomagenſis, idem Elafius. 1745.
FLODOARDI locus emendatur. 1762.
FLORUS diaconus Lugdunenſis, auctor libri adverſus Joannem Scotum. 1710.
FLOTILDIS viſiones. 1765.
Forconſiliare, forſconſiliare. 1765.
Formatæ epiſtolæ. 1704. 1721. 1722.
Forojulienſis (*Fréjus*) epiſcopus Acceptus. 1698.
* Francofordienſis Concilii canon ſe-

cundus exponitur. 1754. 1755.

G

GAlliæ & quinque provinciæ. 1696. Galliæ & ſeptem provinciæ. 1704.
GABURBRIUS Briocenſis epiſcopus. 1763.
Geneva. Januacenſis, *pro* Genevenſis. 1763. Genavenſis epiſcopus Domitianus. 1752.
GENNADII, ut ferunt, liber de Eccleſiaſticis dogmatibus. 1747.
S. GERMANUS Autiſſiodorenſis. 1724.
Gothia dicta, Narbonenſis provincia. 1751.
Gradus, ſuggeſtum. 1762.
GRATUS Auguſtenſis epiſcopus. 1752. *in Pedemontio.*
GRIMOLDUS Ludovici regis archicapellanus. 1762.
GUNTRAMNI regis anni. 1747. 1749.

H

HAbitus clericorum. *Vide*, Veſtes.
HEROS Arelatenſis. Eum acerbe traducit Zoſimus Papa. 1705.
HETTI Trevirenſis epiſtola ad Frotarium Tullenſem. 1757.
HILARIUS Arelatenſis. 1709. 1714.
HILDEBALDUS Colonienſis. 1756.
HINCMARUS Remenſis arguitur. 1699.
Hiſtrionibus neganda communio. 1686.
HONORATUS Arelatenſis. 1708.
Honores, beneficia, dignitates. 1765.

J

JAnuenſis *&* Januacenſis, *pro* Genevenſis. 1763.
Imaginarius ordo. 1747.
Indictionum apud Gallos & apud Romanos diverſum exordium. 1747. 1748.
INGENUUS Ebredunenſis. 1728.
Intrinitæ. 1747.
JOANNES ERIUGENA. 1759.
Jocticos facere. 1749.
Ithacianæ reliquiæ in Galliis. 1700.
Judæis quæ interdicta eſſent. 1711. 1712.
JULIANUS POMERIUS. *Vide*, Proſpero.
Juſtianenſis ſynodus unde dicta. 1745.

L

LAZARUS in Taurinenſi Concilio. 1705.
LEO Bituricenſis. 1731.
LEONTIUS Forojulienſis. 1726.
LEPORII libellus. 1710. 1711.
Leptini. 1753.
Liberalis epiſcopus Oximenſis. 1771.
Lirinenſe monaſterium olim ad Forojulienſem epiſcopatum pertinuit. 1740.
Lotharingia a quo Lothario eſt appellata. 1760.
LUCIFER Calaritanus. 1703.
LUDOVICUS Balbus non Imperator, ſed Rex fuit. 1772.
Lugdunenſe Concilium ſub Gundebaldo Burgundionum rege. 1741.
S. LUPUS Trecenſis. 1724.

M

MAGENARDUS Rotomagenſis. 1756.
Magiſtratus olim Chriſtiani cur non gererent. *Vide*, Chriſtiani.
Magniacus vicus pagi Nivernenſis. 1768.
Manſuarii, qui manſos ad colendum inhabitant. 1761.
Manumiſſi. 1736. Manumiſſiones. 1716.
Manuum impoſitione Chriſtiani fiebant. 1686. Manus impoſitio ad confirmationem. 1687.
Matrimonium cum gentilibus. 1688.
Metenſis archiepiſcopus Angelramnus. 1756.
Miniſtri, ſubdiaconi. 1686. diaconi. *Ibidem*. 1730.
Miniſtrant eccleſiæ etiam epiſcopi. 1686.
Monachi fieri non poterant epiſcopi, ſine abbatis & proprii epiſcopi licentia. 1763.
Mortalia crimina, quæ. 1698.
Mundeburdis, mundeburdus. 1765.

N

NArbonenſi eccleſiæ metropoliticum jus reſtitutum. 1707. 1725.
S. NAZARII reliquiæ in vico Magniaco. 1768.
Neceſtuoſi, *neceſſiteux*. 1761.
Neophytus. 1732.
Nicæna II. ſynodus dicta Conſtantinopolitana. 1755.
* NOMENOII Britonis tyrannis. 1770. * Epiſcopatus tres novos conſtituit. 1763. 1771.
Nonnæ. 1765.
NOVATIANI aſperitas. 1702.
Novellæ Valentiani cum Theodoſianis confuſæ. 1726.
Nutrimenta, nutrimina, nutricatus animalium. 1761.

O

OBlationes defunctorum qui retinent, excommunicentur. 1722.
Obmuteſcentibus dari debet baptiſmus & pœnitentia. 1717.
Obſervare, id eſt, officium implere. 1739.
Ordinationes quando celebrandæ. 1725. ſabbato, an Dominica. 1725. Ordinati a presbytero vel diacono, qui ſe epiſcopos eſſe mentirentur. 1729. Ordinationes per ſaltum. 1706. Ordinati & ordinantes illicite qua pœna multati. 1700.
* Ordines inferiores, ut ſubdiaconatus, conferre permiſſum nonnullis abbatibus. 1729.
Oximenſis (*S. Paul de Leon*) in Britannia minore, epiſcopus Liberalis. 1771.

P

PAgenſes, Pagenſis noſter. 1761.
Paratæ. 1761.
Paſcha Dominica. 1683. Paſcha uno eodemque die celebrandum. 1686. De Paſchate conſultus Marcianus Imp. 1731.
PATROCLUS Arelatenſis. 1706. 1707.
PATRUINUS epiſcopus Hiſpanus; ſed cujus ſedis, diſceptatur, 1703.
PAULIANISTÆ. 1734.
Peccata tantum publica publice caſtiganda. 1702.
PELAGIANI Catholicis permiſceri ſolebant. 1711.
Peregrina communio. 1713.
Peregrini epiſcopi. 1690. 1721. 1722.
PIPPINI regis anni. 1753.
PIPPINI junioris, olim regis Aquitaniæ, pœnitentia. 1769. 1770.
Piſtæ. Locus qui Piſtis dicitur. 1766. In epiſcopatu Rotomagenſi. 1767.
Plenarium Concilium, apud Auguſtinum, Arelatenſe, 1684. 1688. (*Forte verius, nec Nicænum, nec Arelatenſe indicat Auguſtinus eo nomine, ſed conſenſum epiſcoporum totius orbis.*)
Pœnitentiæ gradus tres. 1733. Pœnitentiæ moderandæ poteſtatem habeat epiſcopus. 1733.
Pœnitentia clericis an concedenda. 1716. Pœnitentia publica non dabatur epiſcopis, presbyteris, vel diaconis lapſis. 1729. Excipitur Hiſpania. 1730.
Pœnitentia publica uni conjugum dari non debet, ſine conſenſu alterius. 1735. Pœnitentiam publicam qui vel quæ acceperunt, a conjugibus deinceps abſtinere debent. 1735. Pœnitentibus non licuit negotiari, militare, litigare. 1730.
Pœnitentia quibus danda 1739. Ab ea ſuſcepta qui reſiliunt, excommunicentur. 1738.
Pœnitentia morientibus non deneganda. 1708. Pœnitentiam publicam, ſicut baptiſmum, multi olim differebant. 1730. Pœnitentiam qui in fine accipiebant, vel nondum finierant in morte. 1715. Pœnitentiam qui in ægritudine accipiunt, etiam neſcientes, eam exſequi debent. 1730. Pœnitentiam qui in ægritudine accipientes, ante communionem mortui ſunt, eorum memoriam fieri Leo Papa non vult. 1730. Pœnitentes qui ſubito moriuntur, ſepultura donandi, & oblationes pro eis recipiendæ. 1722.
POMERIUS. *Vide*, Proſpero.
Presbyteri benedicant privatim, non publice. 1713. In Oriente utraque benedictio presbyteris conceſſa. 1713.
PROCULUS Maſſilienſis a Zoſimo Papa increpatur. 1706. Ei indultum ut metropolito jure præſit

provinciæ

provinciæ Narbonenſi ſecundæ. 1699.
PROSPER Aquitanus. 1708. 1709. Proſpero adſcripti libri tres de vita contemplativa, ſunt Juliani Pomerii. 1757.
Provinciæ quinque. 1696. 1697. Provinciæ ſeptem. 1704.
Provinciæ & Burgundiæ rex. 1762.
Pſeudepigraphi libri. 1702.

Q

QUINTIANUS epiſcopus Arvernorum. 1742.

R

S. RAEUTUALI monaſterium. 1763. 1771.
S. RADEGUNDIS obitus. 1750.
Ratiatenſis, id eſt, Pictavenſis epiſcopus. 1745.
Rebaptizatis negata in fine communio. 1697.
Regis domus, ſchola. 1761.
REMIGIUS, Remedius. 1700.
Reticius Auguſtodunenſis. 1691.
Romania, Romanum imperium. 1731.
Rotomagenſis metropolitanus Magenardus. 1756.

S

SAcerdos, epiſcopus. 1700. 1704.
Sacrivi. 1749.
Sæculares, laici. 1737.
SALACO Aletenſis epiſcopus. 1771.
SALOMON Conſtantienſis ad Rhenum. 1762.
Scripturæ apocryphæ. 1702. 1703.
Servos occidere, dominis vetitum. 1737.
Simplicius Viennenſis. 1705.
Statuta Eccleſiæ antiquæ, ſynodi IV. Carthaginenſis nomine quæ circumferuntur. 1736.
SUBSANNUS Venetenſis epiſcopus. 1771.
Subſtantiæ nominis ſilentium ubi indictum. 1695.
Suggeſſio. 1748.
Synodus magna, Arelatenſis prima. 1735. Arelatenſis ſecunda. 1737.

T

TArantaſienſis eccleſia olim ſub Viennenſi. 1756.
Theatricis neganda communio. 1686.
THEODEBERTI regis anni. 1745.
TORTOLDUS Bajocenſis. 1763.
Tractoriæ, quæ dicebantur. 1685.
Traditores unde appellati. 1688. 1689.
Tiecorenſis epiſcopus Felix. 1763.
TROPHIMUS Apoſtolus. 1727.

V

VALENTINIANI conſtitutio. 1711.
Warnitus, *garni*. 1765.
Vaſenſia Concilia duo tantum. 1721.
Vela ad oſtia. 1751.
Venetenſis epiſcopus Subſannus. 1771.
Vermeriæ palatium. 1758.
WERNARIUS epiſcopus Aletenſis. 1763.
Verolamienſe Concilium. 1724.
Veſtes clerici quas in vita communi uſurpabant, iiſdem etiam in ſacris utebantur, ſed mundioribus & optimis. 1707. 1708.
Vetula aut cervolo facere. 1749.
Viaticum. 1715. 1716.
Vicojulienſis, id eſt, Aturenſis. 1750.
Viduitatis profeſſio. 1720.
Viennenſium epiſcoporum ſeries apud Adonem perturbata. 1698. Viennenſi archiepiſcopo datæ eccleſiæ ſuffraganeæ quatuor. 1756.
Villæ regiæ. Judices villarum regiarum. 1761.
S. VINCENTII Confeſſoris corpus apud Magniacum 1768.
Vindauſcenſis epiſcopus. 1752.
Virdunum, Articlavum. 1694.
Virginitatis propoſito quæ puellæ tenebantur, nondum velatæ. 1730.
WLFADUS abbas. 1764.
Uſiæ nomen. *Vide*, Subſtantiæ.
Uſura. De miniſtris qui fenerant. 1688.

Z

ZAcones, diacones. 1738.
ZOSIMI epiſtolæ duæ falſi damnatæ a viro docto; ſed reſragante Sirmondo. 1705. Zoſimi litteræ de damnatione Pelagii & Cæleſti. 1710.

XV.

CONCILIA QUÆDAM GALLICANA,

Quæ quamvis in Labbeana editione appellentur, tamen ne ſuis annis collocarentur, titulus huic collectioni præfixus admonuit; ſiquidem nec ulla eorumdem exſtant Acta, & tenuis ipſorum obiter mentio in libris occurrit: hic autem connumerari ea oportet, ne quis tot a nobis prætermiſſa ex indiligentia Concilia exiſtimet.

ANDEGAVENSE, anno 530. *Conveniſſe dicuntur epiſcopi quinque pietatis cauſa: ſynodum tenuiſſe non dicuntur, aut aliquid eccleſiaſtici negotii tractaſſe: in vita S. Melanii epiſcopi Redonenſis, die* VI. *Januarii, apud Bollandum, num.* 21.

ANDELAENSE, anno 587. *Concilium dici non debet: cum ex Gregorio Turonenſi, libro* VII. hiſtor. cap. XX. *unde illud acceptum eſt, tantum ibi pactio facta dicatur inter reges*, mediantibus ſacerdotibus atque proceribus.

AQUISGRANENSE, anno 802. *Moiſſiacenſe Chronicon, & San-Dionyſianum, Aquiſgrani dicunt Concilium a Carolo Magno habitum fuiſſe, ut ei epiſcopi, & monachi, ceterique*, fidelitatem jurarent. *Hoc tantum.*

ARELATENSE, anno 463. *Ex ſolis Hilari Papæ epiſtolis, a Cardinale Baronio editis, nota ea ſynodus eſt.*

ARELATENSE, anno 1246. *Tantum indicatur in Arelatenſi ſynodo anni* 1234.

ARMORICUM, anno 555. *Ab epiſcopis excommu-*
A *nicatum fuiſſe narrat epiſcopum Venetenſem Gregorius Turon. libro* IV. *hiſt. cap.* IV. *In ſynodo excommunicatum non dicit.*

BITURICENSE, anno 454. *Tantummodo* ſynodum fortaſſis aliquam *fuiſſe Sirmondus colligit, ex epiſtola Leonis Bituricenſis, quæ eſt inter epiſtolas Leonis Papæ, epiſt.* XCVI.

BITURICENSE, anno 767. *Narrat Regino ad eum annum, Pipinum veniſſe Biturigas, ibique ſynodum tenuiſſe: hoc tantum: nec plura Fredega-*
B *rius.*

BITURICENSE, anno 842. vel 843. *In ſynodo cui præſedit Rodulfus Bituricenſis, Ebbonem Remenſem fuiſſe depoſitum tradit Hincmarus, epiſt.* XXIII. *ad Egilonem Senonenſem. Nihil amplius.*

DORIENSE, anno 779. *Annales Francorum & Regino*, ſynodum pro reformandis ſubditorum moribus, & ſanctæ Eccleſiæ moribus in villa Duria congregaſſe *Carolum regem dicunt. Hoc tantum.*

INCERTI LOCI, anno 515. Galliæ præſules ad ſyno-

dum fidei gratia conveniſſe *refert Hincmarus in* A *vitu Remigii, & ex eo Flodoardus : ibique Arrianum ad fidem Catholicum fuiſſe converſum. Nibil amplius.*

INCERTI LOCI, anno 588. *An ſynodus habita fuerit, ex verbis Gregorii Turonenſis, libro IX. hiſt. cap. XX. unde ea colligitur, non liquet.*

INCERTI LOCI, poſt annum 800. *Decretum Caroli regis ex conſulta Leonis Papæ de purgatione ſacerdotum, auctoritate omnium epiſcoporum, ſacerdotum, ac levitarum, reliquorumque fidelium conſulta, definitum dicitur : tome IV. hujus editionis, pag. 946. E. In ſynodo id definitum fuiſſe non dicitur.* B

INCERTI LOCI ac temporis, anno circiter 868. *Mentio hujus Concilii haud alibi occurrit, quam in Chronico Flaviniacenſi : in quo dicuntur Gallinrum epiſcopi congregati Hadriano Papæ ſcripſiſſe, ſe* ſecundum ſcita canonum epiſcopos eſſe conſecraturos, quorum textus in catalogo ſacrarum ſcripturarum habetur : *non quibus Imperator* epiſcopatum concederet; *ut Hadrianus Papa fieri juſſerat.*

LIPTINENSE, anno 756. *Illius mentio habetur in epiſtola ſynodi Cariſiacenſis ad Ludovicum regem Germaniæ; in qua duo ab ea ſynodo confundi Liptinenſia Concilia Labbeus cenſuit.* C

LUGDUNENSE, anno 814. *Ex Adone in Chronico ad eum annum colligitur : ubi Agobardum refert Lugdunenſem epiſcopum fuiſſe conſtitutum, conſentiente Imperatore, & univerſa Gallorum epiſcoporum ſynodo. At ibi ſynodus non magis epiſcopos ſignificat conveniſſe Lugdunum, quam Imperatorem. Synodi nomen in vetuſtis monumentis interdum ſignificat provinciæ unius vel regni epiſcopos, abſque ullo conventu.*

METENSE, anno 835. *Ex Chronico Cameracenſi, libro I. cap. XLI. Ebbo in ſynodo Metenſi, ob injuſte excommunicatum Ludovicum Imp. erubeſcens,* D *ſibi epiſcopos judices dicitur delegiſſe. Hoc tantum.*

NARBONENSE, anno 157. *in quo* patum certa, *ut ait Labbeus, de S. Paulo Narbonenſi epiſcopo narrantur, ex vita ipſius, quam edidit Illuſtriſſ. Beſquetus Monſpelienſis epiſcopus, parte 2. hiſt. Eccleſiæ Gallicanæ.*

IN PALATIO Theodorici Francorum regis, anno 688. *Ibi in frequentia epiſcoporum & procerum, contendentibus epiſcopis tribus de corpore S. Leodegarii Auguſtodunenſis epiſcopi, adjudicatum eſt Pictavenſi, in cujus diœceſi natus erat. Hæc vero ſynodus non eſt. Acceptum iſtud eſt ex vita S. Leodegarii, apud Surium, die 2. Octobris, num. XX.*

REMENSE, anno 496. *Ex verbis Aviti Viennenſis, epiſtola ad Clodoveum regem, ad baptiſmum ipſius epiſcopos conveniſſe magno numero recte colligitur : at non eſt ea proprie ſynodus.*

In villa AD SABLONARIAS dicta, anno 862. *magnus habitus eſt conventus antiſtitum ac procerum ad pacem inter reges ſanciendam, qua eſt feliciter conſecuta. Eccleſiaſticus hic conventus non magis quam civilis eſt. Res in conventu geſtas ex codice Antonii Auguſtini Baronius deſcribit, ad annum 862. num. XCVI. & ſeqq.*

SUESSIONENSE, anno 861. *Annales Bertiniani tantum docent, Hincmarum Remenſem in ſynodo* apud martyrium SS. Criſpini & Criſpiniani ſecus civitatem Sueſſionis, Rothadum Sueſſionenſem communione privaſſe, donec obediret.

TOLOSANUM, anno 507. *Ex epiſtola Cæſarii ad Ruricium, quæ eſt apud Henr. Caniſium, ſynodus ea colligitur : ſed ex ea certi nihil prorſus elicitur.*

TOLOSANUM, anno 1124. *Ea ipſa ſynodus eſt anni 1119. ut Coſſartius admonuit : quam ſcriptor Faſciculi Temporum prave adſignat huic anno.*

TURONENSE, anno 800. *In Chronico Meiſſiacenſi dicitur Carolus Imp.* habuiſſe magnum Concilium & conventum populi, & diſpoſuiſſe regnum filiis ſuis. *Hoc tantum. At hæc ſynodus eccleſiaſtica certe non eſt.*

TURONENSE, anno 849. *Pariſienſe eſt.*

VALENTIANENSE, anno 771. *Synodum habitam fuiſſe apud Valentianas ſcriptores quidam uno tantum verbo commemorant : qua cauſa, non docent.*

VASENSE, anno 350. *Suppoſititium Labbeus vocat : Sirmondus nullum fuiſſe definit.*

VENETICUM, anno 848. *Convocatis epiſcopis regem ſe inungi feciſſe dicitur Nomenoius Brito, in vetere mſ. At hæc ſynodus non eſt. Narratio ea continetur in vetere charta, quam Sirmondus edidit in Notis ad Capitula Caroli Calvi.*

VESONTIONENSE, anno 444. *Viennenſe potius dicendum eſt : & de illo diximus in Indice tomi primi, anno 442.*

VOLVICENSE, anno 761. *In Actis S. Auſtremonii epiſcopi, apud Surium, die 1. Novembris, n. dicitur* Pipinus rex juſſiſſe aggregari ſynodum, in qua fuere præſules clariſſimi, & Comites innumeri; & cum his de fide ſanctæ Trinitatis contra hæreticos diſputaſſe.

IN TOMO UNDECIMO CONCILIORUM,

Errata, omiſſa, addenda.

PAG. 135. D. ro. uſoros, *lege*, uſuros.
Pag. 165. D. συμπεπηγμένα, *lege*, συμπεπηγμένα.
Pag. 266. D. 3. fieri : *Adde* : atque ita concludent vere.
Pag. 267. A. ult. hæreſim : *Adde*, ut dictum eſt.
Pag. 355. *addo*, Arelatenſe, *anno* 1234. VII. 235.
Ibidem, *adde*, Avenionenſe, *anno* 1080. VI. 1597.
Pag. 356. *addo*, Auguſtodunenſe, *anno* 1065. *Vide*, Æduenſe.
Ibidem, *adde*, Aurelianenſe, *circa annum* 1126. VI. *parte* II. *circa med*. 1147.
Pag. 356. *addo*, Auſoenſe, *anno* 1329. *Vide*, Marcianenſe.
Ibidem, *adde*, Bellovacenſe, *anno* 1114. *Vide*, Gallicana, *pag*. 1777.
Pag. 360. *addo*, Compendienſe, *anno* 1135. *Vide*, Remenſe.
Pag. 363. *addo*, Helenenſis conventus, *anno* 1058. *Vide*, Narbonenſes conventus.
Pag. 364. *addo*, Judicienſe, *anno* 844. *Vide*, ad Theodonis villam.
Pag. 366. *adde*, Meldenſe, *anno* 962. *Vide*, ad Matronam.
Pag. 368. *addo*, Nemauſenſe, *anno* 897. *Vide*, Portuenſe.
Ibidem, *addo*, Noviomenſe, *anno* 814. IV. 1053.
Pag. 367. *addo*, Meldenſis conventus, *anno* 1228. VII. 165.
Pag. 369. *addo*, Pariſienſis conventus, *anno* 1228. VII. 165.
Pag. 370. *adde*, Pariſienſe, *anno* 1404. VII. 1907.
Pag. 370. *Adde*, Portuenſe, *anno* 886. *Vide*, Nemauſenſe.
Pag. 371. *Adde*, Remenſe, *anno* 879. VI. 347.
Ibidem, *adde*, Remenſe, *anno* 991. VI. 723.
Pag. 374. *adde*, Senonenſe, *anno* 1310. *Vide*, Pariſienſe.
Ibidem, *adde*, Senonenſe, *anno* 1320. VII. 1453.
Ibidem, *adde*, Senonenſe, *anno* 1313. (*vel potius* 1324.) *Vide*, Pariſienſe.
Pag. 375. *addo*, Sparnacenſe, *anno* 847. IV. 1505.
Ibidem, *addo*, Sueſſionenſe, *anno* 851. V. 37.
Ibidem, *adde*, ad S. Tiberium, *anno* 907. *Vide*, Narbonenſe.
Pag. 376. *addo*, Toloſanum, *anno* 1110. VI. *parte* II. *ſub initium*. 1898.
Ibidem, *addo*, Tricaſſinum, *anno* 1128. *Vide*, Trecenſe.
Pag. 377. *adde*, Turonenſe, *anno* 1315. *Vide*, Salmurienſe.
Pag. 378. *addo*, *Viennenſe*, *anno* 1124. *Vide*, Gallicana, *pag*. 1777.
Pag. 384. *in Indice*. *Adelberus* Quetburgenſis.... 1285. A. *lege*, 1283. A.
Pag. 388. *in Indice*, *adde* : *Adalgarius* abbas S. Crucis, anno 847. IV. 1504. E.
Ibidem, *adde* : *Agius* Aurelianenſis, anno 847. IV. 1504. D.
Pag. 389. *in Indice*, *adde* : Arnaldus abbas S. Carileſi, anno 847. IV. 1504. E.
Pag. 395. *in Indice*, *adde* : *Andreas de Albalato* Valentinus, in Hiſpania, *anno* 1255. VII. 1975. B.
Pag. 408. *verſu* 19. *Forte*, Vincienſis. *Hoc dele*.
Ibidem, *col*. 3. *Baracinas* Scotuſæ : *Lege*, Scotuſæ.
Pag. 438. *verſu* 2. II. 873. C *adde*, *Donatianus* Teleptenſis, in Collat. &c.
Pag. 475. *col*. 2. *Gududus* Anuſenſis : *lege*, Ancuſenſis.
Pag. 491. *col*. 2. *Imbricus* Auguſtenſis... II. 1285. A. *lege*, 1283. A.
Pag. 493. *col*. 1. *ſub finem* : *Joannes Baptiſta* Anſanenſis : *lege*, Anſarenſis . *vel* Auſarenſis.
Pag. 511. *col*. 2. *Leonardus* Carnenſis : *lege*, Carn.
Pag. 513. *Licerius* Vindauſienſis : *lege*, Vindauſcenſis.
Pag. 518. *col*. 3. *in Madrucio*, dele, 418. D.
Pag. 519. *col*. 2. *Manſuetus* Aiutenienſis, *lege*, Afuſenienſis.
Ibidem, *Manuel* Hadrianopoleos... A. 455. A. *lege*, IV. 459. A.
Pag. 520. *verſu* 3. II. 21. C. *lege*, II. 171. C.
Pag. 525. *col*. 2. *ſub finem* : *Maximus* Camanenſis : *lege*, Carianenſis.
Pag. 567. *Reſtitutus* Thamugutenſis : *lege*, Thagamutenſis.
Pag. 618. *Willigiſus* Gandesheimenſis : *lege*, *Willigiſus* Moguntinenſis.
Pag. 622. ACRONI.... *appellantur*. Adde, *niſi forte ſit* ὁ Κεγρίου, *olim ſub metropolita Syracuſano*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*.
Pag. 625. *col*. 1. S. AGAPETI, *in Aſia minore*, adde, & *Galatia ſecunda*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*, *in qua eſt ibi* ὁ τοῦ ἁγίου Ἀγαπητοῦ.

Pag. 639. *col*. 2. *verſu* 9. *ante finem*, *adde* : *Nectarius* Apitenſis, in Conc. CP. anno 381. I. 817. A.
Pag. 643. *adde* : AQUILIMENSIS, *hoc eſt*, *Engoliſmenſis Nicaſius* Aquilimenſium, (*ſic enim habet vetus exemplar* :) *in Conc. Matiſcon. anno* 585. III. 465. C.
Pag. 664. *ſub tit*. BEROEENSIS *in Macedonia*, *adde* : *Joannicius* Berrhœæ, anno 1638. XI. 230. C.
Pag. 672. BUCELI, *ſitus ignotus*. *Lege*, BUCELI, *in provincia Æmimonti Thracia*, *ubi eſt* ὁ Βουλγαρόφυγον *in* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*.
Ibidem, Βουλγαρόφυγον, adde : *eſt enim* ὁ Βουλγαρόφυγον *in* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*.
Pag. 693. *adde* : *Eugenius* Chriſtianopoleos, anno 1672. XI. 282. C.
Pag. 711. *col*. 2. *verſu* 5. *adde* : vel altera Ἀφροδισίας *eſt in Helleſponto*, *ſub Cyziceno metropolita*, *ex Leone Sapiente*, *in* Διατυπώσει : *vel denique eſt* ὁ Ἀφροδισίας *ibidem*, *in Phrygia Salutari*.
Pag. 713. *adde* : *Daniel* Didymotichi, anno 1638. XI. 230. C. *Gregorius* Didymotichi, anno 1672. XI. 282. C.
Pag. 716. DOMNORUM, *ignotus*. *Adde* : *Niſi forte ſit* Domocenſis, *qui ſub Lariſſenſi metropolita ponitur in Codice vetere Provinciali* : ὁ Δομοκοῦ, *in* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*.
Ibidem : DORDONENSIS. *Adde* ; *An idem ac* DERTONENSIS ?
Pag. 717. *verſu* 14. *Adde* : *Antonius* Driſtræ, anno 1638. XI. 230. D. *Macarius* Dryſtæ, anno 1671. XI. 282. C. *Et infra*, *ante* DRUENSIS, *adde* : DRISTRENSIS, *Vide*, DOROSTOLI.
Ibidem. DRUGUBITIÆ, *ignotus*. Lege, *in Theſſalia*, *ſub archiepiſcopatu Theſſalonicenſi*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*, *in qua eſt ibi* ὁ Δρουγουβιτείας.
Pag. 718. EBAÆ..... *quæ ſubſequuntur*. Adde : *niſi forte ſit* ; ὁ Εὐαίας τοῦ [illegible] *in Celtzene*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*, *apud Leunclavium*, *pag*. 100.
Pag. 754. *adde* : *Parthenius* Joanninorum, anno 1638. XI. 230. C.
Pag. 773. MACRÆ... ὁ Μάκρης. Adde : *alteram in Rhodope Thraciæ provincia*. *Leo Sapiens in* Διατυπώσει, *apud Leunclavium*, *pag*. 98.
Pag. 782. MELÆ. Adde ; *Forte*, ὁ Μήλων, *in Armenia*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Sapientis*.
Pag. 797. Adde : *Bartholomæus* Naupacti & Arthes, anno 1672. XI. 282. C.
Pag. 815. Adde : *Anthimius* Pari, anno 1672. XI. 282. C.
Benjamin Paranaxiæ, anno 1638. XI. 230. C.
Pag. 818. *verbo* PELLENSIS, *adde* : *Plinius*, *libro* v. *ſect*. xvi. *habet in Decapolitana Syriæ regione*, Pellam aquis divitem.
Pag. 821. *verſu* 4. *adde* : *Theophanes* Phanarii, anno 1638. XI. 230. C.
Pag. 826. *in* POLEANNINÆ, *adde* : *Porphyrius* Polianæ, anno 1638. XI. 230. D.
Pag. 828. PORENSIS, &c. Lege, *in Rhodope provincia Thracia*, *ex* Διατυπώσει *Leonis Imp*. *in qua eſt ibi* ὁ Πόρων.
Pag. 853. *in* SERRENSIS, *adde* : *Cyrillus* Serrarum, anno 1672. XI. 282. C.
Daniel Serrarum, anno 1638. XI. 230. B.
Pag. 905. *adde* : VINDAUSCENSIS, qui & CARPENTORATENSIS.
Licerius Vindauſcenſis, in Conc. Cabilon. anno 650. III. 951. D.
Pag. 1074. COMPLACATUS. *Lege*, COMPACATUS.
Pag. 1139. *col*. 1. *adde in fine* : *Eſt Dominica in Paſſione*.
Ibidem, *col*. 2. *verſu* 2. *adde* : *Eſt Dominica ſecunda poſt Paſcha*.
Pag. 1141. *col*. 1. *adde* : Drudi. V. 466. D.
Pag. 1149. *col* 1149. *verſu* 7. *ante finem*, *adde* : *Eccleſia*. Qui tres Dominicas ad Eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineat. *Conc. Eliberit*. I. 252. D *Can. Apoſt*. I. 19. E. 38 B. *Nicæn*. anno 325. I. 331. A. 332. C.
Pag. 1368. *verbo*, NUNDINÆ *Adde in fine*. *Tornamenta alio nomine ea Nundinæ appellantur*.

TOMO VII.

Pag. 978. B. 3. nec contra de cetero, *lege*, nec eum decreto.
Pag. 979. E. ult. *Garunde* ; lege, *Gironde*.

Digitized by Google

Pag. 987 C. 8. ſanctum Geloys. *Adde in margine; Forte*, ſanctum Gelays.

Pag. 989. D. 3. Dechabreyz. *Adde in margine; Forte*, De Chabreyz.

Pag. 996. E. *penult.* de Decluſa : *lege*. De Cluſa, *ut ſupra.*

Pag. 997. E. 7. ſpiritualia & temporalia : *lege*, ſpiritualia. Temporalia ſiquidem hujus monaſterii erant &c. *& dele notam in margine poſitam.*

Pag. 1043. A. 5. ſancti Angeli. *Adde in margine*; lege, ſancti Auguſtini.

Pag. 1059. *in margine*, ANNO CHRISTI 1291. *ſcribe*, 1285. *& ſic uſque ad pag.* 1066. *incluſive.*

Pag. 1074. E. 10. juvatur. *Adde in margine; Legendum*, vitatur.

TOMO VIII.

Pag. 1102. E. 9. Ne lapſa, *lege*, Ne lapſu.

PARISIIS,

EX TYPOGRAPHIA REGIA,

Curante CLAUDIO RIGAUD, Typographiæ Regiæ Præfecto.

M D C C X V.

8146 vol 21

Z

Digitized by Google